




Expositiones in epistolas dominicales ac festivales, ad Methodi formam ferè absolutae

<https://hdl.handle.net/1874/456600>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. oct.
424







[Faint, mostly illegible text in a medieval script, possibly Latin or Greek, covering the upper half of the page.]

[A line of text, possibly a section header or a specific phrase, in a medieval script.]



[Faint, mostly illegible text in a medieval script, covering the lower half of the page.]

250

~~106~~
424

...
centum princip
ut h^{ic} aut n^{on} ite
uag. hic fundam
p^{er}ta a^ut r^ub^{er}. n

Theologia
Octavo n°. 424.

14

N. 28. B

Ex dono H. Bacherij

EXPOSITI- ONES IN EPISTOLAS

DOMINICALES AC FESTIVALES,

ad Methodi formam ferè abso-

lutæ, Autore M. Era-

smo Sarcerio An-

namonta-

no.



MARPURGI, in offi.
Christ. Egenol.



EXPOSITIO
OMNES IN EPISTOLAS

ROMANAS AD THEOPHILUM

AD THEOPHILUM

AD THEOPHILUM

AD THEOPHILUM

AD



AD THEOPHILUM

AD THEOPHILUM

✓ HUMANISSIMO ET

OPTIMO VIRO, CHRISTOPHORO
Eschenfeldio Teloni & præfidi in Popparden, & reue-
rendissimi in Christo patris, ac illustrissimi princi-
pis D. Ioannis à Metzenhausen, Archiepis
scopi Treuirensis Consiliario, Domi-
no & Mecœnati suo Erasmus Sar-
cerius Annæmontanus

S. D.



Um ad p̄ximas hinc elapsas Fran-
cofordianas nundinas, iter institui-
issem, Mecœnas omnium studioso-
rum optime, nec esset, qui tum me
comitaretur: post longam tandem
pro accipiendo comite, delibera-
tionem, filium tuum Balthazarum conuenire cœpi, &
conuentū consulere, num expediret incognitū mihi iter
subire, statim ocepit ille, ut est lepidi & festiui ingenij,
quid rei mihi Theologo, Francofordiæ esset: cui interro-
ganti paucis in hæc uerba respondi: cū Francofordia ni-
hil quidē rei mihi est, at nundinis me allegasse fidē meā,
aliquot libris eò uehendis, liberandam, & rursum ali-
quot impressis inde euehendis, aliorum datam fidem ex-
ploraturus: post quod responsum, perrexit filius tuus
Balthazarus interrogare, num te patrē ex scriptis magnē
illius Roterodami noscerem, id qd' res est, dixi te ex scri-
tis Erasmi mihi satis notum esse, quanq̄ de facie ignotum
quippe uirum & doctum, & omnium studiosorum sine

EPISTOLA.

gularem Mæcenatem, quem cum ex certo rumore semper præstitiſſes, ut porro præſtares, accepta ex mutuo filij tui & meo colloquio, occasione, placuit tibi optimo uiro, materiam ſubminiſtrare, ut ſi Mæcenatis animus in te homine ſene aliquantulū deſeruiſſet, denuo exuſcigaretur, quem tñ nunq̄ in te ita deſeruiſſe audio, quin ſemper ad aliorum magnorum hominum, qui iure ſummo literarum & ſtudioſorum curam ſuſcipere deberent, aīos collatus, florere, et quaſi in media meſſe ludere, uiſus ſit. Offero itaq; tibi uiro humaniſſimo, expoſitiones meas in Epistoſas Dñicales, hoc eſt, quæ dominicis diebus leguntur, in quibus exponēdis ita modēſtum me geſſi, q̄ nullius aut nomen, aut famam læſerim. contentus ipſa ueritate, & docendī ratione ſimplici, neq; id præter decorum, & ueritatis, & meæ perſonæ. Eſt enim ueritatis oratio ſimplex, quid ergo mirum, et ſi ueritatem ſimpliciter expoſuerim? Quantum autem ad meam perſonam atti net, nō decuit me calumnijs incumbere, qui natura ab iſtis abhorreo. Hunc igitur laborem meum, uir humaniſſime, ab amico de facie quidem tibi incognito, ſerena fronte & animo candido ſuſcipito, & ſi analogiæ fidei

reſpōderit, probato. Vale, St

genæ Tengro

rum, ditionis Naſſouiſis. An

no. 1538. Die Martij

XXII.

PAR

FARRAGO EPISTOLA

RVM DOMINICALIVM, QVAE

hoc libro explicatæ continentur.

	Prima.	Folio	1
	Secunda.		5
	Tertia.	Aduentus.	11
	Quarta.		16
	Die nataliciorum Christi		20
	Intra Octauas Natiuitatis.		27
	Intra Octauas Epiphaniæ.		33
	Prima		36
	Secunda		42
	Tertia.	Post Epiphaniæ.	47
EPI- } STO } LA. }	Dñica.	Quarta.	52
	Septuagesimæ		75
	Sexagesimæ		62
	Quinquagesimæ		67
	Inuocant.		72
	Reminiscere.		77
	Oculi.		83
	Letare		88
	Iudica		94
	Palmarum		99
	Paschæ		105
	Quasimodogeniti		109

FARRAGO

	{	Misericordie	fol.	119
		Iubilate		121
		Cantate		126
	{	locunditatis	Idem festum	
		Exaudi		134
	{	Pentecostes		239
		Trinitatis		144
		Prima A TRINITATIS		149
	{	Secunda		154
		Tertia		160
		Quarta		166
	{	Quinta		171
		Sexta		176
EPIs	{	Septima		180
STO	{	Octava		385
L.A.	{	Nona		191
		Decima		195
	{	Vndecima		201
		Duodecima		206
	{	Decimatertia		211
		Decimaquarta		216
	{	Decimaquinta		221
		Decimasexta		224
	{	Decimasextima		232
		Decima octava		234
	{	Decima nona		242
		Vicesima		

FARRAGO

Vicesima	246
Vicesima prima	252
Vicesima secunda	257
Vicesima tertia	262
Vicesima quarta	266
Vicesima quinta.	272

FARRAGO EPISTOLA
rum Festiuallium.

EPI. STO L.A.)	In Ferijs.	S. Andreæ.	277
		S. Nicolai	281
		S. Thomæ	286
		Conceptionis Mariæ	289
		S. Stephani	293
		Ioannis Euangelistæ.	297
		Circuncisionis Domini	301
		Epiphaniæ	304
		Conuerſionis Pauli	308
		Purificationis Mariæ	310
		Matthiæ Apostoli	314
		Annunciationis Mariæ	316
		Philippi & Iacobi apostol.	317
		Ioannis Baptistæ	320
Petri & Pauli apostol.	322		
Visitationis Mariæ	324		
Mariæ Magdalene	326		

IN EPIS. DOMINICA I.

	S. Iacobi Apostoli	329
	S. Bartholomæi	331
	Natiuitatis Mariæ.	333
In Ferijs	S. Matthæi Apostoli.	336
	S. Michaelis Archangeli	338
	S. Simonis & Iudæ	340
	Omnium sanctorum	342
	S. Catharinæ	345
	Dedicationis templorum.	347

IN EPISTOLAM PAU

LI AD ROMANOS CAP. XIII.

Domunica prima Aduentus.

Propter quotidianas admonitiones, quibus hodie
 utimur nos, qui prædicamus Euangelium, faci-
 lis est hæc epistola. Ut enim nos hodie admonemus
 auditores nostros, ut expergiscantur à somno, & obla-
 tum Euangelium non negligant, ita Apostolus hodierna
 epistola tum adhortatus est suos Romanos, ut à somno
 expergiscerentur, & oblatam gratiam non contemne-
 rent. Siquidem ita fieri solet prædicato Euangelio, &
 plerunq; segniores fiamus ad illud festinandum, quàm
 fuimus aliquando quum essent nobis uana hominum me-
 dacia amplectenda.

Romæ.

Romani superstitiosissimi fuerunt populi, in Ethnicis & fictiis dijs colendis, & in comparanda uana illa religione, antequam peruenerunt ad Euangelium, & illud audierunt. Sic nos sub regno impietatis nihil nõ laboris subiucimus pro falsa religione: Nunc reuelato ex gratia dei uerbo, non minus stritimus ad Euangelium, quam olim uel ipsi Romani, qui ante prædicationem Pauli, & reliquorum tum coætaneorum Apostolorũ, nullam uerbi dei cognitionem habuerunt, nos tamen aliquam.

Ast quia Romani conuersi iam ad Euangelium adeo diligenter ab Apostolo admoniti fuerunt, qui a nobis faciendum est, qui sanè nõ indiligentiori admonitiõe opus habemus: quippe in eodem somno, fortassis etiam profundiore conscripti.

Hortatur autem Apostolus Romanos à somno, non quia ab initio semper dormierint, et adhuc dormiãt, sed quia aliquando uigilarint, & adhuc uerbũ audiant, eos igitur uult expergesieri à somno, hoc est, ne dormiant, nunc, quum maxime sit uigilandum, ne propter somnũ rursus amittant uerbum oblatum & nunc acceptum.

Ad hunc modum & nos prædicatores Euangelij hodie non hortamur ad expergescentiam homines impios, qui adhuc in impietate dormiunt, nec curant etiam, an ex illa surgant, nec ne.

Verum uos, qui aliquandiu nunc audistis uerbum, et aliquando uigilastis, uobis, inquam, prædicamus à so-

IN EPIST. DOMINICA I.

nno expergiscantiam, ne propter somnum uestrum de nouo uerbum purum amittatis.

Et docet hæc epistola, quod ubiq; inculcat scriptura, scilicet uerbum prædicatum esse occasionem tantum, & eam lubricam, nec ita diurnam apud ingratos: quam ergo qui capillatam recipit, eam habet: qui negligit, ei fit calua &c.

Quadrat uero hæc epistola ad hodiernum Euangelium, quod ex ordinatione ueterum hoc die in Ecclesia legitur, quomodo Christus in Palmarum festo Hierosolymam uenerit, & illi pacem atque gratiã obtulerit, quam hic Paulus dicit nunc propius adesse, quam olim cum futura crederetur à patribus. Sed nemo, aut sanè paucissimi Hierosolymæ oblatam à Christo gratiam acceperunt: quam tamen à multis seculis in maximo desiderio expectauerant. Postea obsessa Hierosolyma, fortassis oblatam gratiam libenter fuissent amplexi iudæi, uerum serò nimium. Nam occasio oblata facta tum erat occasio calua. Quare & perijt deinde urbs Hierosolyma miserimè, in tanta clade, quanta non fuit à principio mundi illa maior, nec erit, teste ipso Christo. Ita fit, sicut uulgo dicitur, quòd absentia cupimus in probè, præsentia negligenter curamus.

Quid quæso non fecissent maiores nostri, si illis contigisset, uel mediam huius lucis partè cernere, quam nos hodie in magna gratia cernimus totam? Quos thesau-

A D V E N T V S.

ros non impendissent in Euangelij usum. Quid tandem periculi non subiissent pro acceptando puro uerbo? Verum nos hodie profundo somno dormimus in tãta luce, & non admodum magnifica Euãgelij gratia adficimur: quid uero inde sequetur, satis nos moneret casus Hierosolymæ, nisi simul & cœci essemus.

O B I E C T I O.

Quid ultra faciendum est, nos uerbum audimus, suscipimus &c.

R E S P O N S I O.

Non satis est audire uerbum & suscipere, nisi simul abijcias et opera tenebrarum & induas Christum, sicut hic ait Paulus. Abijciamus ergo opera tenebrarum &c. Qualis enim hæc est uerbi susceptio; quæ adhuc omni genere tenebrarum scatet? Et quanquam in hac uita nobis non est integrum, ut ad eam perfectionem pertingamus, in qua sine peccatis & infirmitate uiuere liceat: tamen studendum est, præter id, quòd audimus & suscipimus uerbum, ut etiam uerbo digne ambulemus, non agētes curam carnis ad desideria, hoc est, ne oblectemus uos in carne & desiderijs carnis.

S U M M A R I I L O C I.

Oblata salus non est negligenda, id quod fit, quãdo oblatum Euangelium uel non suscipimus, uel susceptum negligenter curamus.

IN EPIST. DOMINICA I.

2 Patres hęc salutem olim crediderunt appariturā & seruari fuerūt, quā nos nūc pręsentē et propē habemus.

3 Suscepta salus nihil ualet sine regeneratione.

Et hoc scientes.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus huius epistolę, pręter id quod hortatur ad oblatam gratiam non negligendā, sed amplectendam & festinandam: ostendit & a facili eam gratiā non procul a nobis abesse: ne quis dicat illorum uocibus Deut. 30. Quis nostrum ualet ad cælum adscendere, ut deferat gratiam ad nos, ut audiamus et suscipiamus eam. Item: quis ē nobis poterit trās fretare mare, & illam nos usq; deferre, ut possimus audire & amplecti eam? Respon- det Paulus hic, sicut & ibi Moses, Salus prope facta est. Mandatum quod ego pręcipio tibi hodie, non est supra te, neq; procul positum, nec in cælo situm, imò iuxta te est uerbum in ore tuo & in corde tuo: quod nobis audire licet ex uasis testaceis, hoc est, ex infirmis hominibus.

Tollit igitur Apostolus hac propinquitate salutis nostre, omnem se aut excusandi occasionem, aut illā negligendi, ne hominum more nunc hoc nūc illud causemur: uel in suscipienda salute, uel in illa maturanda & festinanda, pro qua auidissimē inhiarūt patres sub ueteri testamento: quemadmodū & alibi testatur Christus: Multi desiderarunt ea uidere, quę uos uidetis, & tamen nō uiderunt. Utitur uero Apostolus patrum in promissam

o!ma

olim gratiam fide, ut nos patrum exemplo ad oblata gratiam prouocet, quasi dicat. Quid non fecissent patres, si illis ita propè salus contigisset?

Ridicula res est ne dicam stulti homines iam huc iam illuc currere, sepe magno & uitæ & bonorum discrimine pro sua salute: & hoc Euangelium quod nunc diuinitus reuelatum est, & prope factū, quod non opus sit, ut quicumque pro illo exponant, aut ullū uitæ discrimen subeant, tamē nihil admodū curare, neque gratuitò suscipere. Verum hæc est fortuna Euāgelij & fuit semper, quod præsens non curetur: ablatum uero flagitetur.

Duo itaque docet hic locus primus: Alterum ne dormiamus in suscipiendo uerbo. Est autē segnitè curare uerbū, illo suscepto securè uiuere, neque nouam uitam incipere: ut audiemus in explicatione tertij loci.

Et hoc scientes.

Adhortatio ad seriò amplectendum uerbum et ad amplectatum festinādum, ut erumpat noua uita, ab oportunitate temporis seu occasione oblata. Enthymema est hic locus: Salus nunc reuelata est: igitur exurgendū est.

Dē somno.

In quem incidistis post auditum uerbum. Loquitur enim Paulus Romanis, qui iam uerbum audierunt. & sapientè hi, qui uerbum audierunt, illis maximè opus est, ut exurgant

IN EPIST. DOMINICA I.

pergiscantur & progrediantur in agnitione uerbi. Mō nemur non satis esse primam aut subitanam uerbi notiā, nisi subinde magis ac magis in ea excreſcanus. Nec optat Apostolus aliud suis ad quos scribit. Ad Colloſenses. Non desinimus pro uobis orare, & pſcere, ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni sapientia etc. Ad Philippenſes 1. cap. Et illud oro, ut charitas ueſtra magis ac magis exuberet in agnitione omniū; intelligentia. Somnum hic intelliges ſoporem & ſecuritatem in quam incidunt auditores uerbi plerunq;. Eſaiæ 96. cap. ſpiritum ſoporis pœnam facit.

Quia iubentur Romani à ſomno ſurgere: ergo lapſis non eſt neganda pœnitentia: contra hæreticos Nouacianum & Catharros.

Surgere hic contritio eſt.

Nunc enim propior.

Ætiologia ſurgendi à ſomno, à propinquitate Euangelij ſeu oblatæ gratiæ. Apprehendere gratiā altera pœnitentiæ pars, fide gratiam adprehendere. Similis locus Matth. 4. Reſipiscite: inſtat enim regnum cœlorum. Aludidit fortaiſis Apostolus & ad longinquitatem gentium de qua ſcribit Paulus Ad Ephes. 2. Qui quondam eratis longinqui, propinqui facti eſtis per ſanguinem Chriſti. Salutem ponit pro Euangelio, effectum pro cauſa.

Quam cum credimus,

Scilicet

Scilicet sub lege et ante legem, innitentes tantum promissionibus & umbris, remote tantum alludentibus ad salutem, quæ nunc propè est.

EXPLICATIO II. LOCI.

Locus secundus agit de fide in Christum, qua patres & ante legem seruati fuerunt. Et impugnat hic locus Scholasticorum quorundam impiissimam opinionem, qua sentiunt patres ante legem & sub data lege, illos lege naturæ, hos lege Mosaica, iustificatos fuisse. Contra quos nugatores sufficit nobis uel hic unus locus, qui ostendit patres olim in eam salutem credidisse, quæ nunc reuelato Euangelio, propior facta est.

Et Paulus de fide patrum in Christum loquitur. Priore ad Corinth. 10. Et omnes eundem potum spiritualem bibebant. Bibebant enim de spiritali, quæ illos comitabatur, Petra: Petra uero fuit Christus. Et de iustificatione Abrahamæ scribit Moses Gene. 15. Et Abraham credidit Deo, & imputatum est illi ad iusticiam. Vide 11. cap. ad Hebr. quod habet aliquot exempla patrum fide iustificationum in salutem promissam de Christo.

Credidimus.

Ego & mei similes ex Iudæis.

Nox.

Umbra legis uel sub lege: uel uocat noctem tenebras & umbram mortis, in qua sedebant gentes, & cuius nomen

IN EPIST. DOMINICA I.

mit Esaias cap. nono. Potest & hic locus esse collatio legis & Euangelij à contrarijs effectibus. Diem Euangelium uocat, ab illucescendo, & quia uidere facit. Noctem uocat legem, quia tenebricosa facit pectora. Dicitur & dies à natura diei, quæ est clarum esse. Est enim Euangelium apertum & clarum uerbum.

Abñciamus ergo opera.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius hic locus docet, susceptum Euangelium sine regeneratiõe et noua uita nihil prodesse: imò sicut Christus ait Lucæ 12 de seruo sciente uoluntatem domini sui, & eam non faciente, susceptum Euangelium potius maioris iudicij occasionem esse.

Monet & hic locus de iustificationis & acceptæ salutis sine, qui est regenerari noua uita, & bene operari. De quo sine consule Apostolum Ad Romanos capite sexto cuius capituli scopus est. Iustificati debent bene operari. Et cap. 2. ad Ephes. ubi sic inquit Paulus. Nam ipsius figmentum sumus conditi ad bona opera.

Abñciamus ergo,

Quia nox præcessit & dies appropinquauit.

Opera tenebrarum.

Ignorantiam & cæcitatem in rebus Dei: item carentiam operum Euangelij.

Et induamur arma lucis.

Notitiam Dei, fidẽ erga Deum, timorẽ & alia opera

Euange

ADVENTVS. 5

Euangelij effectus & res cognatas. Induere non est obiter saltem gustare. Euangelij opera non solum sunt opera per se Euangelio digna, sed & arma lucis, hoc est, quibus defenditur & retinetur Euangelium cōtra Satanam &c. Lux dicitur Euangelium ab illuminando, nō tantū quia per se lux est. Et arma lucis dicuntur bona opera, nō quia lux sunt, sed quia lucis effectus sunt, de luce testātes.

Sicut in die honeste ambulemus.

Id est, curate, ut ostendatis uos operibus lucis, esse lucis participes. Hic finis unus est bonorum operum, ut illis testemur nos lucis esse filios.

Non in comessationibus.

Postquam docuit Apostolus, quid deceat filios lucis, subiicit nunc opera, quæ filios lucis non decent, idq; à cōtrario. Quæ sequuntur opera, tenebrarum effectus sunt. Comessationes uocat ex natura Græcæ dictionis, festiua, lauta, & luxuriosa conuiuia, seu plena luxu. Ebrietates intellige, luxum in potu. Comessationes, luxum in cibo.

Non in cubilibus.

Alludit ad thoros & lectisternia, in quibus olim epulabantur. Verg. 1. Æneid. de Didone.

Cum uenit, auleis iam se regina superbis

Aurea composuit sponda, mediamq; locauit.

Et impudicitis.

Acelycæ fructus est comessationum & ebrietatum in cubilibus. Iuxta illud: Sine Cerere & Baccho friget Ve-

IN EPIST. DOMINICA II.

Quis. Est autem ἀσελγεία petulans scortatio.

Non in contentione & æmulatione.

Quibus uicijs soluitur charitas.

Sed induamini Dominum Iesum.

*Fide eum apprehendite, & imitando tam in doctrina,
quàm uitæ moribus exprimate.*

Et carnis curam ne feceritis ad
concupiscentiam.

*Id est, quanquam in carne uobis uiuē dum sit, edendū
& bibendum, ita tamen uiuatis in carne, ita edatis & bi-
batis, ne luxus aut concupiscentia accedat.*

IN EPISTOLAM PAU-
LI AD ROMANOS CAPI-
te XV. Dominica secunda
Aduentus.

Postquam in precedenti hodiernam epistolam capite, egit Apostolus de mutua quadam infirmorum & fortium subiectione in Ecclesia, quo modo fortiores infirmiores in fide assumere debeant. E contra infirmiores non temere fortiores iudicēt. Nunc in hodierna epistola apostrophē facit ad fortiores, quibus præcipuē loquitur, quiq; & magis freno opus habent, ut suorum obliuiscantur, & scientiæ ac fortitudinis suæ, atq; imbecillitatem infirmorum boni consulant.

canōs

eamq; sustineant, quo sic mutuò in ædificationem excre-
 scant. Verum ut fortiores hoc ipsum & libentius & di-
 ligentius præstent, inuitat eos Paulus exemplo Christi,
 qui cum esset filius Dei, & æqualis Deo, tamen semetip-
 sum infra nos deiecit, non placens sibi supra nos, sed op-
 probria exprobrantium, sicut scriptum est Psal. 68. à
 nobis in se recepit, hoc est, infirmitates nostras & peccata
 nostra, quibus nos peccabamus, & blasphemabamus
 Deo, in se transfudit, id quod certissimum fuit signum nul-
 lius placentiæ, aut inflationis super nos. Quemadmodum
 ergo nunc Christus uerus Deus & plenitudo Deitatis, in
 qua quicquid nature & bonorum in Deo est, simul ext-
 stit, non placuit sibi, neq; inflauit se super nos: Ergo nec
 nobis ipsi placere debemus, nec super infirmos fratres in-
 flati esse.

OBIECTIO.

Quare Apostolus ita diligenter & grauitè monet
 doctiores & fortiores, ne placeant sibi, aut inflentur su-
 per infirmos?

RESPONSIO.

Sic enim accidere solet, quod ex cognitione Christi-
 ane libertatis plerunq; reddimur inflatores, uel etiam iux-
 ta illud .i. ad Corinthios capite octauo: Scientia inflat,
 id est, cognitio libertatis reddit insolentiores homines, &
 nimium spirituales, qui sibi ipsis placent, qui in suis do-
 nis superbium, qui infirmos iudicant, fastidiunt, & con-
 temnunt. Item, qui statuunt & sentiunt se Deo proximo

IN EPIST. DOMINICA II.

res esse propter sua dona, quàm infirmos. Et quàm hæc uera esse, cognitionem libertatis sequi inflationem unâ cum reliquis nunc dictis uicijs, satis ostendunt hodie in nostra ecclesia uiua exempla, in quibus cernere licet, quàm potenter cognitio libertatis, propriam placentiam, inflationem miram, & fastidium proximi extremum genuerit, adeo quòd ferè prorsus omnis charitas & huius fructus ex ecclesia proscripti abierint.

Commouit & Apostolum ita diligenter admonere fortiores & doctiores sui officij in sustentâ dis infirmis: quia inflatio primum impedit remissionem peccatorum: dum enim quisq; in alterius infirmitates & peccata figit oculos, nec est, qui se suo meitur pede: hinc fit, quòd propria infirmitatis obliuiscamur eamq; non cognoscamus: quæ uero nõ cognita, neq; dimitti à Deo potest: deinde sectas parit horribiles, unde unus se Cephæ, alter Pauli, tertius Apollo discipulū cõfitetur: inde & doctorū Verbi inter se mutua disidia, similtates & cõtrariæ opiniones, quib; se miserè ad interitum sæpe ecclesiarū confodiunt: tertio perturbat publicâ ecclesiæ tranquillitatem: tandè & occasio est ruinae puri Verbi: quæ oia incommoda inflationis in Corinthiaca ecclesia olim cernere licuit: nec hodie in nostris ecclesijs obscura sunt.

OBIECTIO.

Quod ergo remedium erit contra inflationis uicium?

RESPONSIO.

Paulus hic mederi cupit tanto uicio, exemplo Christi, ut sic adfecti simus erga infirmos, atq; Christus erga nos fuit, qui non dubitauit nostras infirmitates & peccata in se et sup se recipere: qui ergo uult Christianus esse, sane Christum imitari non abhorrebit? Ad Gal. 6. aliud remedium contra inflationem ponit, nimirum ut nos ipsos, quales sumus, consideremus, & opera nostra probemus, & sic in semetipso quisq; tantum gloriationem habebit: q. d. Apostolus: tantum quisq; apud se infirmitatis inueniet, ut facile obliuiscatur aliorum. Cæterum ab inflationis uicio dehortatur Apostolus fortiores hac epistola, adhortatur uero ad contrariam uirtutem, quæ est charitas cum mutua subiectione, quæ non inflatur, non est fastidiosa, omnia suffert, ædificat, impedit sectas, conseruat ecclesiæ pacem, purum Verbum.

SUMMARI LOCII

- 1 Verbum scriptum seu uocale non est contemnendū, neq; Anabaptistarum more proscribendum, quia docet nos & ad patientiam consolatur, ut spem habeamus.
- 2 Ut alter alterius infirmitates portet, & ut mutuo nos diligamus, donum Dei est, non nostrarum uirium.
- 3 Exemplo Christi nos inuicē tollerare debemus, ut inde glorificetur Deus: sicut & glorificatus fuit, cum Christus nos susciperet.
- 4 Vsus circumcisionis Christi finalis fuit, ut per eam confirmarentur promissiones patribus factæ, nō ut Christi

IN EPIS. DOMINICA II.

stus sua circumcissione ostenderet, eam necessario requiri ad iustificationem.

5 Quod gentes ad gratiam uenerint, non sit illarum meritum, sed misericordiae Dei opus, quare & Deo pro sua misericordia gratiae esse debent.

6 Quod gentes ad gratiam admittuntur & pertineant, non est incerti opinio, sed ipsum uerbum Dei, quod passim extat in prophetis.

Quaecumque enim,

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus occasionem trahit ex praecedenti sententia psalmi: Opprobria exprobratum tibi, ceciderunt super me. Quam sententiam sentit Apostolus non solum propter Christum scriptam esse, sed & propter Romanos, adeoque propter nos omnes, ut exemplo Christi infirmitates et peccata proximi in nos recipiamus, & quasi pro nostris reputeemus, quo nostra mansuetudine seruemus proximum, non nostra inflatione aut importunitate perdamus, quemadmodum Christus fecit, qui cum esset aequalis Deo, tamen non dubitauit nostras infirmitates & peccata super se recipere, ut seruaret nos. Et propter hanc doctrinam ipsis Romanis & sic nobis omnibus ex praedicta sententia Psalmi petendam. Egregie docet hic primus locus, de finali scripti uerbi seu uocalis usu, quem hodie Anabaptistae miris modis extenuant, dum opinantur se factos theodidactos, & spiritu internè duci ad omnium
spiritu

Spiritualium rerum intellectum, quasi Spiritu Sanctus a-
 lio medio utatur ad rerum spiritualium cognitionem, q̄
 scripto uerbo, seu uocali. Ad quod insigni consutatione
 multarum obiectionum, unice hortatur Moses Deuter.
 cap. 30. Vbi ait: Mandatū, quod ego præcipio tibi hodie
 nō supra te est, neq; procul positū, neq; in cœlo situm, ut
 possis dicere: Quis nostrū ualet ad cœlū ascendere? &c.

Et Paulus ad Roman. 10. adeò extollit scriptum uer-
 bum, ut nos fide iustificari sentiat per ministerium uerbi,
 nam hic scopus est ibi Paulinæ orationis, nullam autē mē-
 tionem facit istarum reuelationum per Spiritum, de qui-
 bus falso gloriatur Anabaptistæ. Sed inquit: Fides ex au-
 ditu est, auditus uero per uerbū Dei. Ecquid uides uoca-
 le uerbū ut causam fidei? Ergo & cognitionis Dei & a-
 liarum rerum spiritualium. Anabaptistæ ad fidem, &
 alias res spirituales sic procedunt: Oportet rebaptizari,
 in baptismo offertur Spiritus Sanctus. Hic postea sugge-
 rit oīa absq; scripto uerbo. Paulus autem alia gradatione
 utitur. Quisquis enim inuocauerit nomen Dñi, saluus
 erit. Quomodo igitur inuocabunt eum, in quē nō credi-
 derunt? Quomodo autem credent ei, de quo non audie-
 runt? Quomodo autem audient absque prædicante?
 &c. Et hæc de scripti uerbi, ut causa fidei, commenda-
 tione, qua non est contentus Apostolus, nisi & in hodi-
 erna epistola, & in primo hoc loco, commendat illud à
 finali usu, qui omnium maximus est contra omnes con-

IN EPIST. DOMINICA II.

trarium sentiētes de scripto uerbo, ille est docere nos, de quibus obsecro rebus? De uolūtate Dei, de cognitiōe Dei, & de omnibus rebus spiritualibus. Item consolari nos ad patientiam, & ut spem habeamus, ne in temptatione de promissionibus Dei desperemus aut dubitemus. Et patet hic uerbi scripti usus longissimè. Ostendit enim, quo medio utatur Spiritus sanctus in docendo nos spiritualia. Monet Spiritum sanctum per uerbum scriptum operari & efficacem esse. Docet quo confugere debeamus in temptatione, cruce & periculis constituti. Non debem expectari priuatæ reuelationes, non hæc uel illa cœlitus uisibilia præsidia, sed ad uerbum scriptum confugiendum est, & inde consolatio ad patientiam & spem petenda. At inquis: Nihil tribuis scripto uerbo? Respondeo: Ex Paulo rationem pete, qui sic scripsit: Vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

Interim quæ potentia sit Spiritus sancti, qui etiam sine scripto uerbo efficax est, non ignoramus, neq; impeditur scripti uerbi laudabili & nunc docto usu.

Quæcunq; enim.

Ætiologia præcedentis sententiæ à Paulo allegatæ.
Quæcunq; scilicet scripta, quæ ipsum uerbum sunt.
Ad nostram doctrinam.

Finalis scripti uerbi usus, nos doceri scripto uerbo ad cognitionem Dei & omnium rerum spiritualium. Item ut sciamus, quæ imitari debeamus, tam in doctrina, quam in

uit.e moribus.

Vt per patientiam.

Quam docet uerbum. Et hic unus est è finalibus scripti uerbi usibus.

Et consolationem.

Qua consolatur nos scriptum uerbum contra tentationes, crucem &c. Et hic usus uerbi finalis est.

Spem habeamus.

Erga promissiones dei, quod nos liberare, tueri & defendere uelit & possit, quæ scire est æternã Dei potentiã & diuinitatem ex scripto uerbo intelligere. Ad Rom. 1.

Deus autem patientiæ.

EXPLICATIO II. LOCI.

Quia Paulus exemplo Christi hortatus est suos Romanos, & illos firmiores, ut infirmitates infirmorum sustineant, neq; placeant sibi. Iam hoc secundo loco docet, infirmitates infirmorum exemplo Christi sustinere, & sibi non placere super infirmitatibus fratrũ, unde hæc petẽda sint. Carnis sanè opera esse nõ possunt, infirmitates infirmorum sustinere, neq; sibi placere, cum caro potius uindictam quærat, & propria placencia ut nature uicio laboret. Sustinere itaq; infirmitates fratrum, & sibi non placere super fratrum infirmitate, dona Dei sunt, qui patientiam & solatium largitur, quibus uirtutibus licet mederi carni nostræ à natura non ferenti infirmitates fratrum, neq; ualenti sibi à propria placencia cauere,

IN EPIST. DOMINICA II.

imò moleste & egrè ferenti dicta nunc opera erga infirmos fratres. Et quia Deus talia donat, igitur uult Apostolus nos ea à Deo precibus contendere.

Deus autem patientiæ & solati.

Qui natura est patiens & consolator. Item, qui dat patientiam & solatium. Videtur Apostolus & adhortari Romanos obliquè ad patientiam erga infirmos fratres ab exemplo Dei patientis.

Det uobis.

Quia natura tales uirtutes non habetis. Votum hoc diui Pauli est.

Idem sapere.

Id est, ut exemplo Christi uos mutuò diligatis, & ut alter alterius infirmitates portet.

Vt unanimes.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus incitat & prouocat Romanos, ut infirmitates fratrum sustineant exemplo Christi, quia infirmitates fratrum sustinere, est opus, quo honorificatur Deus. Quis ergo non gestiret Deum honorificare? quis non niteretur, si sciret Deum aliquo opere glorificare? Et cum honor & glorificatio talia sint opera, quæ ad gratiarum actiones referantur. Est igitur hic honorificare & glorificare Deum, sustentationis infirmitatum fratris opere, se gratum Deo exhibere, & ostendere se in nostra uita ambulare.

Verum

Verum ut honorificatio Dei nostra, quia infirmitates fratrum portamus, uera sit, oportet eam effigiatam esse iuxta exemplum Christi, qui non obiter tantum, aut sine cordis adfectibus suscepit nos, atq; infirmitates nostras tulit, sed serio & consentiente corde.

Incitatorius est itaq; hic locus tertius ad tolerandas infirmitates fratrum, quia hoc placet Deo, & est opus, quo honorificatur Deus. Item, monet hic locus de finali bonorum operum non infimo usu, qui est glorificari Deum per nostra bona opera. Isaias dixit capite 61. Plantatio sumus Domini ad glorificandum Deum. Psalmo 49. Immo la Deo sacrificium laudis, & inuoca me, ut eruam te, & glorificabis me &c.

Vt unanimes.

Id quod fit, quando unus alterius infirmitates portat, nam hoc opere efficitur & conseruatur unitas.

Honorificetis Deum.

Nota dignitatē nostrorū operū, et finalē illorū usum.

Propter quod.

Quia mutua uestra supportatione & dilectione honorificatis Deū. Adhortatio à dignitate operis. Et est hic Epilogus quidam præcedentium.

Sicut & Christus suscepit uos ad gloriam Dei.

Exemplū Christi repetit, ut insinuet se loqui de uera supportatione infirmitatum pximi, effigata ad exemplū Christi

IN EPIST. DOMINICA II.

Christi. Monemur & hic de finali usu operis Christi in
ferendis infirmitatibus fratrum, qui est gloria Dei.

Dico autem Christum.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quia tempore Pauli inter Gentes & Iudæos ma-
gna controuersia agitabatur de circuncisione,
redit nunc Apostolus quarto hoc loco ad usum circuncisi-
onis Christi, qui non circuncisus est, ut ostenderet circū-
cisionem ad iustificationem requiri, sed ut sua circuncisio-
ne confirmaret promissiones patribus factas. Intelligi au-
tē hic debent sub circuncisionis uocabulo & omnes aliæ
cæremoniæ ac leges Mosaicæ, quas Christus seruauit p-
pter prædictum finem. Et quia unius rei possunt esse plu-
res fines, nemo offenditur finali circuncisionis & totius
legis à Christo seruatæ usu, qui extat ad Galatas quarto:
Christus factus est legi obnoxius. ut eos, qui legi erant ob-
noxij, redimeret. Causas patrum præcipuas, quæ Chri-
stus circuncidi uoluerit, uide in nostra postilla in Euan-
gelium circuncisionis Domini.

Ministrum fuisse circuncisionis.

Subiecisse se circuncisioni, aut legi fuisse factum obno-
xium. Ad Galat. 4.

Propter ueritatem Dei:

Propter promissiones Dei, ut sequitur, confirmandas,
quas ueritatem Dei uocat.

Gentes autem super misericordia,

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus agit de uocatione gentium, quæ ex sola misericordia Dei, & ex nullis meritis illis contigit, sicut & multis docet Apostolus, ad Ephesi. cap. 1. & 2. iuxta diuitias gratiæ suæ. Item iuxta beneplacitum suum &c. Et quia gentes ex gratia uocatae fuerunt, merito igitur gratiæ esse Deo pro tantis beneficijs debent, & uel ideo etiam, ne ingratas rursus abiciat. Si. n. Deus naturalibus ramis non perpercit, timendum est, ne & insititijs ramis non parcat.

Super misericordia,

Qua receptæ fuerunt in gratiam.

Honorent Deum.

Agant Deo gratias.

Sicut scriptum est.

EXPLICATIO VI. LOCI:

Sextus locus ualde consolatorius est pro gentibus, ut certæ sint de sua ad Euangelium uocatione, quæ non est dubia aut incerta opinio, sed ipsum Dei uerbum, hic atq; illic in prophetis expressum. Et prodest hos scripture locos in promptu habere, ut certum Dei uerbum habeamus, quod Satanae studentis nos de nostra uocatione dubitantes facere, in tentatione opponamus.

IN EPISTOLAM PAULI

AD COR. CAP. III. DO

minica tertia Aduentus,

Hacten



Actenus per præcedētia tria capi-
ta reprehēdit Aplus suos, ad quos
scribit, Corinthios, q, nimū ele-
uarēt suos prædicatores, in eos ni-
mū fiderēt, et plus q̄ decet, de illis
sentirēt. Dixit. n. in præcedēti ca-
pite: Nemo itaq; gloriētur in hoībus. Oīa. n. uestra sunt,
siue Paulus: siue Apollo, siue Cephæ &c. Nūc hodierna
epistola docet, quāti faciēdi sunt prædicatores nō in locū
Christi surrogandī, nō pro Christo habēdi, & honore so-
li Christo cōueniēti psequendi, sicut faciēbant Corinthij,
quorum quidam dicebant se Pauli esse, quidam Apollo,
quidam Cephæ, quidam uero Christi. Sic sentire de mini-
stris Verbi uocat Paulus Christum diuidere, & tertio
capite, secundum hominem ambulare.

Vult itaq; Apostolus hac epistola, ut Corinthij discri-
men habeant inter Christum & ministros uerbi. Illum do-
minum faciē, hos seruos eius, Ait enim: Sic existimet nos
homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorū
Dei. Et tertio capite dixit: Quis igitur est Paulus? Quis
uero Apollo? nisi ministri, per quos credidistis? Et unicu-
iq; sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit,
sed deus est, qui dedit incrementum. Itaq; neq; qui plan-
tat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat.
Deus. Hoc discrimen quum ignorarent Corinthij, in ma-
gnos errores inciderunt, & penē totam Ecclesiam su-

am diſſipauerunt &c.

Sed quia Corinthij, quos scribit Paulus. 1. capi. in omnibus diuites per Christum factos, in omni uerbo & in omni scientia, potuerunt in tantam ignorantiam incidere, quod non dubitarint suos predicatores in locum Christi surrogare, & illis de Christi officijs multa tribuere. Quare necesse est, commune quoddam & naturale malum esse, nos herere in personis, & alteram alteri preferre, aut quia plura dona habet altera, aut quia facundior est, aut corporis dotibus instructior altera. De Corinthijs certisum est ex 1. & 2. cap. quod Corinthij relicto praedicatorum officio, quod essent dispensatores mysteriorum Dei, & ministri Christi, coeperunt suos predicatores esse sapientia sermonis aestimare, quem errorem non simpliciter corrigi Paulus, sed et alienum se dicit a sapientia sermonis, quae crucem Christi euacuari sentit. De nobis quomodo haesimus in personis, & relicto illarum officio, eas metiti sumus iam ex hac, iam ex illa re externa, ne hoc quidem ignoramus, & quae inde pericula fuerunt secuta, nec hoc obscurum est. Corinthiorum sane Ecclesiam illa personarum eleuatio ferme extinxit. Hinc zelus, contentio, puri uerbi prophanatio, libertas peccandi quaeuis &c. Sic Corinthij haerentes in personis, & alteram alteri preferentes, non punierunt fornicationem, & talem, qualis ne inter gentes quidem nominatur, ita quod unus nouercam suam habeat in uxorem. De alijs Corinthiorum uicijs, ipsi consulite Paulum

IN EPIST. DOMINICA III.

Paulum. Maiores nostri & ipsi in personis hærentes, in talia uicia, & propter hæc in talia damna inciderunt, quibus adhuc inuolutus est ferè totus mundus. Et hodie ad zelum, lites, contentiones, puri uerbi prophanationem, libertatem peccandi &c. uidetur Satan nos denuo reducere uelle, quia nos rursus hæcere facit in personis, & ne scio sæpe propter quæ externa, unam alteri præferre.

Hinc delicati nostro nunc tempore auditores, qui neque hoc, neque illo contenti, prurientibus auribus adfectant audire in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis incedentes, suas reuelationes ostentantes &c. Sed à delicatione illa & petulantia libera nos domine, Amen.

SUMMARI LOCII.

- 1 Prædicatores non sunt ultra suum officium eleuandi, magnificandi uero & colendi propter suum officium, quod est dispensare mysteria Dei.
- 2 Veri prædicatores & dispensatores mysteriorum Dei non hoc aut illo opere, non his aut illis donis, sed ex fidelitate probantur.
- 3 Sic quisque prædicatorum in suo officio agere debet, ut bona conscientia omnium hominum falsa de se iudicia contemnere possit.
- 4 Exemplo Pauli sumus coram Deo peccatores, etiam si foris nihil nobis sumus criminis conscij.
- 5 Quia nostra iudicia tantum iuxta externa fiunt, & impossibile est in tanta permixtione Ecclesiæ generalis, sub

sub qua & ueri iusti & hypocritæ teguntur, cognoscere quis coram Deo sit iustus, nec ne: igitur iudicium nostrum non debemus precipitare ante iudicij diem, in quo primū uerè innotescet, qui in hac uita uerè iusti fuerunt. Sic nos exiſcimet.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus ostendit, pro qualibus personis habendi sunt prædicatores, nimirum pro ministris Christi & pro dispensatoribus mysteriorum Dei: ultra uero qui eos eleuat, raro uitat errorem. Si ergo quid dignitatis seu commendationis accedit prædicatoribus, id ex officij ualore fit, quod est ex Deo: nec est aliter hic de excellentia prædicatorū sentiendū, atq; de alijs publicis personis quæ nõ propter suā potentiā, diuitias, sapientiam, & res alias nobis commēdatæ esse debent, sed officij ratione, quia uersantur in tali officio, quod placet Deo, & autoritate uerbi confirmatur. Et quatenus publicæ personæ suū ad quod uocatæ sunt officium, expediunt, dici merentur, id quod sunt, & coli in omni reuerentia & obedientia: quatenus autem suum officium non expediunt, statim alia nomina merentur, magistratus induit nomē tyranni, prædicator lupi, Quamquā alia ratio sit cū magistratu tyranno, cui cuiā obediendū est, quātūuis abutatur suo officio, at cum prædicatore quoq; alia est ratio, qui dum excedit suum officium, hoc est, se confert cū Christo, aut maiore Christo se uen-

IN EPIST. DOMINICA III.

dicat, aut negligit, dispensare mysteria Dei, et pro his aliena dogmata spargere, non est audiendus. Quare & cōmuncem morem semper tenent Apostoli oēs, quoties de obedientia erga prædicatores loquuntur, q̄ apponant officia. Sic autem epistolæ ad Heb. cap. 13. ait: Parete ijs, qui præ sunt uobis, & concedite: siquidem illi uigilant pro uobis. 1. ad Timot. 5. Qui bene præ sunt præbyteri digni duplici honore habeantur, maxime ij, qui laborant in sermone & doctrina. Et Christus inquit. Matth. 23. Omnia ergo quæcunq; iusserint uos seruare, scilicet sedentes in cathedra Moysi, hoc est, docentes uerbum Dei purum, seruate & facite.

Damnat ergo hic locus primus eos, qui prædicatores ultra officium suū eleuant, qui aliquid fiduciæ salutis gratia in eos ponūt, q̄herent in personis, qui æstimant prædicatores ex his uel illis donis et reb. externis & c.

Ioannes baptista ut has dictas & similes de se suscipiendi opiniones tolleret, egregie separauit suū officium ab officio Christi, et se testē Christi seu lucis dixit. 10. 1.

Et cōfessus est & nō negauit. Nō sum ego Christus. Ego uox clamantis sum. Et Apostoli se Christi testes uocant Actu. 1.

Sic nos existimet homo.

Sic homo de prædicatoribus iudicare debet: Deus sua iudicia & interna habet.

Vt ministros Christi:

Cuius testes sunt, et cuius uerbum prædicant non suum.
Et dispensatores mysteriorum Dei.

Qui instar œconomi nõ solum fideliter docent, sed
& prospiciunt quid, quomodo, apud quos, & quo tem-
pore dispensent. Mysteria Dei uocat Euangelium do-
ctrinam à mundo absconditam,

Cæterum.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus agit de propria uirtute, quæ perti-
net ad dispensatorẽ mysteriorũ Dei, & ex qua etiã
probatur. Corinthij suos prædicatores ex sapientia ser-
monis & persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis æsti-
mabant & probabant: cum uerò uiderent & audirent
Paulum & reliquos synceros prædicatores, sapientia
sermonis & persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis,
non uti, neq; etiam his & alijs externis rebus præditos
esse, contemnebant eos: inde & doctrinam ex rebus il-
lis externis æstimabant.

Ab hoc errore studet Paulus reuocare Corinthios,
secundo hoc loco, & docet quænam potissima uirtus
requiratur in uero prædicatore, et unde pbari debeat:
ex fidelitate scilicet: non ex sapientia sermonis, non ex
persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, non ex his
aut illis rebus externis &c.

Fidèle uocat seruũ, qui ministrat & dispensat myste-
ria Dei fideliter, qui fideliter docet, erudit et instituit

IN EPIST. DOMINICA III.

oues sibi commissas. Item, qui non querit in dispensando priuata sua commoda, priuatam gloriam & ostentationem. Ab anthitesi notat Paulus hoc secundo loco pseudoapostolos infideles, qui sapientia sermonis & persuasibilitibus humanæ sapientiæ uerbis decipiebant Corinthios, interim in magna admiratione apud Corinthios, neq; tamen dispensantes mysteria Dei fideliter, imò puram doctrinam contaminantes, & priuata sua commoda querentes.

Vide parabolam Matthæi. 24. capite de seruo fidei & prudenti, item de malo.

Vt fidelis inueniatur,

Vt docens fideliter, & non querens sua.

Mihi autem pro minimo est.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quia Euangelium doctrina est inimica mūdo, & ingrata, ideo prædicatores Euangelij cruci subiiciuntur, & horribili obrectationi subiacent, nec solum apud prorsus mundanos, sed etiam apud Corinthios, hoc est, apud eos, qui uerbum habent. Docet ergo Paulus tertio hoc loco ab exemplo suæ personæ, ut sic agant prædicatores in suo officio, quò bona conscientia queant omnium hominum de se falsa iudicia et obrectationes mendaces contemnere, q. d. Apostolus: obrectationes & iudicia hominum uaria non fugient uos, hoc tamen efficitte, ut innocentes sitis, & ualentes istas

istas obreftationes & iudicia bona conscientia contemneret. Priore Petri 2. Quia sic uoluntas Dei est, ut beneficientes obmute scere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.

Mihi autem pro minimo est.

Scilicet, quia scio me fideliter agere in meo officio.

Aut ab humano die.

Ab humano iudicio, quo uos hæretis in personis, quo uos unum alteri præferatis &c.

Sed neq; me ipsum iudico.

Non curo propriæ conscientie iudicium, quæ sæpe titillat me, ut sinam me alijs præferri, probari & commendari, aut quæ suadet, ut me alijs præferam, me præ alijs probem & commendem. Iudicare est probare hic.

Nihil enim mihi conscius.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus quartus cohæret præcedentibus per occupationem, cū enim Paulus dixisset: Sed neq; me ipsum iudico, obijcere Corinthij ei potuissent: Quia te ipsum non probas Paule, ergo seductor es & pseudo apostolus. Respondet Paulus occupatione: Nihil. n. mihi sum conscius. Et ad hæc uerba quod obijcerent, habuissent: Ergo facis te coram Deo iustum tuis operibus. Ad dit alteram occupationem per aduersatiuam. Sed non in hoc iustificatus sum, q. d. Quamquam meum officium fideliter geram, & aliàs nullus externi uicij reus sum.

IN EPIST. DOMINICA III.

tamen coram Deo agnosco peccatorem me, idq; propter
internos prauos affectus, quibus nunquam careo.

Monet hic quartus locus: primū, quod opera exter-
nè facta, quantumuis bona, nihil faciant ad iusticiā corā
Deo ualentem: deinde nos nunq̄ esse sine internis malis
affectibus, qui quia nūquam nos desiciunt, ergo nos nō
ualemus ad iusticiā coram Deo perungere. Docet ergo
hic locus gratuitō iustificari nos coram Deo: quod ue-
ro etiam peccatores assequamur iusticiam corā Deo, id
inde accidit, quia credentibus in Christum Deus per im-
putationem confert iusticiam, & superstitem infirmi-
tatem in pijs boni cōsulit propter Christū. Spectat huc
4. caput ad Rom. de gratuita nostra iustificatione.

Conscius sum.

Nullius negligentiae in meo officio, neq; alterius cri-
minis externi.

Sed in hoc non iustificatus.

Scilicet coram Deo, qui iusticiam non sinit contin-
gere propter ulla opera externa.

Qui autem iudicat me, Dominus est.

Cuius iudicium est secundum ueritatem. ad Roma-
nos 2. hoc est, qui iudicat secundum corda, non tantū
secundum externa opera.

Itaq; nolite.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus

Quoniam virtus locus monet, ne nostrum iudicium contra aliquem maturemus nimium, aut precipitemus. Rationes uero sunt, propter quas non sint precipitanda nostra iudicia, partim quod nostra iudicia non sunt secundum ueritatem, quippe qui tantum iuxta externa iudicamus, quare et facillime decipi possumus, quia difficile et impossibile est, iudicare nobis in hac generali Ecclesia, quare sunt iusti, qui non. Pertinet huc parabola Matthaei 13. capite, de homine seminante bonum semen in agro suo, et superueniente illius inimico, et seminante zizania inter triticum. Quae parabola docet uere pios et hypocritas duraturos in generali Ecclesia usque ad finem mundi, uel sicut hic ait Paulus: Quoad usque ueniet Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, quibus omnibus monet et parabola et Apostolus, ne omnino iudicemus alios. Siquidem quum nostrum iudicium tantum secundum externa sit, fieri nequit, quin specie zizaniarum decipiamur, relinquamus uero Christo iudicium qui altero suo aduentu ueniet uere iudicaturus uiuos et mortuos, et separaturus oves ab haedis, Matt. 25.

Quoad usque ueniet Dominus
Explicat quale intelligi uelit tempus.

Abscondita tenebrarum.

Hypocrisin in operibus tenebricosis.

Et manifestabit consilia cordium.

IN EPIST. DOMINICA III.

Hypocrisin cordium, impietatem animi, amorem sui, & alios prauos adfectus, quos mundus non uidet.

Et tunc laus erit unicuique à Deo.

Scilicet, pro ut quisque egit, præmium accipiet. Iusti uitam ex promissione æternam, iniusti æternam damnationem. Laus autem quæ ab hominibus proficiscitur, uana est.

APPENDIX.

Potest & hic quintus locus intelligi de prædicatione Euangelij, quod detegit hypocrisin & animi impietatem. Ad Rom. 1. Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & iniusticiam hominum &c. Vel potest etiam hic locus intelligi de examine cuiusque conscientie, quod cum accedit, probata ne sint opera an improbata, apparet. De quo examine dixit in capite 3. Dies enim declarabit &c.

IN EPISTOLAM PAULI AD PHILIPPENSES III.

Dominica quarta. Aduentus.



Pistolæ hodiernæ occasio nõ est ita facilis, uiderur tamen ita ex præcedentibus colligi posse. Postquam Apostolus in hoc. 4. cap. epilogum præcedentiũ instituit, et totius epistolæ summã quãdam retexere, nimirum ut Philippenses in accepta fide perseuerent, & in operibus charitatis pergant. Ait. n.

Sic

Sic stete in Domino charissimi. Quibus obsecro in reb. stare uult Paulus suos Philippenses? Sine dubio in illis rebus, de quibus ante monuerit eos, monuit uerò eos potissimum de perseverantia in accepta fide, & de operibus charitatis sedulo exercendis, ne alijs infirmis sint malis moribus offendiculo. Ad charitatē autem præcipuè hortatur Euodiam & Syntichen, ut sint cōcordes in domino. Postea statim ante initium hodiernæ epistolæ, ad hortatur suam uxorem, ut præsidio illis mulierculis sit quò in gratiam redeant, uel ut iuuet eas in inserviēdo pauperibus, sicut prædictæ mulierculæ diligenter laborant in curandis pauperibus, unà cum Paulo, Clemēte & alijs cōministris, quorum nomina sunt scripta in libro uitæ. Post hæc sequitur hodierna epistola, quæ ex ordium sumit ab adhortatione, ut Philippenses congaudeāt tam fidelibus ministris, quorū nomina scripta sunt in libro uitæ. Loquitur enim hic Paulus de gaudio, ut opere in proximū, quo congaudemus illi, & est hoc gaudium effectus charitatis, nō iustificationis, quam sequitur gaudium cōscientiæ, sicut et pax, de qua scribit Paulus ad Ro. 5. Iustificati igitur fide pacem habemus &c. De gaudio ut charitatis effectu agit hic Paulus, sicut et ad Gal. 5. cū ait: Fructus spiritus sunt charitas, gaudiū &c. Et quia dicit Paulus talium fidelium ministrorum nomina scripta esse in libro uitæ, præcipuā gaudij causam notat, ut sciant Philippenses ita fideles ministros er-

IN EPIST. DOMINICA III.

erga pauperes beatos & uitæ æternæ participes esse, non quidem ex opere operato, sed ex promissione & conuentione, qua Deus conuenit cum operarijs suis de denario, hoc est, de uita æterna, amequam ablegat eos in uineam, iuxta parabolam Mat. 20. cap. Vitam æternam librum uitæ uocat, quod ea tanquam liber in se uiuentes & uerè credentes continet. A contrario sentit Apostolus lugendum & iristandum esse de illis, qui non fideliter laborantes erga pauperes, scripti sunt in libro mortis. Vnde discimus non exercentes charitatem, & certò scriptos esse in libro mortis, & eos mortem sequi, quemadmodum charitatis studiosi scripti sunt in libro uitæ, & eos uita sequetur.

SVMMARII LOCI.

- 1 Congaudere debemus fidelibus & uerè Christianis, cum quia fideliter charitatis operib. testantur se ueros Christianos esse, tum quia eorum nomina scripta sunt in libro uitæ, hoc est, quia beati sunt.
- 2 Christiani non sunt homines iniqui, immodesti, & insuaues moribus, sed æqui, modesti, & suaues moribus coram omnibus.
- 3 Quia æquum, modestum & suauem moribus se omnibus exhibere, opera sunt carni molesta, igitur cõsolatur Apostolus Philipenses contra molestias carnis à ppinquitate Dñi, qui et uires subministrabit, aget spectatorem nostræ conuersationis, & liberabit aliquando

ex molestijs carnis &c.

4 Ut Dominus nobis prope sit, non aliunde impetratur quàm serua oratione, & ut prope apud nos maneat, id fit gratiarum actione.

5 Pax Dei ultra omnem humanum captum, sola conseruat pios & custodit contra omnes afflictiones, & scandala & molestias.

Gaudete &c.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus hortatur Philippenses, & sic nos omnes ad gaudiũ charitatis effectũ, quo congaudemus proximo ut uerè Christiano, operanti opera, quibus se fidelem Dei seruũ & beatũ testatur, propter quæ et gaudere Philippenses uult Apostolus. Mundus gaudet cum suis, cũ uidet suos ad magnas diuitias & potentã surgere. Vnde uulgare illud mundi prouerbium: Gaudendũ est cum gaudentibus, hoc est, cum illis, quibus oĩa succedunt pro animi senectia. At Christianorũ gaudium longè à mũdo diuersissimũ est, quo cõgaudent pijs, nõ propter mundanã felicitatem, sed quia uident eos fideliter uersari in regno Christi, & e charitatis operibus ostendere se uerè beatos esse. Mũdus suis cõgaudere nõ pot in aduersa fortuna, at Christiani cõgaudent pijs alijs etiam in ipsissima cruce. Prodest itaq; circa primũ hũc locũ diligenter obseruare discriminẽ inter gaudia mũdi, quibus

IN EPIST. DOMINICA III.

quibus suis cōgaudet & quibus ex causis, & inter gaudia Christianorum quibus alijs Christianis congaudet, & quibus ex causis, quare & Apostolus, ut discrimen aliquod ostenderet, adiecit: In Domino.

Gaudete.

Gaudium hoc effectus charitatis est, & fructus Spiritus sancti, ad Gal. 5.

In Domino.

Discernit inter gaudium mundi & Christianorum, In Domino gaudere est hic congaudere proximo propter res, quæ placent Domino, quales sunt, fidelitas proxi-
mum in fratres, beatitudo &c. Vel est gaudere in Domino, congaudere proximo, non humano more.

Semper.

Non tantum in læis, sed etiam in aduersis. Mundus in aduersis gaudere desinit, & desperat.

Iterum dico: gaudete.

Quia seriò loquitur Paulus, & ex adfectu, igitur repetit adhortationem ad gaudium.

Manluetudo uestra.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus est de ἐπιείκεια, hoc est de æquitate, modestia et suauitate morũ, quibus uirtutibus prædici esse debet Christiani, & à cōtrario fugere iniquitatem, immodestiam & insuauitatem morum, ne sint intractabiles bestię, et austeri Democæ, ab oĩ mā suetudine
&

et ciuilitate alieni. Et pertinet hic locus ad cōuersationem uitæ, cuius non est postremus usus, sicut et omnium nostrorum operum, ut illi, qui adhuc foris sunt, ex honesta cōuersatione nostra accipiant occasionē acceptandi Euangeliū, et glorificandi Deum. Priore Petri. 2. ca. Et cōuersationem uestrā habete inter Gentes honestam, in hoc, quod obtrectant uobis, quasi maleficis, ex bonis operibus æstimantes uos, glorificent Deū, in die uisitationis.

Cæterū simpliciter cōmendatur hic Christianis ἐπιεικεία, mansuetudo morū, quæ et longe patet, in regno ciuili et cuius multæ sunt cōmoditates, illæ huc transferri debent, conciliat enim ἐπιεικεία, amicitiam, conciliatā alit et cōseruat, inuitat alios ad comitatē etc.

Mansuetudo.

In græco est, ὁ ἐπιεικής, morum æquabilitas, mansuetudo, suauitas morum, æquali harmonia et sine dissensione sibi ipsi respondens.

Nota sit.

Contra eos, qui apud se tantum sunt mansueti.

Omnibus hominibus.

Non ut mansuetudinem erga unū exerceamus, erga alterum simus quauis bestia intractabiliores, et quouis Demea duriores et agrestiores.

Dominus enim prope est.

EXPLICATIO III. LOCI.

TERTIUS locus consolatur et confortat Philippen
ses contra

IN EPIS. DOMINICA III.

ses contra carnis molestias, quib. obstrepit caro illis, qui præter naturam carnis, mansuetudinẽ & huius alia cognata opera exercent. Nã caro potius ultionẽ quærit, quã mansuetudinẽ, maximẽ ubi laceßita est iniuria, hinc contra carnẽ pugnare, & inuita carne, mansuetudinẽ operari, sane nullius non erit molestia. Cõtra hæc ergo solatur Apostolus Philippenses hoc tertio loco, à propinquitate Dñi, qui quia propinquus est, igitur liberabit à molestijs carnis. Et ne Philippenses segnes fieret ad exercendã mãsuetudinẽ, uidetur Apostolus eos præsentia et propinquitate Dei prouocare, q. d. Vel ideo libenter exercebitis mansuetudinẽ erga hoies, quia Deũ spectatorem habetis. Tandẽ apparet & tertio hoc loco uelle Paulum consolari Philippenses, ne anxij sint pro uiribus ad mansuetudinem sufficientibus, quia enim dominus prope est, ergo uires sufficientes subministrabit.

Dominus enim prope est.

Aetiologia à propinquitate Domini, quare mansuetudo Philippensium nota esse debeat oibus. Prope est, scilicet liberaturus uos cõtra molestias carnis repugnantis mãsuetudini. Vel prope est, scilicet quia spectatorem mãsuetudinis uestræ Deũ habetis: uel prope est, scilicet uobis ad exercitiũ mãsuetudinis uires subministraturus.

Nihil sitis solliciti.

Quasi Deus uelit uos mansuetudinẽ exercentes, et in molestijs carnis agentes deserere.

Sed in

Sed in omni oratione.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus medium proponit quod efficitur
ut Deus nobis prope sit, iuuet nos, consoletur,
liberet &c. Illud ipsum uerò est oratio, non quidem le-
uis, sed seria & adfectuosa. Verum quia parum pro-
dest Deum nobis semel propinquum impetrasse, ideo &
alteram orationis partem requirit à Philippensibus, gra-
tiarum actiones, quæ certa sunt media, quibus propin-
quus nobis factus Deus, seruetur et retinetur apud nos.

Vides in hoc quarto loco orationis duas species. Al-
tera est oratio inuocatoria seu petitoria. Altera est ora-
tio gratiarum actionis. Oratio & deprecatio sic disse-
runt, προσδύχη oratio est, quæ ad Deum funditur cum
attentione & animaduersione animi, & ἰσχυρὸς de precca-
tio est, qua oramus ut liberemur à malis & ex aduer-
sitatibus. Vtraque serios adfectus flagitat.

Cum gratiarum actione.

Orationem petitoriam cõiungit cum gratiarum actione
nam quod altera impetrat, pro illis altera agit gratias,
Innotescant.

Fieri enim potest, quando non rectè ac piè oratur,
quòd Deo non innotescant preces nostræ.

Apud Deum.

Q. d. Etsi apud mundum nihil ualeant preces nostræ.

Et pax Dei,

EX.

IN EPIST. DOMINICA III.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus uotum Pauli continet, quo opor-
tat Philippēſibus pacē Dei, nec immeritò. Est
enim pax Dei unicum remediũ cōtra omnes molestias,
scādala, & adſtictiones. Vocat uerò pacē Dei, pacē cō-
scientiæ, quæ ubi præſto adest, ibi nihil curatur, quan-
tūus interim foris crucis procellæ ludūt. est autē pax cō-
scientiæ fidei effectus, & res iustificationis cognata. Ad
Ro. 5. Iustificati igitur fide, pacē habemus per Dominũ
nostrum Iesum Christum &c. Et est pax conscientiæ,
qua certò statuimus Deum nobis per Christum placatũ
& reconciliatum esse, in hoc, quòd nos porrò tueri,
ac defendere uelit, è periculis liberare &c. Et q̄ hãc pa-
cem habet, is nihil admodum curat foris circumludētes
procellas. Pax Dei uocatur, primum quia Deus illius
autor est, deinde quia exuperat omnem intellectum hu-
manum, & quia mundus eam non intelligit, qui aliam
pacem habet, uidelicet externam.

Custodiat corda uestra & mentes uestras.

Effectus hic est pacis Dei, custodire corda & men-
tes, nescilicet de Dei præsidio & cura dubitent, mali
aliquid cogitent, aut desperent.

IN EPISTOLAM AV-
TORIS AD HEBRÆ. CA I.

Die Nataliciorum Christi.

Quintus

QUur nunc lecta epistola hodie legatur in Ec-
clesia, non est obscurum: uel ex duplici cau-
sa, altera est, quia hæc epistola mentionem fa-
cit Christi nouissimè in hunc mundum nati et missi: alte-
ra est quia natū Christū ultra hominē purum extollit,
& facit eum filium Dei, eiusdem substantiæ & poten-
tiæ cum Deo patre. Ait enim autor epistolæ: Qui cum
sit splendor gloriæ, & imago substantiæ eius, por-
tansque omnia uerbo potentiæ suæ, item per quem &
secula fecit.

Apparet autem autorem huius epistolæ magnæ pru-
dentiæ uirum fuisse, qui scripturus Hebræis, prudenti
& ad persuadendū parata insinuatione utitur, quo se
offensis ex uilitate personæ Christi Iudæis, insinuaret.

Exorsus itaq; est suā epistolā à misericordiā Dei, quā
exhibuit in patres, quibus olim multifariè est locutus de-
us per prophetas. Patrū enim uocabulo & prophetariū
mentionē ualde cōmoti fuerunt sine dubio Hebræi, ali-
às sine fine passim de patribus & factis promissionibus
per prophetas gloriantes. Ioan. 8. Semen Abrahæ su-
mus neq; cuiq; seruiuimus unquam, quomodo tu dicis, li-
beri reddimini? Matth. 3. Ioannes loquitur ad Iudæos. Et
ne sitis hac mente, ut dicatis intra uos ipsos, patrem ha-
bemus Abraham: unde liquidum est ex hac & simili glo-
riatione Iudæorum de patribus, autorem huius epistolæ
magna prudētia usum fuisse, quo sic in ingressu epistolæ

IN EPIST. IN DIE

insinuando se Iudæis, patrum et prophetarum appellati-
one, tolleret omnem malè suspicandi occasionem, & si-
mul offendiculum ex uilitate personæ Christi contractū
auferret. Sed quia præsens epistola & est proluxa & se-
cunda insignibus locis, igitur ad subiiciendum eos festi-
nabo.

SUMMARI LOCII.

Deus multifariè exposuit uoluntatem suam homini-
bus: nunc his nūc illis medijs, nouissimè autem eam a per-
tissimè per Christum reuelauit, post quem non est aliud
uerbum expectandum, non alij angeli, nō alij prophætæ,
non alia signa: his enim ante aduentum Christi multifa-
rie locutus est Deus hominibus.

2 Christus uerus Deus est cum patre eiusdem diuini-
tatis, substantiæ & potentiæ, non creatura, sed omnibus
creaturis maior, etiam ipsis angelis. Et est hic locus pro-
positio primæ partis totius epistolæ.

3 Angeli spiritus sunt, flammæ seu ignitæ naturæ, in
ministerium cum Dei, tum hominū creati. Et quanquam
tam nobiles sint creaturæ, tamē Christo inferiores sunt.
Multifarie.

EXPLICATIO I. LOCII.

Primus locus qui ostendit Deum multifariè locuti-
um patribus, iam quæri solet, quæ nam sint uarij illi
modi, per quos Deus uerba fecit patribus: item, quid illis
locutus sit. Modos locutionis Dei ad patres in scriptu-
ris

ris quatuor frequentiores reperio, angelos, prophetas
 uerbum & signa: nam quod Deus Balaam. locutus est p
 asinam. Nu. 22. id miraculose corrigi, nec fuit hic ma-
 dus ita frequens. Quid uero Deus locutus sit patri-
 bus per prædictos modos, passim extat in Biblijs, et satis
 est scire quòd patribus suam uoluntatem illis modis ex-
 posuerit Deus. De angelis certos nos faciunt multi scri-
 pturæ loci. Ge. 18. Tres angeli nunciant Abraham, Saram
 uxorem suam filium pariturã. Act. 7. Legitur lex data
 per angelos. Lucæ 1. Gabriel denunciat Mariæ uolun-
 tatem Dei de cõceptione Christi. ibidem & angelus Do-
 m. n. reuelat Zachariæ nuncium de filio ex Elizabeth u-
 xore prodituro. De prophetis nullum est dubium, quo-
 rum scripta & u. rba in promptu habemus. Esa. cap. 1.
 Audite cœli & auribus percipite terra, quoniam Domi-
 nus locutus est.

Angeli & propheta ministri Dei fuerunt. Verbum
 & signa res, quas annunciarunt angeli & propheta.

Verbum incurrit in aures, aut iubet aliquid facere,
 aut prohibet aut promittit.

Signa incurrunt in oculos, & prouocant, erigunt
 & confirmant homines ad credendum uerbo, & sunt
 nota beneuolentia Dei uoluntatis erga nos.

His & adiunguntur miracula quibus etiam Deus uolun-
 tatem suam innotescere fecit hoibus, quæ siue effectus
 uerbi, siue res cognatas uerbo dixeris, non errabis.

IN EPIST. IN DIE

Huc pertinent & insomnia uel uisiones, per quas Deus manifestauit uoluntatem suam mundo, Gen. 28. Viduq; in omnis scalā stantem super terrā. Nec ita raro locutus legitur Dominus, nullo ad lito modo. Gene. 22. Per memetipsum iurauit, dicit Dñs, quia fecisti hanc rē, & nō pepercisti filio tuo unigenito &c. Qui modi licet excellentes fuerint, tamen nihil cōferendi ad modū illum per quem nobis nouissimē locutus est Deus, scilicet per filium. Et quia nouissimē inquit, ergo post hunc Christū non sunt alij modi, quibus Deus hominibus suam uoluntatem innolescere faciet, expectādi, nulli angeli, nulli deniq; prophetæ, nullum aliud uerbum, nullæ aliæ reuelationes, nulla signa alia. Verbum enim quod Christus nouissimē locutus est de uolūtate patris, illud satis confirmatū est, et miraculis, et morte, et resurrectione Christi. Præterea illius confirmati uerbi duo signa habemus, baptismum, & cœnam Domini, quæ adhuc nos & semper de uoluntate Dei nouissimē per Christū annuntiata, confirmant. Permittit uero per Christum nouissimē prædicatum de uoluntate Dei, uerbum, annunciari deus mundo per uasa testacea, hoc est, per infirmos homines, & non per angelos ac prophetas singularibus reuelationibus præditos, ut uirtutis eminentia sit Dei, & nō ex nobis &c. Posteriore ad Corinth. 4.

Locutus est patribus.

Suam uoluntatem patribus declarauit, & promissiones

nes de Christo. Exordium epistolæ in sinuatione constat, ab illis rebus, quibus maximè sciebat autor epistolæ affici Hebræos, quales res erant: patres, prophetae, & similes, quarum catalogum texit Apostolus ad Rom. 9. Qui sum Israëlita, quorum est adoptio, & gloria & testamenta & legis constitutio, & cultus, & promissiones, quorum sunt patres, & hi, ex quibus est Christus &c.

Nouissime.

Post cuius loquelam non est alia expectanda. Nouissimum tempus aliàs uocat Paulus plenitudinē temporis, ut ad Gal. 4. At ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere &c.

Per filium.

Emphaticôs. Exprimit enim uehementiam amoris Dei erga nos.

Quem constituit.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus continet $\pi\rho\sigma\sigma\omega\pi\omicron\gamma\alpha\epsilon\phi\acute{\iota}\alpha\epsilon\upsilon$ Personæ Christi, quam commodè nunc subijcit Autor huius epistolæ, præmissa in sinuatione, qua aliquantulū Iudæos uilitate personæ Christi offensos placauit. Et est hic secundus locus propositio bonæ partis totius epistolæ, in qua mittitur Apostolus contra offendiula Iudæorum ex uilitate personæ Christi contracta, probare Christū esse maiorem omnibus creaturis, etiā ipsis angelis, nimirum quem constituit Deus heredem uniuersorum, per

IN EPIST. IN DIE.

quem & fecit secula qui est splendor gloriæ & imago
 substantiæ Dei &c. Quæ descriptio nulli creaturæ, er-
 go nec angelis conuenit. Et ne uideatur autor huius epi-
 stolæ tantam descriptionem Christi ex suo cerebro pro-
 ducere, uocat in testimonium abditissimos quosq; scri-
 pturæ locos, qui testantur Christū reuera esse, qualē eū de-
 scribit hic autor præsentis epistolæ. Est aut̄ summa hu-
 ius secūdi loci, Christū esse natura Deū cū patre, eiusdē
 diuinitatis, substantiæ & potētiae cū patre. Nec tantū fuit
 Christus talis antequā in hunc mundū ueniret, sed etiam
 præsens in hac uita, et nunc corpore absens, & sedens ad
 dextrā maiestatis Dei. Finis huius secūdi loci est de πρῶ-
 τῶν ὀργάνων personæ Christi ut autor huius epi-
 stolæ tollat à Iudæis offendiculū ex uilitate psonæ Christi.
 Et nobis eū in finē hic locus prodest, ne uilitate & mise-
 rijs cōtempti Christi offendamur. Deinde ut cōsolemur
 nos ex tam magnifica personæ Christi descriptione. sciē-
 tes nos habere liberatorem Christū Deum, & cum patre
 Deo eiusdem naturæ & substantiæ, & potētiae. Unde
 & potens est nos tueri & defendere contra oīa mala.

Quem constituit hæredem.

Scriptura de Deo loquitur humano more, infirmitatis
 nostræ causa, ut tamen liceat nobis infirmis ad dei cogni-
 tionē pingere. Sic uidemus hic Christū cōstitutū à Deo
 patre hæredem. Seruit & ita loqui scripturā de deo ἀν-
 θρωπίνως ad discernēdas personas in diuinitate. Cū. n.

scriptus

Scriptura tribuit deo patris & filij uocabula, iã rectè tribuitur patri institutio heredis, & filio heredis adpellatio. Christũ heredẽ esse, per Christũ secula condita esse, Christũ esse splendorẽ gloriæ Dei, & imaginẽ substantiæ dei: Hæc inquã et similia nõ efficiũt inæqualitatẽ aliquã in diuinitate, quasi ideo Christus inferior sit patre, sed et illa tribuuntur Christo, ut nobis certa aliqua Dei cognitio innotescat, id quod fit, quãdo cuiq; personæ proprium tribuitur. Confuse ac impiè loquuntur de deo, aut personis in diuinitate, q nõ animaduertiũt, quid proprij idq; discernendi à se inuicem personas gratia, scriptura singulis personis adscribit. Sic quidã interrogati per quẽ sim liberati, respondet per Deũ patrẽ, et filiũ, et Spiritũ sanctũ. Et quanquã uerũ sit Deũ patrẽ et filiũ et spiritũ sanctũ, simul liberationem humani generis operatos esse. Deus. n. pater disposuit, ut salui fieremus: Deus filius sal uos nos fecit, Deus Spiritus sanctus sanctificat nos, & conseruat in salute per Christũ accepta. Tamen consuisissimum est, non tribuere singulis personis in liberatione propria officia: unde & accidit olim, quod & heretici quidam dixerim: Deum patrem & Spiritum sanctum unã cum Christo simul passos.

Sunt itaq; heredem esse Christum, medium, per quem Deus condidit secula, splendorem gloriæ &c. uocabula nature & eiusdem diuinitatis, substantiæ & potentiæ, non inferioritatis aut diminutionis alicuius.

Hæredem uniuersorum. D 4

IN EPIST. IN DIE

Ita quod quicquid nobis adoptiuus ex gratia filijs contingit, id fit in Christo & per Christum.

Per quem fecit secula

Et hic aperte uides scripturam talia tribuere Christo, ut personas discernat tantum, & officia personarum, idq; nostræ infirmitatis causa, alioqui non est ad mittendum, per Christum Deum patrem secula condidisse, ut per personam inferiorem à Deo patre, sicut & quidam hæretici opinati sunt, qui docuerunt Deum patrem per Christum, tanquam per instrumentum condidisse secula, non aliter atq; faber per malleum cudit ferum ad effectum. Quam opinionem prorsus hæreticam ut corrigeret Apostolus, Ad Col. 1. adiecit: Omnia per illum, & in illum creata sunt.

Secula intelligit, quicquid creatum est.

Qui cum sit splendor gloriæ.

Quæ nunc sequuntur clarius ostendunt Christum cum Deo Patre æqualem Deum esse. splendor gloriæ Dei est Christus, refulgētia est, lumen est, radius est etc. Non aliter atq; Nicænum concilium piè sensit, Christi à patre, ut lumen de lumine splendere, ut splendorem de patre splendorem emittente, & refulgentiam de patre refulgentiam eijciente, radium de sole etc.

Verum ut lumen à lumine, splendor à re splendorem emittente, refulgentia à re refulgentiam de se eijciente, et radius à sole non separatur, ita nec à patre filius.

Qui

Quidam per uocabulum gloriæ intelligunt Deum
 ipsum cum omnibus suis naturalibus bonis, et in hūc mo-
 dum exponunt hūc locum: Christus est splendor gloriæ
 id est, speculum, in quo cernere licet, & quis Deus sit, et
 quæ in Deo naturalia bona. Item quæ sit uoluntas Dei
 patris. Sed hæc expositio non est sufficiens hic, neq; facit
 ad institutū admodū. Autor enim huius epistolæ ex hac
 descriptione uult ostendere maximè, Christum esse natu-
 ralem Deum cum patre eiusdem substatiæ & potentiæ.
 Sufficiens autem satisfi huic loco, si dicas: Christus
 est splendor gloriæ, hoc est, Christus est splendor, quem
 emittit pater de se, qui est æqualis cum patre, & à patre
 non potest separari, & postea, est splendor gloriæ, hoc
 est, in quo tanquam in speculo relucet patris omnia na-
 turalia bona, item uoluntas patris & c. Et sic intelligi de-
 bent & sequentia uerba: Et imago substantiæ eius, id est,
 Christus est eiusdem substantiæ cum Deo patre, & est
 imago, in qua relucet omnia naturalia bona, item uo-
 luntas patris & c. Nascitur uero hæc imago à patre,
 non aliter atq; paulo ante diximus de splendore. Ad Co-
 loss. 1. Imaginem inconspicui dei uocat Christum Aposta-
 lus eadem significatione, ut sit sensus: Christum esse eius-
 dem diuinitatis, substantiæ, naturæ, & potentiæ cū deo
 patre, item imaginem Dei, in qua tanquā in speculo cer-
 nere licet omnia dei naturalia bona, item uoluntatē pa-
 tris quomodo Christus sit imago substantiæ patris, simi-

IN EPIST. IN DIE.

litudinibus alij exhibent, à cera, ueluti si illi imprimatur sigillū, ab auro, ueluti si illi in sculpatur effigies aliqua au-
ro inseparabilis.

Portansq; omnia uerbo uirtutis sue.

Scilicet Deus pater. Verbo scilicet Christo, ut sit sensus: sicut Deus per Christum fecit secula, & condidit omnia: ita Deum per Christum conseruare omnia creata, agere, mouere & administrare. Quòd hic autor portare dicit. Paulus ad Coloss 1. capite, consistere uocat, ipse est ante omnia, & omnia per illum consistunt. Discendum hic uenit Deum non deserere creata.

Alij sic intelligunt hūc locum. Portans, scilicet Christus uerbo uirtutis suæ, uidelicet quod est uirtus Dei. ad Ro. 1. cap. idem tamen sensus est, uis & potentia Christi omnia regi & seruari.

Per se.

Excludit nostra merita, & alia media.

Purgationem peccatorum nostrorum faciens.

Testimonium hoc est diuinitatis Christi remittere peccata.

Sedet.

Occupatio ne quis de diuinitate Christi dubitet, postquam cœpit postea mori propter peccatorum purgationem. Et sedere ad dextram maiestatis Dei, argumentum est diuinitatis Christi.

Tanto melior angelis.

Accommodatio alterius partis propositionis, seu potius collationis angelorum ad Christum.

Nomen hæreditauit.

Quia filius Dei est, quia splendor gloriæ &c. Etymologia discernit inter Christum & angelos. Verbum hæreditauit, insinuat Christi nomen naturale esse.

Cui enim.

Amplificatio cõstas confirmatione ab auteritate scripturæ, Christum esse meliorem angelis, & omnibus creaturis alijs, nõ solũ ratione diuinitatis, sed et humanitatis

Hodie.

Augustinus exponit ab æterna à patre generatione, & ait hodie semper esse apud Deũ. Et sic intellectus hic locus probat diuinitatem Christi. Potest tamen hodie etiam intelligi de humanitate Christi, ut sit sensus: Hodie, id est, à tempore reuelatæ salutis.

Et ego ero illi in patrem.

Aliud argumentũ excellentiæ Christi super angelos Hoc argumentum & proximè præcedens ex uoce si'ij probant Christum maiorem esse angelis. Filius nature appellatio est.

Et cum iterum

Aliud argumentũ excellentiæ Christi super angelos in hunc modum cõcinnatum: Christus est primogenitus id est, ante oēs creaturas, ergo angelis excellentior est. Sic et accipit primogeniti uocabulũ Apostolus ad Col. 1.

Pria

IN EPIST. IN DIE.

Primogenitus uniuersæ Creaturæ.

Et adorent eum.

Aliud argumentum excellentiæ Christi super angelos, à dignitate eius, qui adoratur, ad indignitatem adorantis. Indignior enim est, qui adorat, q̄ qui adoratur.

De angelis quidem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus describit angelos à sua natura et officijs, sicut secundus locus descripsit Christū à natura & officijs. Scriuit autem descriptio angelorum eò, ut sciant Hebræi, quanti facere angelos debeant, qui quāquam optimæ sint creaturæ, tamen ad Christū non sunt cōserendæ. Quid ergo sunt angeli? Respōdeo ex hoc loco: Angeli sunt spiritus ignitæ naturæ, in ministeriū cū Dei, tum hominum creati. Spiritus sunt, hoc est, naturæ incorporeæ, & carentis accidentibus. Ignitæ & flammæ sunt naturæ, hoc est puritate, claritate, & agilitate referentes ignem. In ministerium Dei & hominū creat. Sic Deus Lu. 1. Gabriel utitur in ministerio ad Mariam. Et 2. Regum 24. in percutiēdo populo pestilentia. Gen. 22. Angeli Iacob sugiētē Esau protegunt. Mat. 1. Angelus cōsolatur Ioseph. Quando creati fuerunt angeli, non constat. Quāquam quidam moti ex locis Hiob, dicant angelos primas Dei creaturas Capit 40. Ipse est principium uiarum Dei. Item capit 38. Aut quis dimisit angularem lapidem eius, cum me laudarent simul astrō

NATALIT. CHRISTI.

matutina, & iubilarent omnes filij Dei.

Thronus tuus Deus.

Hoc testimonio Christus extollitur ultra angelos multis nominibus, diuinitate, humanitate, eternitate regni, & donis Spiritus sancti varijs. Thronus tuus Deus in seculum seculi, ergo Christi regnum æternum est, ergo et Christus Deus, & æternus. Virga rectitudinis, uerbum Dei est, quod opponitur uerbo erroris. Virga regni quoq; uerbum dei est, quo regnat Christus in suo regno in suos. Dilexisti iusticiam &c. Hæc opera Christi sunt. Oleum uel gratia est Spiritus sanctus, uel dona eius, quibus Christum unxit Deus. Esa 11. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ. Consortes intelligit angelos non copiose, ut Christus, omni genere donorum à Spiritu sancto unctos. Deinde intelligit et reliquos sanctos, qui tantum ad mensuram unguuntur à Spiritu sancto, ad Romanos 12. & 1 ad Corinth. 12.

IN EPISTOLAM PAULI AD GAL. CAP. III. DOMINICA INTRA OCTAUIAS NATIUITATIS.



Odierna Epistola amplificatio est precedentium de pedagogo lege, & eius usu usq; ad Christum, qui à lege pedagogo emancipat atque liberat nos, ut non amplius dicamur discipuli legis pedagogo

IN EPIST. IN DIE.

S, sed filij Dei, idq; per fidem, quæ est in Christum Ie-
 sum, nam nondum in Christum credentes, etiamsi glori-
 entur se ulterius sub lege pædagogico nō esse, etiamsi etiã
 de stemmate Iudæi nō sint, amen adhuc sunt sub lege pæ-
 dagogo, qui erudiendo, accusando & culpando suis iu-
 tur in eos officijs. Præterea quia Apostolus mentionē fe-
 cerat in fine præcedētis caputis, uocabuli hæredis, dixe-
 rat. n. Si aut̄ uos Christi, ergo semē Abrahæ estis et secū-
 dū promissionem hæredes, nūc præsentī epistola simili-
 tudine explicat, quales simus nos hæredes: primū sub lege
 pædagogico, deinde sub Christo emācipatore et liberatore
 nostro à lege pædagogico, quales ergo sumus hæredes sub
 lege pædagogico? Respondet Apostolus: Paruuli sumus, ser-
 ui, quanq̄ oīum dñi, scilicet ex promissione, sub tutori-
 bus sumus & pcuratoribus, sub elementis mundi seruie-
 tes. Quales uerò hæredes sumus sub Christo? Respondet
 Apostolus: Redempti & adoptiui filij. At obsecro, ad
 quid adoptati? Respondendū est ab antithesi: Ut non am-
 plius simus paruuli, non serui, sed uerè dñi & filij, nō am-
 plius sub tutoribus & procuratoribus agentes, sed in li-
 bertate spiritus hæredes Dei per Christum facti, incedē-
 tes. Sed hic quæri possit, cur Paulus similitudine utatur
 in rebus tam grauibus explicandis, cum nulla sit iux-
 ta uulgare prouerbiū, similitudo, quæ nō alicubi clau-
 dicet? Respondeo dupliciter. Paulus postquā in præce-
 dentibus difficillimis usus est argumentis & probationi-
bus

bus. Item docendi modo sanè non bene exercitatis obscurus, nunc similitudinè addit, qua non est alius locus Dialecticus ad euidenter illustrandū obscura accommodatior. Deinde eum non sit ulla docendi ratio aptior ad instituendū rudiores, quàm est ea, quæ à similibus procedit, uoluit. Apostolus similitudine, quanquam in rebus grauissimis uti, ut imperitiores et minus graues comodius ad magis rerū intellectu adduceret, quales reuera sunt, intelligere, cur lex pædagogus dicatur usq; ad Christū, et quæ fiat, ut per Christū à lege pædago liberemur. Nec quid noui perpetravit Paulus, ut es similitudine in rebus tam arduis, cū id ante Paulū sepius factitarint et propheta et Christus ipse. Et utinam hoc unice studerent prædicatores hodie, ut pro publicis concionibus multis similitudinibus luderent, sine dubio sentirent maiorem suæ institutionis fructum. Verum à quibus rebus similia ducere debemus, et hic Apostolus docet, qui docturus rudes Galatas, non ad res remotas aut obscuras fugit, aut à communi uita alienas, sed trahit ad suam similitudinè res in communi uita quotidianas, et in omnium hominum frequenti usu.

Item docet Apostolus suo exemplo, rationè tractandi et expediendi similitudines, quæ nō sunt cōcise aut frigide absoluendæ, sed cum expeditione utriusq; partis, id est, ut similia accommodatione similibus expediatur.

SUMMARIUM LOCORUM

SUB

IN EPIST. DOMINICA

1 Sub lege pædago militâtes, hæredes quidem sunt ex promissione, sed tamen paruuli sunt, à seruis nihil dis crepantes, sub tutoribus, & procuratoribus agêtes, quo rum horridas minas, iugum, onera, uirgam, sceptrum, int perium, obiurgationes & tonitrua ferre coguntur, hoc est, omnem uim, efficaciam & officia legis.

2 Quos Christus emancipat & libera: à lege pædago go, tales sunt hæredes, qui incipiunt cū Christo naturali hærede possidere bona, fiunt filij liberi, ueri Domini, et possessores omnium in Christo bonorum, in quos lex pæ gogus nullum amplius dominiū habet, Et tales ut effice ret hæredes, Christus se legi subiecit, q̄ legi nihil debuit.

3 Quòd simus filij emācipati, ueri hæredes, à domino legis liberati, & filij facti, nos non intelligimus, neq; cre dimus, nisi reuelante & confirmante Spiritu sancto, qui nos tantas res intelligere & uere credere facit. Item qui ob signat & certos nos facit de placato patre per Chris tum, ut audeamus porrò accedere patrem, illum liberè & sine timore inuocare, ad illum clamare: Abba pater, tanquam ad eum, qui nos semper tueri ac defendere con tra omnia mala & uelit & possit.

4 Filios per Christum factos & ueros hæredes, nō potest non sequi hæreditas.

Dico autem.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus continet alteram similitudinis partem, que

quæ est de hæredibus militantibus sub lege pædagogorum.
 Tales hæredes præter nomē ferē nihil inde utilitatis habent: dicuntur enim hæredes tantum, quia promissionē de hæreditate habent, & in expectatione stant, ut aliquando hæreditatem accipiant, finito emancipationis tēpore à patre præscripto: præterea & Domini quidem adpellationem habent, domini inquam omnium uocantur, sed possessione carent, quæ nō coningit donec sunt tales hæredes sub mancipatione. Verum dici hæredem & Dominum ex promissione ad accipienda bona post emancipationem: illa inquā nomina ferre non esset molestum. At hoc molestum est, paruulum esse, hoc est, non aptum ad accipienda hæreditatis bona: item molestum est, nihil differre à seruo, & sub tutoribus & procuratoribus agere, hoc est, sub elementis legis uexari, et impediri à possessione: legis maledictionē, cruciatus, minas, iugum, onera, uirgam, sceptrum, imperium, obiurgationes, tonitrua, coactiones, & efficaciam legis ferre. Quæ mala tanta sunt, quòd satius iudicetur sæpe ab illis, qui ea sustinere coguntur, planè nō esse talem hæredē, quàm esse. Quare etiam Paulus ad Ro. 4. dicit: Lex irā operatur, id est, & patri Deo autori legis, & promissori hæreditatis, indignantur, qui molestias legis sentiunt: quantumuis interim sciunt se post præscriptum à patre tempus, liberos hæredes fore in magnis delicijs.

Voluit itaq; Apostolus his uocibus, hæredem sub lege

IN EPIST. DOMINICA.

paruulum esse, nihil differre à seruo, & sub tutoribus & procuratoribus agere, exprimere uim, efficaciam, & tyrannidem maledictionem & dominium legis, quæ omnia tollerare coguntur, qui adhuc sub lege sum, nō solū Iudæi, sed & nos omnes, antequam liberemur per Christum, hoc est, antequam credamus in Christum, & spiritum sanctum accipiamus. Lex enim iniustus posita est. 1. ad Timoth. 1. id est, nondum credentibus in Christū, nec dū per spiritum sanctū regeneratis 2. ad Corin. 3. Porro ubi spiritus Domini, ibi libertas. Spiritus Domini scilicet, quem Christus Dominus fide apprehensus, mittit & donat.

Itē uoluit Apostolus altera similitudinis parte de hærede paruulo, nihil differente à seruo, & sub tutoribus & procuratoribus agente, describere conditionē eorū, qui sub lege militant: quæ sanè conditio omnium est miserima & infelicitissima, maxime illis, qui se futura emancipatione & liberatione consolari non possunt. Ast consolari sub lege se possunt, qui sciunt præfinitum emancipationis tempus à patre præscriptum, qui sumūt Christum emancipatorem promissum, & institutorem emancipatorum in hæreditatis promissæ bona: item, qui sumunt regem sibi in occasionem emancipationis datam, ut eo ocyus pro emancipatore Christo circumspiciant.

Reliqui qui his dictis solatijs se solari non possunt, in foelicitissimam & desperationis plenam uitam agunt: qui
bus

bus lex occasio desperationis est, sicut alijs occasio emancipationis & salutis. Dico autem.

Illustrandi & clarius explicandi gratia, ea quæ diximus de lege pedagogo & hæredibus.

Hæres paruulus est.

Loquitur de hærede legali. Paruulum uocat, propter ætatem nondum aptum ad possidenda hereditatis promissæ bona. Temporis circumstantia notat tempus, donec sumus sub lege. Hæres est propter promissionem & expectationem hereditatis.

Nihil differt a seruo.

Quia instar serui nutritur tam ex bonis, nullam potestatem habet in bona, agitur, cogitur, regitur à tutoribus ut seruus &c.

Cum sit dominus omnium.

Quia à patre hæres sub spe certa, promissione & expectatione, institutus, ut præscripto à patre tempore, finito, accipiat de factò hereditatis promissæ bona.

Sed sub tutoribus & procuratoribus est.

Qui præscribunt quid hæredi faciendum sit, et ut ea faciat, cogunt eum, regunt pro arbitrio, cædunt &c.

Vsq; ad præfinitum tempus.

Scilicet, emancipationi præscriptum.

Ita & nos.

Accommodatio hæc est similitudinis, sed succincta & concisa, hoc est, non respondens ad singulas promissarum

IN EPIST. DOMINICA

rerum & personarum partes. Et quia accommodatio ab soluta multum lucis similitudini addit, placet expeditam accommodationem adijcere. Tempus pueritiæ nostræ illud est, in quo uiuimus ante cognitionem Christi, ante susceptionem Christi per fidem, & ante missionem Spiritus sancti. Interim sub lege constituti sumus, quam hic elementa mundi uocat, tanquam sub tutoribus & procuratoribus. Lex enim præscribit quidem recta & bona opera, coercet à uicijs, regit, castigat, &c. Interim certò est hæreditas promissa, quæ tamen nõ cõtingit, nisi primùm à lege iudicemur liberi, id quod fit, quando Christus uenit, & legi satisfacit tutori nostro, & ponit nos in hæreditatè à patre promissam. Antequam uero hoc fit, seruius sub lege, non aliter atque mancipis serui, qui quantum uis sedulo seruiunt, tñ sua seruitute nõ possunt se liberos facere, aut tantum mereri, ut filij loco ad hæreditatem admittantur. Si uero admittantur, id ex gratia fit. Adeò etiã ut si quis in seruitute mortem subeat, neque pueniat ad tempus à patre præfinitum, ille priuetur sua hæreditate, neque quicquã illi profit, quòd pater hæreditatè ei reliquerit.

Sub elementis mundi.

Quæ ad mundum pertinent, ut illis coherceatur mundus. Vel uocat elementa mundi legem, quia à mundo tantum ad literam seruatur sine cõsentienti animo. Item quia opera legis semper discuntur, ne uiquã uero perdiscuntur.

At ubi tempus completum est,

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus describit nunc, quomodo emancipemur, & per quem, & quales simus hæredes per Christum emancipati, à tutore & procuratore lege liberati, hoc est, à iure, dominio, maledictione, imperio, coheritione legis &c. Et simul multa docet hic locus. Monet de plenitudine temporis, quod constituerat Deus pater de aduentu Christi liberatoris à lege in carnē. Monet de misericordia Dei patris, ut causa liberationis & emancipationis nostræ. Monet de Christo emancipatore & liberatore nostro, de finali causa nos monet, cur Christus, qui legi nihil debuit, legi se subiecit. Postremò ostendit nos non esse natura hæredes atq; filios, sed adoptione.

Sed prodest cautos nos esse circa hunc secundū locū, ne quia audimus nos à lege per Christum liberos factos, statim opinemur, nunc uiuendū esse sine legibus et omni obedientia. Ast aliud est à maledictione, tyrānide, seruitute & tutela legis liberari, aliud quoq; est à tota lege seu ab obedientia legis liberari. Hinc et Apostolus ait. 3. cap. huius epistolæ: Christus nos redemit ab execratione legis, dum pro nobis factus est execratio. De fine itaq; liberationis & emancipationis hic disputandum est. Itē, quā latè pateat liberatio seu emancipatio nostra. Consistit ergo in sequentis definitionis limitibus.

DEFINITIO Christianæ libertatis.

Christiana libertas est libera assertio in spiritali re

IN EPIST. DOMINICA

gno Christi, per Christum Iesum facta, qua sumus liberi à seruitute & execratione legis, à iure peccati & mortis, adeoq; ab omni externa obseruatione in negotio iustificationis corā Deo, quæ gratuitò datur credētibus propter Christum fide apprehensum. Sed quia non statim morimur in tali libertate constituti, & uiuendum est nobis adhuc in mundo, quare externas ordinationes & leges in mundo, boni ordinis & publicæ tranquillitatis conseruandæ gratia, seruiamus.

At ubi tempus.

Quod sibi Deus proposuerat in seipso. Ad Ephesi. 1. ut summatum instauraret omnia per Christum. Tempus hoc & ante Christum compleri cœpit in credentibus & fide suscipientibus Christū. Et cœpit cōpleri nato Christo. Et dicitur impleri adhuc hodie, cum fide ad nos missum Christum suscipimus.

Misit.

Ex gratia. Excludit meritum.

Filium suum.

Natura Deum & heredem uniuersorum, ad Heb. 1.

Natum ex muliere.

Incarnatum & uerum hominem.

Factum sub legem.

Qui legi nihil debeat. Legem non tantum patrem legis intelliges, sed totam.

Vt eos qui sub lege.

Finalis causa subiectionis Christi sub legem, & incarnationis.

Redimeret.

Scilicet ab execratione, tyrānide, dominio legis &c. Non ab obedientia erga legem, ut supra 3. cap. Christus redemit nos à maledictione legis.

Vt adoptionem filiorum reciperemus.

Vt ex gratia per adoptionem iustificaremur, efficeremur filij Dei, hæredes Dei, & cohæredes Christi. Nos non sumus naturales filij, sed adoptiui.

Quoniam autem estis filij.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus docet, unde intelligamus & credamus nos esse in Christo emancipatos, hæredes et filios factos, qui habemus placatum patrem, qui nos porro tueri, regere & defendere uelit. Itē ut res tantas, et tā magna bona certò intelligamus et firmiter credamus, non dubitantes de nostra emancipatione & adoptione in hæredes & filios. Id innotescere nobis facit Spiritus sanctus & reuelat. Item intelligere et credere nos efficit, Item certos nos reddit & obsignat, ne dubitemus de adoptione nostra in filios, & quòd habeamus etiam placatum patrem, quem audeamus porro inuocandi gratia in omni necessitate accedere, & clamare in certa exauditionis fiducia: Abba pater. Antequam enim mittitur Spiritus sanctus nobis in corda nostra, & omnia in nobis

IN EPIST. DOMINICA

uiua facit, præter Nicodemum de Christo & regno spiritali nihil certi credimus, neq; intelligimus.

Docet itaq; insignes aliquot locos hic tertius: Primus est, nostrarum non esse uirium, certò intelligere & credere beneficia Christi, sed spiritus sancti. Secundus est de fructu adoptionis nostræ, qui est missio Spiritus sancti. Tertius est, adueniamẽ spiritum sanctum corda nostra purgare, & ad beneficia Christi uere intelligenda, uiua reddere. Quartus est, Spiritum sanctum certificare & obsignare nos de placato patre, & confortari nos, ne timeamus placatum per Christum patrem accedere, & eũ ut patrem inuocare in omnibus necessitatibus. Quintus est, spiritum sanctum primum mitti, quando per fidem in Christum filij sumus facti.

Spiritum filij sui.

Quem mittit filius.

In corda uestra.

Vt purget ea, apta faciat ad intelligendam nostrã adoptionem, et ut confortet atq; obsignet nos, ne timeamus accedere patrem per Christum placatum, eum sine timore inuocare, clamantes, scilicet in certa exauditiois fiducia: Abba pater.

Itaq; iam non seruus.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus est confirmatio quædam, argumẽto à cõsequenibus seu rebus cognatis. Filij sumus

mus, ergo & hæredes, ne dubitemus de hæreditate facti filij, quos non potest non consequi hæreditas.

Itaq; &

Epilogus huius similitudinis cū illatiōe ad præcedētia.
IN EPISTOLAM PAULI AD ROMA. CAP. XII. DOMINICA intra Octauas Epiphaniæ.



Actenus in epistola ad Romanos multum laboris collocavit Apostolus in eruēda gratuita iustificatiōe, q̄ualidissimis argumētis gratuito contingere per imputatiōnem, sola fide interueniente, obtinuit cōtra legis patronos, iusticiā

conātes ex operib. legis adserere. Nūc hodierna epistola et sic per sequentia capita instituit agere de bonis operibus, quæ iustificatos gratuito decet. Iustificamur. n. non ad libertatem carnis, aut ad uitam moribus dissolutam, sed ad opera bona præstanda. Figmentum enim Dei sumus conditi ad bona opera, ad Ephe. 2. Verum hoc uiciij à natura nobis inheret, ut statim quādo audimus de bonis operibus, & bene operandum esse, adcurramus, & fingamus nobis alia atq; alia opera, quibus placemus Deū, igitur ne Romani iustificati, nūc hæc nunc illa opera effingunt (nam prædictum uiciū ne quidē in iustificatis per omnia cessat) præscribit Apostolus opera, & necessa-

IN EPIST. DOMINICA

ria & uero Christiano digna. Distribuit uero hæc opera ex duplici tabula Decalogi, et prioris tabulæ opera præmittit, quia sine his posterioris tabulæ opera rectè fieri non possunt. Quæ enim æstimāda sunt charitatis opera quæ ex animo pleno impietate procedūt, & quæ sine fide fiunt, et interiore Dei cultus: Opera prioris tabulæ erga Deum cultum diuinum efficiunt, & reuera in operibus prioris tabulæ cultus Dei, & interior, & exterior continetur. Opera posterioris tabulæ obedientiam efficiunt erga legem Dei de charitate, ad hanc conseruandam & exercendam in proximum.

Inuitat autem ad utriusq; tabulæ opera suos Romanos Apostolus, quia ea sacrificia dicit, non propiciatoria, quibus peccata expiantur. Nam præter unicum Christi propiciatorium sacrificium ad expiationem peccatorum coram Deo, non fuit unquam aliud, neq; hodie est. Est enim Christus sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Quanquã hoc uerum sit, et sub lege propiciatoria sacrificia extitisse, tñ ea sunt sic intelligenda, q; tantum coram politia Mosis, non coram Deo, iusticiam legis redemerint, uidelicet ne is, qui peccauerat, è Republica Mosaica excluderetur, et fuerunt hæc typica ueri propiciatorij sacrificij Christi pro peccatis corã deo. Qualia ergo sacrificia uocat Apostolus nostra opera? Respondeo: ἐν χάριτι καὶ εὐχαριστίᾳ, quibus offerimus iustificati Deo nostrã gratitudinem, gratias agentes Deo, illi honorati

honorantes & laudantes pro beneficio propiciatorij sacrificij nobis in Christo exhibito. Fiunt itaq; à nobis bona opera, nō ut illis iustificemur, sed ut illis gratitudinē nostram erga Deum pro beneficijs liberationis per Christum factæ, exhibeamus. Item, ut illis Deum honoremus & laudemus. Vnde et passim in scriptura, opera nostra sacrificia laudis uocantur. Item sacrificia iustitiæ, testātia de uera iusticia accepta, & pro illa gratias agentia. Psalmo 49. Immola Deo sacrificium laudis, & inuocame, & eruam te, & glorificabis me. Et propter hunc dictum bonorū operum finalem usum uult Apostolus bene operari suos Romanos, & propter eundem uocat bona opera sacrificia.

SUMMARI LOCII.

1 Christiani iustificati sanguine Christi & purgati à peccatis, fiunt sacerdotes. Apocal. 1. Et priore Petri 2. Et domus spiritualis, & sacerdotium sanctum. Ergo offerre debent spirituales hostias, quas Apostolus, uiuētes, sanctas, & Deo placentes uocat.

2 Et si mundus etiam bene in speciem operetur, tamen eius bona opera, nō sunt sacrificia sancta, uiuentia & placentia deo, quia sine fide fiunt, et regeneratione per Spiritum sanctum, qui efficit nostra opera uiuentia, sancta, & deo placentia sacrificia, igitur ratio sacrificandi & bene operandi non debet à mundo peti.

IN EPIST. DOMINICA

3 Verè uiuentia, sancta & placentia Deo opera sunt, quæ regenerati per Spiritum sanctum faciunt, & in mente renouati.

4 Vt philautia, inflatio & arrogantia charitatem dissoluunt, ita contemptus sui, deiectio & humilitas, charitatem fouent & conseruant.

5 Quæ admodum in uno corpore multa sunt membra, nec tamen propter uaria officia & actus, quos gerunt. Itæ propter uaria dona, quæ habet, dissidet. Ita multi Christiani unus corporis in Christo membra, propter uaria officia quæ gerunt, et dona uaria, quæ habet, dissidere non debent.

Obsecro itaque uos.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus à debito requirit in Christianis bona opera, qui quia iustificati sunt. & iustificationis finalis causa est bene operari, ergo decet eos bona opera prestare. Sed quia Apostolus uult Christianos offerre hostias, intelligit eos sacerdotes esse, & reuera sunt, sic enim uocat eos Petrus 1. epistola cap. 2. Domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias, et acceptabiles Deo per Iesum Christum, et Io. Apoc. 1. ait: Et fecit nos reges et sacerdotes deo, deo patri suo. Quare cum sint Christiani sacerdotes, idcirco à studio seu conditione uitæ, quæ profitentur, decet eos sacrificia. Et quam omnia bona opera in genere sacrificia dicantur, propter finem, quia ex regis sine, tamen Apostolus hic proprie sacrificia

ficia uocat prioris tabulæ opera, quia hæc ad cultū Dei proximè accedunt, cum interiorem, tum exteriorem, & quia quodammodo sunt causæ, quæ posterioris tabulæ opera rectè fiant.

Discernit etiã Paulus in primo hoc loco inter sacrificia noui Testamenti et inter sacrificia ueteris Testamentis in hoc offerrebatur uictimæ pecudū, uolatiliū, iumentorū &c. Ast in illo offeruntur nō pecuniæ uictimæ, sed nostra corpora & rationale obsequiū nostrū. Et quia sacrificia nostra uult Apostolus uiuentia, sancta & placentia Deo fieri, monet primū de causis nostrorū sacrificiorū, quæ nō sumus nos, quæ sint illa uiuentia, sancta et placentia deo, sed spiritus, uiuificator, sanctificator et effector nostrorum sacrificiorum placentiū Deo. Spiritus sanctus enim, quē dat Christus nobis quæ eum fide apprehendimus, cum accedit, creat in nobis nouos motus, & regenerat corda nostra, & idonea facit ad offerendum sacrificia deo uiuentia, sancta & placentia opera: unde & Petrus 1. epi. 2. hostias uocat spirituales, quas efficit in nobis Spiritus, et curat, ut in spiritu et ueritate à nobis offeratur. Item monet hic Paulus à quibus possint offerri sacrificia uiuentia, sancta & placentia Deo, scilicet solum à regeneratis per spiritum sanctum. Alij etiam possunt offerre sacrificia & bene operari in speciē, at offerre uiuentia sancta & bene placentia deo sacrificia nequeunt. Itē monet etiam de fide, ut causa nostrorum sacrificiorū, ut n.

Deo

IN EPIST. DOMINICA

Deo nostra sacrificia placeant, oportet ea ex fide fieri. Nam sine fide nostra sacrificia non placent Deo. Ad Hebraeos capite 11. Sine fide impossibile est, ut quis placeat Deo. Ad Romanos capite 14. Quicquid sine fide fit, peccatum est &c.

Obsecro uos.

Non imperat conscientijs pro imperio, etiam in rebus, quas uerbum requirit.

Per misericordiam Dei.

Quia recepti estis in gratiã. Quia per misericordiã Dei obsecrat Romanos, insinuat Apostolus seriam necessitatem bene operandi.

Ut offeratis corpora uestra.

Idest, sustinete ad afflictiones, & bona facite opa. Corpora uestra inquit, non partẽ corporum, ut significet non tantum externa opera præstanda esse, aut foris bene operandum, sed faciendã interna opera, & in animo bene operandũ. Vult ergo Paulus ut nõ solum externa offeramus Deo, uerũ et interna, ut fiduciam operũ internã et similia, nam quanto magis in nobis perit propria fiducia, aliãq; quæ nostra sunt, tanto magis accrescit in nobis cognitio dei, pximioresq; accedimus ad Deũ. Est itaq; corpora nostra offerre deo, ea in uniuersum resignare Deo ad opera bona, ut Deus in illis agat & p̄ficiat uoluntatẽ suã: nõ est offerre corpora nostra deo, partẽ tamũ offerre, ut fiduciã tuam offeras deo et sapientiã tuã retineas.

Ho

Hostiam uiuentem,

Hæc sunt de forma nostrorum sacrificiorum, & discernunt inter sacrificia ueteris & noui Testamenti, item monent à quibus uera sacrificia offerri possunt, scilicet à regeneratis. Item monent de spiritu sancto & fide ut causis nostrorum sacrificiorum, cur sint uiuas, sancta & placentia Deo. Item excludunt hypocrisin nostrorum sacrificiorum. Hostia ergo uiuens est à spiritu sancto uiuificata. Sancta à spiritu sancto sanctificata. Placens deo, quia in spiritu & fide facta.

Rationalem cultum uestrum.

Id est, ut offeratis Deo cultum mentis uerum, timeatis Deum, fidatis ei &c. Et resignetis Deo omnem cultum præter uerbum Dei institutum.

Et nolite conformari.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus docet, unde ratio sacrificandi & bene operandi petenda sit, non à mundo, nam mundus etiamsi foris in specie uideatur bene operari, tamè quia opera mundi fiunt sine regeneratione & fide, mortua sunt, non sancta neque placentia Deo. Quicquid enim sine spiritu fit, non est uiuum, sed mortuum. Iuxta illud priore ad Corinthios cap. 3. Litera occidit, Spiritus uero uiuificat. Item quicquid fit sine fide non placet Deo, ad Hebræos capite 11.

Pre-

IN EPIST. DOMINICA

Præterea non uult Apostolus Romanos suos ratione sacrificandi seu bene operandi à mundo aut petere aut discere: quia natura abhorret à bonis operibus seu sacrificijs, maximè prioris tabulæ. Contemnit enim Deum, diffidit de deo, confidit rebus præsentibus, non inuocat Deum etc. Tertio non uult sequi in sacrificando et bene operando mundum suos Romanos: quia mundus peccat in forma sacrificandi & operandi: nam credit se bene sacrificare & recto operari, quando externa opera sacrificat & foris bene operatur: nihil interum sollicita de impietate cordis tollenda, & ut consentiente animo & puro operetur. Quarta est causa, cur mundus non sit imitandus in sacrificijs & bonis operibus: quia mundus alium finem querit suis sacrificijs & operibus, quàm eum, qui in uerbo expressus est. Si quidem cupit inde iustificari, emereri uitam æternam etc. cum tamen nostra opera in nullum alium finem fiant, quàm ut illis Deo agamus gratias pro beneficijs in Christo acceptis, & ut illis alios ad credendum inuitemus.

Conformari huic sæculo.

Imitari rationem mundi in præstandis bonis operibus. Causas cur non sit mundus imitandus, diximus.

Sed reformamini.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus monet nos de causa, quæ efficit nostra sacrificia uiua, sancta & placentia Deo: & unde

unde id accidat: sanè quòd talia sine nostra bona opera, non aliunde fit, quàm quia nobis credenibus in Chri-
 stò datur spiritus sanctus, qui creat in nobis novos motus
 & idonea facit corda nostra, ad gignenda sacrificia seu
 opera uiua, sancta & placentia Deo. Item monet sacri-
 ficia & opera sine renouatione mentis per Spiritum san-
 ctum nihil esse: præcipit uero ut offeramus sacrificia &
 cordibus consequentibus, & etiam foris de factò. Simi-
 lis est locus ad Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis ue-
 stræ, & induite nouum hominem, qui iuxta deum con-
 ditus est, in iusticia, sanctitate & ueritate.

Sed renouamini.

Ostendit nos ante regenerationē per Spiritum sanctū
 nō posse sacrificia uiua, sancta & placentia deo offerre.

In nouitate mentis uestræ.

Excludit hypocrisin & foris tantum facta sacrificia
 sine animo consentiente.

Vt proberis quæ sit uoluntas Dei.

Quid uelit uos operari & facere, id quod ignorat
 mūdus nō renouatus: quia nō est cōtensus operib. in uer-
 bo præscriptis, sed putat Deū alia atq; alia uelle: hinc o-
 mnium sectarum & humanarū traditionum origo. Boa-
 na inquit uoluntas contra eos, qui operibus his atq; alijs
 credunt se uoluntatem Dei facere.

Dico enim per gratiam.

EXPLICATIO III. LOCI.

F

INTRA OCT. EPIPH.

Quartus locus transit ad bona opera posterioris tabule, in qua præcipiuntur opera de charitate, quæ quomodo & per quæ uicia soluantur, monet Apostolus hoc quarto loco, ea sunt uicia, philantia, inflatio & arrogantia, nomine uocationis officiorum & donorum: quæ uicia & soluunt charitatem & multa alia mala in Ecclesia excitant: sicut est uiua imago ecclesia Corinthiorum: nec hodie exempla aperta desunt. Et ut nunc Apostolus dicta uicia ut causas interituriæ charitatis prohibet suis Romanis: ita à contrario uirtutes illis commendat: quæ sunt contemptus sui, deiectio & humilitas: quibus uirtutibus conseruatur charitas.

Per gratiam quæ data est mihi.

Suo exemplo ostendit Apostolus dona in Ecclesia nullius esse propria, si non propria, ergo ridiculum est ex alienis donis inflari.

Non plus sapere quàm oportet sapere.

Scilicet, ut quisq; memor sit suæ infirmitatis, suorum donorum, quæ ex gratia tamñ ad tempus usui accepit.

Sed sapere ad sobrietatem.

Id quod fit, quando quisq; suæ infirmitatis memor est. & quòd dona sua quisq; ex gratia accepit, non in dissolutionem ecclesiæ, sed in ædificationem.

Et unicuiq; sicut Deus diu
sit mensuram fidei.

Pro ut cuiq; Deus dedit dona, non uni oia, sed iuxta
mens

mensuram, ut Deus in hac mensurata partitione caueat
ret arrogantiam, quæ omnium uiciorum maxima foret,
si Deus uni dedisset omnia dona, aut multis omnia.

Sicut enim.

EXPLICATIO V. LOCI.

QUINTUS locus similitudine ab humano corpore
sumpta, explicat in quem usum data sint dona
in Ecclesia, non ut illis inflemur, non ut illis contemna-
mus alios, non ut inde dissoluamus charitatem, & nõ ut
de nobis prærogatiuam aliquam præ alijs sumamus: sed
ut illis utamur in usum Ecclesiæ, & sicut Apostolus ait,
ad Ephe. 4. in ædificationem corporis Christi, donec
perueniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij
Dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenæ ad-
ultæ Christi. Quemadmodum etiam in uno corpore mul-
ta sunt membra, quæ quanquam diuersos actus gerunt, et
diuersa officia, et dona alia atq; alia ab inuicem habent:
tamẽ nulla inter ea prærogatiua est, nullus contemptus,
nulla inflatio &c. Præterea et si dicat pes, non sum ma-
nus, non sum de corpore, nõ idcirco nõ est de corpore?
&c. At nõ potest oculus dicere manui, nõ est mihi opus
te: aut rursum caput pedibus, non est mihi opus uobis
&c. quare nec in ecclesia dissentire debent unius cor-
poris Christi multa membra.

IN EPISTOLAM PAULI

AD ROMANOS XII. DOMINICA

prima post octavas Epiphaniæ.



Odierna epistola coheret cū ea quam proxima ab hinc Dominica tractauimus, coheret inquam cum sine illius epistolæ: scilicet quomodo Christiani multi qui in ecclesia, non aliter se habent, atq; multa mēbra in uno corpore: quemadmodū .n. in uno corpore multa sunt mēbra: oīa autē mēbra nō eundē habēt actū, item quemadmodū in uno corpore multa sunt mēbra, habētia secundū gratiā alia atq; alia dona, ita Christiani multi unū sunt corpus in Christo: quanq̄ officia uaria gerāt, et dona habeāt uaria. Itē quēadmodū in uno corpore multa mēbra, sine oī prægatiua eadē sanitate utūtur, iisdē periculis, morbis et aduersitatib. adficiuntur: ita & multi Christiani unū corpus in Christo, eadē libertate et gratia uti debēt sine oīm prægatiua, iisdē periculis & aduersitatib. adfici. Item, quemadmodū multa mēbra in uno corpore, nō dissentiūt ppter officia et dona uaria, ita nec multi Christiani unius corporis in Christo membra, propter officia & dona uaria dissentire debent & c.

Idem per omnia simile & à ciuitate duci potest, in qua multi ciues iisdē utuntur priuilegijs, eademq; libertate

tate, et iisdē oēs adficiuntur cōmunibus periculis &c.

Sci q̄a hodierna epistola de donis agū, quæ habet Ec-
clesia uaria, item de officijs, quæ quoq; alia atq; alia ha-
bet. Quare uisum est, tam de donis quàm de officijs me-
thodice agere, nam ex donis fluūt officia, et prout quisq;
dona habet, ita publicum in ecclesia officium sortitur.

DE DONIS.

Dona sunt aliæ atq; aliæ donationes, quibus à Deo
patre & Christo donatus & missus Spiritus sanctus, do-
nat Ecclesie membra iuxta mensuram fidei ad ædifica-
tionem & exornationē Ecclesie. Dona sunt illæ dona-
tiones, ergo nō contingunt meritō, ergo nullius sunt pro-
pria, si uero neq; meritō contingant, neq; sint propria,
ridiculū igitur est, ne dicam stultum, in alienis bonis glo-
riari, et propter aliena bona inflari. Priore ad Corinthi-
os cap. 4. Quid autem habes, quod non accepisti? Quod
si accepisti? quid gloriaris, quasi nō acceperis? Illa autem
dona alia atq; alia sunt, nam aliud est donū prophetiæ,
aliud est sapientiæ, aliud scientiæ, aliud sanationū &c.
Sicut in presenti epistola ea distribuit uaria Apostolus,
Item priore ad Corinthios cap. 12. Christi fide apprehen-
si effectus & opus est donare spiritum sanctum, qui non
prius uenit, antequam fide apprehendatur Christus. Ioan-
nis cap. 13. Cum uenerit paraclēus, quem ego mittam uo-
bis. Hinc & Spiritus Christi dicitur. Ad Romanos capi-
te octauo. Quod si quis spiritū Christi nō habet, hic non

IN EPIST. DOMINICA. I.

est eius. Ad Gal. 4. Quoniã aut̃ estis filij, emisit Deus spiritũ filij sui in corda nostra, clamantẽ: Abba pater. Scriptura donationẽ donorũ tribuit Spiritui sancto. 1. ad Corinthios. 12. Nemo potest dicere Dominũ Iesum nisi per spiritum sanctum. Ibidem: Diuisiones aut̃ donorũ sunt, sed idem spiritus, scilicet illorum donorum effector & donator. Hinc. n. dona spiritus sancti dicuntur, quia eã efficit in nobis. Ibidem. Nam huic quidẽ per spiritum datur sermo sapientiẽ &c. Alij uero fides per eundem spiritum, alij uero dona sanationum per eundem spiritum. Ibidem. Sed omnia hæc efficit unus ille & idem spiritus. Aliã scriptura in genere sæpe tribuit donationẽ donorum Deo. Ad Romanos capite duodecimo: Et unicuiq; sicut Deus diuisit mẽsuram fidei. Psal. 67. donorũ donatio Christo tribuitur: Cum ascendisset in altum, captiuũ duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus. Locus ad Ro. de spiritus sancto intelligi debet, qui et ipse deus est. In loco psalmi, dona accipi debet pro spiritus sancto donorũ datore, posito effectu pro causa. Siquidẽ datio spiritus sancti fructus est resurrectionis Christi, de qua loquitur Dauid. Iuxta mensurã dat spiritus sanctus dona hominibus. id est, non dat uni omnia dona, ad præcauendã in nobis naturalẽ inflationẽ, quasolemus inflari ex donis & rerũ spiritualiũ cognitione. Iuxta illud. 1. ad Corinthios. 8. Scientia inflat. Præbuit & Apostolo occasionem in hac epistola, & ad Rom. 12. loquendi de usu dono

rum

rum, ipsa inflatio seu arrogantia ex donis. Ad Rom. 12.
 Et unicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. 1. ad Cor. 12.
 Diuidens peculiariter cuique sicut uult. Interim tamen
 cuique satis dat donorum ad salutem.

Finalis omnium donorum usus est, ut per illa exorne-
 tur & edificetur Ecclesia. Ad Ephesios 1. Donec perue-
 niamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij dei, in-
 uirum perfectum, in mensuram ætatis plenæ adultæ Chri-
 sti, &c. Hunc usum insinuat & Apostolus similitudine
 ab humano corpore sumpta, & ante hodiernam episto-
 lam. Et 1. Ad Corinth. 12. De altero usu, scilicet de exor-
 natione et ibidem loquitur. Et quæ putamus minus hone-
 sta esse corporis membra, his honorẽ uberiorẽ apponimus.

DE OFFICIIS,

Officia in Ecclesia sunt ministeria, quæ donis à spiri-
 tu sancto pluribus donati, ex legitima uocatione subeunt
 ad distribuenda illa dona in usum & ædificationem Ec-
 clesiæ. Ministeria sunt, non dominia tyrannica. 2. ad Co-
 rint. 4. Sic nos æstimet homo, ut ministros Christi, &
 dispensatores mysteriorum Dei. Posteriore ad Corinthi-
 os. 1. Ego uero Deum testem inuoco in animam meam, quæ
 parcens uobis nondum uenerim Corinthum, non quæ do-
 minemur uobis nomine fidei, sed adiutores simus gaudij
 uestri, nam fide statis.

Officia autem uaria sunt in Ecclesia, quidam .n. Apo-
 stolos gerunt, quidam prophætæ sunt, quidam Euangelistæ:

IN EPIST. DOMINICA I:

quidam diaconi pauperum: quidam linguarum interpretes &c. Ad Ephe. 4. Priore ad Corinth. 12. Et ad Rom. 12. Subeunt talia in ecclesia officia, qui pluribus donis donati sunt, aut illis, à quibus officia plerunq; denominantur. Qui enim Apostolum gerit, oportet ut Apostoli dona habeat, qui propheta, prophetiæ donum &c. Et quia Apostolus ad Titum 1. uult episcopum in doctrina potentem esse ad conuincendum contradicentes, igitur ad publica in Ecclesia officia sumi debent, qui illis donis præditi sunt, quæ spectant ad susceptorum officiorum dignam administrationem.

Porro in Ecclesiæ officia nemo debet se ingerere: idcirco in definitione adieci. Ex legitima uocatione. Est autem legitima uocatio, quæ ab Ecclesia fit, aut ab illis, quibus uocandi ius Ecclesia committit. Actuum 14. Et cum suffragijs procurassent illis per singulas Ecclesias presbyteros &c.

De finali usu officiorum in Ecclesia, quæ per illa edificari debet, sic scribit Apostolus ad Ephe. 4. Et idem dedit alios quidem Apostolos, alios uero prophetas, alios autem Euangelistas &c. ad instaurationem sanctorum in opus administrationis, in ædificationem corporis Christi, donec perueniamus omnes ad unitatem fidei, & agnitionis filij Dei &c. Huc seruit & similitudo ab humano corpore sumpta ante hodiernam Epistolam.

SVMMARII LOCI.

Varia

1 Varia atq; diuersa dona sunt in Ecclesia et officia, in quorum distributione & executione spectari debet fides, ad quam, tanquam ad formam redigantur, & fidelitas, ut fideliter distribuantur & peragantur.

2 Quoniam aduersis charitati operibus soluitur tranquillitas Ecclesie, ut inflatione ex donis etc. Vnde postea & infinita alia mala, igitur charitatis operibus, studendum est, ut tranquillitas Ecclesie seruetur, et alia mala caueantur. Item ut locus sit in Ecclesia donis & officijs.

3 Quia charitati per omnia inseruire molestum est carni, igitur in spe liberationis gaudendum est, patienter omnia ferenda sum & diligenter orandum.

4 Quia arrogantia seu inflatio malum est, quod charitatem dissoluit, & Ecclesie pacem disturbat, igitur sciendum est.

Habentes autem donationes.

EXPLICATIO I. LOCI.

Postquam Apostolus in genere docuit, præmissa similitudine ab humano corpore, ite alijs præceptis generalibus, ut unusquisq; suum officium faciat, & suis utatur donis ad ædificationem & utilitatem Ecclesie. Nunc in primo hoc loco præsentis epistolæ quædam officia & dona per distributionem enarrat, ne quis ignoret quæ illa sint officia & dona, quæ uult Paulus geri & distribui in usum Ecclesie. Et ne quis erret in distributione donorum & in executione officiorum, præscribit A-

IN EPIST. DOMINICA I.

postolus hoc primo loco formam quandam, iuxta quã distribui & exequi debent, sumptã ab analogia fidei et fidelitate. Si quis ergo habet donum prophetiæ, illud cū fide consentire debet: qui officiũ prophetæ gerit, illud sic expetere debet, ne illo cõtra analogiã fidei agat. Itẽ, qui donũ docẽdi habet, illud ab analogia fidei nõ debet discedere, qui officiũ agit doctoris, sic illud peragere debet, ne doceat cõtra fidẽ. Et sic de reliquis donis & officijs sentiendũ est. Præterea primo hoc loco requiritur Apostolus in illis, qui dona & officia habent, ut ea distribuãt et exequantur fideliter. Et hæc est illa fidelitas, quam Christus Math. 24. in fidelis seruo postulat. Itẽ Apost. 1. ad Cor. 4. Sic nos æstimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Quod superest aut illud requiritur in dispensatoribus, ut fidus aliquis reperiatur. Et hic ait Paulus: Qui præest, in sollicitudine &c.

Secundum gratiam

Excludit meritum.

Quæ data est nobis.

Et hæc meritum excludunt.

Siue prophetiam.

Distributio donorum & officiorum in Ecclesia diuersorum. Prophetia est donum interpretandi scripturam. Prophetæ officium est scripturam interpretari.

Ut consentiat fidei.

Non pugnet cum fide aut articulis fidei, sit prophetia

tia sana, non dissentiat à præscripto uerbo.

Siue ministerium.

Quodcumq; in Ecclesia.

In ministrando.

Is ministret illud fideliter, nec respiciat in aliorũ uocationes, id cum fit, oritur inde segnities in curãdo proprio officio.

Siue qui docet.

Verbum Dei prædicat.

In doctrina.

Scilicet sit sollicitus & fidelis.

Qui exhortatur.

Ad sanam doctrinam, ad preces, ad obedientiam, ad bona opera &c.

In exhortando.

Sit sollicitus & fidelis.

Qui tribuit.

Nota & posse sua bona in alios tribuere & dispartiri esse donum Spiritus sancti.

In simplicitate.

Id est, sine arrogantia, ostentatione, & priuata gloriæ inquisitione. Mat. 6. Itaq; cū præstas elemosynam, ne tubis canatur ante te.

Qui præest.

In quocumq; Ecclesiæ officio. Fortassis loquitur de officio præbyteratus 1. Ad Timotheum cap. 5. Qui præ sunt præbyteri &c.

IN EPIST. DOMINICA I.

In sollicitudine.

Non secure & oscitanter.

Qui miseretur.

Exercet misericordiae opera. Misericordia ponitur pro qualicumq; charitatis opere.

In hilaritate.

Posteriore ad Corinthios 9. Secundum propositum cordis, non ex molestia aut necessitate. Nam hilarem datorem diligit Deus.

Dilectio sine simulatione.

EXPLICATIO II. LOCI.

Quia dona & officia in Ecclesia locum habere non possunt, neq; tranquillitas Ecclesiae consistere, ubi diuersa à charitate opera exercentur, quare in secundo hoc loco dehortatur Apostolus ab operibus charitati contrarijs, quae impediunt, quo minus dona & officia cum fructu in Ecclesia tractentur. Hortatur uero secundo hoc loco ad opera charitatis, quibus praesentibus cum magno fructu distribuuntur dona in Ecclesia, et officia peraguntur, idq; etiam in magna Ecclesiae tranquillitate, uel iuxta illud 1. Ad Corinthios cap. octauo: Charitas aedificat &c.

Dilectio sine simulatione.

Discernit inter dilectionem fictam & ueram. 1. ad Timoth. 1. Charitas ex puro corde & conscientia bona, & fide non simulata.

O dien

Odientes malum.

In græco *τοῦ ἰσχύ*, quod sonat aliquid uehementius, quam malum apud Latinos. Malum generaliter ponitur pro quouis malo. Sicut et bonū pro quouis bono. Adherere non est leuiter tantum attingere.

Inuicem.

Ne unus diligat, alter odio habeat.

Honore inuicem præuenientes.

Vt contemptus uideatur inter uos. Inuicē, non ut unus honoret alterum, alter uero contemnat.

Sollicitudine non pigri,

Scilicet in rebus, quas expedire debetis.

Spiritu feruentes.

Excludit curam & sedulitatem nostram extra spiritum, nam & mundus strenuē sua expedit officia et in feruore, sed non in feruore spiritus.

Temporiferuentes.

Quod docet quid deceat facere, et non facere. In primitiua Ecclesia multa tum erant in usu, quæ hodie tempus non fert. Et superiori sæculo multa fuerūt in magna æstimatione, quæ si quis hodie retinere uellet, id non posset sine tumultu facere &c.

Spe gaudentes.

EXPLICATIO III. LOCI.

Terminus locus consolatorius est, nam Charitati in seruire molestum est carni, item molestum est carni

IN EPIST. DOMINICA 1:

ni suam uocationem strenuè expedire: consolatur ergo
 Apostolus suos Romanos à spe liberationis, à patientia
 habenda, & ab instanti oratione. A spe liberationis, &
 sciunt aliquando futurum ut liberentur. Ad patientiam
 hortatur: nam sola patientia remedium est contra omnē
 carnis molestiam. Ad orationem, quæ unicum est solati
 um, & propugnaculū ad quod in molestia & cruce cō-
 fugere oportet. Monet & hic locus tertius de modo seu
 forma bene operandi et ferendi molestias, ut spe gaudij et
 patienter operemur & feramus molestia.

Spe gaudentes, in tribulatione patientes.

Id est, ne ex desperatione irascimini Deo in molestia
 & cruce. Ad Col. 1. Ad omnem tolerantiam ac patien-
 tiam cum gaudio.

Orationi instantes.

Qua impetratur liberatio & patientia.

Necessitatibus sanctorum communicātes,

Sequuntur adhuc alia charitatis opera ad secundum
 locum referenda. Adhortatur hoc opere ad beneficentiam
 quæ quomodo præstanda sit, uide posterioris epi-
 stole ad Corinthios nonum caput.

Benedicite persequentibus uos.

Hæc duo opera de benefaciēdo malè merentibus, car-
 ni ingratiſſima sunt & molestiſſima: ut enim illis bene-
 faciamus, qui de nobis non sunt malè meriti, id fortassis
 præstare possumus: at malè merenti & ingrato benefa-

cere, id longè est ultra humanas uires.

*Gaudete cum gaudentibus & flete
cum flentibus.*

*Sic agite ut fortuna fratrum uobis communis sit, siue
prospera siue aduersa.*

Idem inuicem sentientes:

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus quartus denuò repetit uicia, quæ disturbant
charitatis uincula et dissolunt: ea aut sunt, dissen-
tire ab alijs ex fastu, ex rebus nõ necessarijs ad pietatè, et
sepe leuibus ac ridiculis, altum sapere, apud se prudentem
esse etc. Hæc uicia prohibet Romanis Apostolus, et
à contrario hortatur ad contrarias uirtutes, quales sunt:
Idem cū alijs sentire, nõ sapere altum, humilibus cõsentire
etc. Quæ uirtutes et recõciliant charitatè et cõseruât.

Idem inuicem sentientes.

*In doctrina sana & pura & in alijs rebus, quæ ad u-
nitatem requiruntur. Nam in uestitu, ceremonijs, et alijs
rebus externis nõ oportet semper in omnibus idem senti-
re. Petrus priore epistola cap. 3. Omnes sitis unanimes, si-
militer adfecti etc. Loquitur Petrus de unanimitate ani-
mi, sicut & Paulus hic.*

Non alta sapientes.

*Notat sciolos, qui ex falsa persuasione doctrine &
ex arrogantia altis cogitationibus simplicem ueritatem
corrumpunt.*

Humilis

IN EPIST. DOMINICA II.

Humilibus consentientes.
Qui simplicis ueritatis sunt studiosi.

IN EPISTOLAM PAU-
LI AD ROMA. CAP. XII. DO-
minica 2. post octauas Epiphoniae.



Sumus post aliquot conciones de bonis operibus, de quibus et hodierna epistola agit, uerum quia patres Dominicarum epistolarum ordinatorum non sum passim quin integrum duodecimum caput ad Rom. de bonis operibus & elegantissime & fructuosissime scriptum, tribus dominicis se inuicem sequentibus diebus absoluerent. Quare uerisimile est, quod & illorum patrum tempore pauci bonis operibus studuerunt. Ceterum quia patres illi non abhorruerunt de bonis operibus ita saepe et diligenter admonere, ideo nec mihi uicio uerti poterit, si uos frigidus ad bonos uitae mores recte instituendos, & ad bona opera excitauero. Fidei praedicatione necessaria est, ut scias iustificationis tuae medium, & eius praesidio ad alias res spirituales pertingas. Operum praedicatione necessaria est, ut habeas testimonia, quibus & fidem et iustificationem tuam ostendas & exerceas. Item ut habeas, quibus rebus & fidem & iustificationem alias & conserues. Quemadmodum enim bonis operibus suscitatur aliquo modo fides, alitur & conseruatur ita & malis

malis operibus extinguitur & perditur: sic & iustificatio, cuius finis est bene operari, ad Ro. 6. Et ad Ephes. 2. figmentum Dei sumus conditi ad bona opera. Præterea nec illubenter de bonis operibus sæpius dico, quia scio hominibus aulicis prædicationem de bonis operibus ualde necessariam esse: deinde quia scio securos Christianos iniquissimo animo prædicationem de bonis operibus ferre: tandem quia pro experto habeo, etiamsi bonorum operum prædicatione hominibus non gratificem, qualia hodie sunt tempora: tamen me Deo nostro rem facere gratissimam.

Dicam uero non de mundi operibus, sed exemplo Apostoli de operibus Christianorum, ad quos scribit Paulus hodiernam de bonis operibus epistolam. Sed mirum hoc est Apostolum Romanos nunc credentes Euangelio, ad bona opera hortari: præcipuè ad Charitatis opera? Ast hæc est fortuna Euangelij, quòd plerunq; sub illo ad oia bona opera segniores simus: non Euangelij culpa, quod uitam à bonis operib. dissolutã non docet: uerum peruersi nostri intellectus culpa, quo nos Euangelium sinistre capimus: dum ex gratuita iustificationis prædicatione quam Euangelium proponit, audemus cum Romanis sexto capite abijcere. Quid ergo dicemus. Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Et sicut hodie securi Euangelici & cogitant et dicunt. Quid ulterius opus est bene operari, postquam Christus satisfecit pro pecca

IN EPIST. DOMINICA II.

tis, & postquam opera nostra nihil agunt ad iusticiam? Est & fortuna Euangelij hæc, q̄ ad eius prædicationem maximè intercidant charitatis opera. Iuxta illud .1. ad Corinth. 8. Scientia inflat, id est, cognitio libertatis Euangelicæ & bonorum Euangelij parit homines & nimium spirituales, & aliorum infirmorum egregios contemptores: ubi uero inflatio adest, et filius eius contemptus, ibi oportet charitatem facillimè interire. Sed ne hoc quidem Euangelij culpa accidit: uerum malitiose nostræ naturæ uicio ad inflationem et contemptum aliorum peliuis.

Itē quia Apostolus credentes Euangelio Romanos ad bona opera hortatur, simul indicat Christianis etiam opus esse, & adhortatione ad bona opera quotidiana, & incremento in bonis operibus.

Postremo tollit Apostolus eorum importunitatem qui hodie aduersarij ueritatis, nullam quantumuis etiam leuem infirmitatem in nobis ferre possunt, cum Apostolus tam grossa uitia adhuc in suis Romanis tulerit.

SVMARI LOCI.

1 Ut prudentia in rebus, quæ ad ædificationem ecclesiæ pertinet, & ad publica ministeria in Ecclesia prudenter administranda, commendatur & est utilis, ita priuata damnatur.

2 Christianus homo duplex est, qui non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus rectè & bene uiuit.

3 Christiano priuata uindicta imhibetur: interim tū
illius

Illius inhibitione non tollitur publica, quam exercet magistratus.

4 Omnis uindicta Deo resignanda est, interim tamē illius resignatione non tollitur publica magistratus uindicta.

5 In hoc uerè differunt Christiani à mundo, quia exēplo Dei etiam inimicis benefaciunt, id quòd mundus non facit nec potest facere.

Nolite esse prudentes.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus prohibet priuatam prudentiam quā ex inflatione aut persuasione quadā apud nosmet ipsos habemus, in hoc, ut nos alios infirmos fraires contemnamus, nos illis præponamus, nostras cogitationes, reuelationes, nescio quas, aliorū studijs et meditationibus præferamus: unde postea interius charitatis sequi solet, & sectarum non numeranda seges: exemplo olim fuerunt Corinthiorū & Galatarū ecclesie, & hodie exempla non desunt, quæ ostendūt, quæ et quanta mala sequatur priuatam prudentiam: contra quam multis disputat Apostolus. Priore epistola ad Corinthios cap. 1. & 2.

A contrario commendatur hoc primo loco prudentia publica, hoc est, quæ studet edificationi ecclesie, & publicæ utilitati. Hæc enim prudentia singulare donum Spiritus sancti est, sicut & sapientia cognata prudentiæ uirtus. 1. ad Corin. capite 12. Et Christus Matthæi 2.

IN EPIST. DOMINICA II.

cap. 24. prudentiam in fideli prædicatore requirit. At enim: Quis nam est fidelis seruus & prudens. Est autè prudentia hic talis uirtus, qua prædicatores prospiciunt, quid, quomodo, apud quos, & quo tempore prædicandum sit. Hic Apostolus pprie intelligit prudentiã eam uirtutem, quæ est ueri, boni et simplicis simplex inquisitio. Et in hunc modum ferè Cicero. Officiorum prudentiam politicè definit, sed Paulus de ea Theologicè loquitur, ut scias prudentiã eam hic requiri ab Apostolo, quæ uero, bono & simplici, & uerbo & uerbi intellectu cõtenti, non sapiamus alta, rotunda, et quadrata, non inflemur donis, & donis pluribus donati, alios non æquè pluribus donatos contemnamus, nostras cogitationes cõtè supercilio aliorum meditationibus præferamus.

Damnat ergo in summa hoc primo loco Paulus scitulos, & commendat eos, qui simplici uerbo, & uerbi simplici intellectu sunt cõtenti, non præponentes se alijs, ex inflatione aut doctrinæ persuasione. Et tales faciliè charitatè seruant, et sunt occasiones tranquillitatis Ecclesiæ.

Prudentes apud uosmet ipsos.

Iustificantes simplex uerbum, nec subijcientes uos uerbi simplicis iudicio. Item ex persuasione maioris cognitionis uos alijs præponentes.

Nulli malum pro malo reddentes.

Prohibitio priuatæ uindictæ, de qua paulò post pluribus aget.

Proui

Prouidenes bona.

In Græco est, *προνόημενοι καλὰ*, id est, prouiden-
tes honesta & decora, hoc est, quæ quæque decem.

Non tantum coram Deo.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus proponit nobis hominem duplicem,
hoc est, eum, qui non tantum coram Deo, sed etiam coram
hominibus recte & bene uiuere nouit, id est, & co-
ram Deo, & coram hominibus, utrumque decorum tene-
re. Tales Germanice uocamus: *Sölche leut die für Gott,
vnd für der welt auffrichtig handeln.* Nō ergo Christia-
ni censendi sunt, qui se coram Deo probos simulant, & in-
terim coram hominibus iniuste uiuunt, quales hoc sæculo
multi sunt, qui gaudent Christiani uocabulo, & uide-
ri coram Deo iusti uolunt, ab omni ciuili obbedientia alie-
nissimi. Zacharias & Elizabet Lu. 1. leguntur tales ho-
mines fuisse, quales hic secundus locus requirit. Sic enim
scribit Lucas: *Erant autem ambo iusti coram deo. Et se-
quitur: Versantes in omnibus præceptis & iustificatio-
nibus domini irreprehensibiles, ergo coram politia Mo-
saica iusti fuerunt.*

Non tantum coram Deo, sed etiam &c.

Hæc uerba in Græco non habentur, uidentur ab ali-
quo interpretandi gratia adiecta.

Si fieri potest.

Quantum fieri potest, sicut & sequitur, quod ex uo-

IN EPIST. DOMINICA. II.

bis est, id est, sic agite, ne uos sitis disturbatores pacis, sed alij, uerum sine uestra culpa.

Non uosmetipsos ulciscentes.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus prohibet uindictam, sed hic distinguendum est inter uindictam publicam & priuatam, hoc est, inter eam, quam exercet magistratus iuxta suum officium in malefactores: et inter eam, quam nos laesit iniuria priuatim pro nobis exercemus in illos, qui nos iniuria adfecerunt. Illa quia institutum Dei est, ad Ro. 13. Quare hic à Paulo non prohibetur. Hæc non solum in hoc loco, sed & passim per totam scripturam prohibetur.

Et est hoc præceptum de prohibitione uindictæ unum, quod male ex ignorantia intellectum, Porphirio olim & alijs mundi sapientibus occasionem ridendi & damnandi Euangelium dedit, qui uidebatur communem pacem & tranquillitatem, magistratum, & politias, ordinationes ac leges de puniendis fontibus tollere. Et hodie Euangelium tales effectus habere, multis mundi sapientibus uidetur. Refert itaque, sicuti diximus, in promptu tenere discrimen utriusque uindictæ. Item, utram uindictam scriptura prohibeat. Vide nostra scholia in quintum capitulum Matthæi.

Non uosmetipsos.

Vt priuatas personas, nec in officio magistratus possitas, &c.

Vlciscens

Vlcifcentes.

Nec adfectibus, nec externo factis.

Sed date locum iræ.

Id est diuinæ.

Scriptum est enim.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus ætiologiam continet priuati uindictæ nobis prohibitiæ, quia scriptum est: Mihi uindictam, & ego retribuam. Quo loco Deus suo iure sibi uindictam sumit, nobis uero adimit. Et quanquã hic locus iubeat Deo omnem uindictam resignandam esse, tamen publicam magistratus uindictam non tollit, et magistratus dũ exercet uindictã, nõ ppriam exercet sed dei uindictam. Pro. 8. Per me reges regnant, & principes constituunt iusta, per me domini dominantur, et regnant omnes iudices terræ. Quibus uerbis Solomon nõ tantũ sentit magistratum esse ordinationem Dei, sed etiam talem, cuius uindictam approbat Deus.

Et ego retribuam.

Promittit Deus se ultorem peccatorum:

Sed si esurierit.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus tandem uerè discernit inter opera mundi & Christianorũ, et inter uerè Christianos, & hypocritas. Opera mundi talia sunt, quod

IN EPIST. DOMINICA II.

pro respectu circumstantiarum sine disposita ad personas, loca & tempora. Mundus tantum benefacit amicis, et qui remereri possunt: inimicis uero malefacit, nec confert beneficia in eos, qui rependere non ualent. Mundus procrastinat beneficia pro oportunitate locorum & temporum.

At Christianus operatur sua opera non propter respectum circumstantiarum, personarum, locorum, & temporum. Non benefacit tantum amicis, sed et inimicis, nec tantum in eos, qui ualent rependere, sed etiam in eos qui non ualent: nec procrastinat pro oportunitate locorum & temporum beneficia &c.

Ceterum cum haec opera prestare sit ultra mundum, & naturae humanae intellectum & capacitatem, quare necesse est, ut aliunde haec praestandi bona opera ratio, quam ab humana natura, accidat. Vnde ergo est? Responsio: A patre caelesti. Luce capite sexto, & Matthaei quinto: Qui solem suum exoriri sinit super malos & bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos, Id quod nihil est aliud facere, quam conferre beneficia sine discrimine in omnes, nullo habito respectu aut personarum, aut locorum, aut temporum.

Sed sic prestare bona opera, sicut diximus, ab exemplo patris caelestis, humanae naturae impossibile est, ideo haec bene operandi, ratio primum discernit inter ueros Christianos & hypocritas. Hypocritae quamquam possunt praedicta opera foris prestare: tamen hoc

non

nō possunt, ut inimicis suis benefaciāt, id quod soli Chri-
stiani, at etiam non ex se, uerum ex dono ab exemplo pa-
tris cœlestis possunt.

Hoc enim faciens.

Ætiologia ab utili.

Carbones ignis congeres.

Id est, tuis beneficijs accendes cor eius, & inflam-
mabis ad redamandum.

Noli uinci à malo.

Epilogus huius loci de operibus charitatis, ne iniu-
rijs uicti, quæramus uindictam, sed iniurias uincamus
mansuetudine.

IN EPISTOLAM PAV-
LI AD ROMA. CAP. XIII. DO-
minica 3. post octauas Epiphaniæ.



Odierna epistola cohæret cū præ-
cedētib. de magistratu. Docet .n.
quid uicissim nos magistratu de-
beamus, qui est ordinatio Dei, mi-
nister Dei, benefācientibus in bo-
nū, malefācientibus in malum.
Itē, q̄ gladiū portat, q̄ uindex est,

in irā ei, qui malefacit etc. Quid ergo illi debemus? Re-
spondet Apostolus: obedientiā. Ait enim ante initiū ho-
diernæ epistolæ. Ideoq; necessitate subditi estote, &c.

IN EPIST. DOMINICA III.

eam uero obedientiam partitur hodierna epistola in suas species, & monet, ut magistratui debita reddamus, hoc est, quæ ad magistratum & officium eius sustentandum pertinent, ueluti sunt: tributū, uectigal, timor et honor. Sed quis mirari hic possit, quur Apostolus ita signate obedientiam in suas species distribuatur, et has ita anxie præscribat, an quia uel ex quotidiano usu ignoremus, quòd magistratui tributum, uectigal, timorem & honorem debeamus? Respondeo. Sanè q̄ ignoremus, quid magistratui debeamus, non tam permouit Apostolum ad subiiciendas obedientiæ species, quàm quia scimus eas, natura tamè reluctamur magistratui psoluere tributū, uectigal, timorem & honorem, priora .n. duo nunquam ferè nisi coacti, aut propter uindictæ metum præstamus. Posteriora duo nunquã sine extrema molestia, in summa utriusque debita cordibus perpetuo abhorrentibus. Siquidem natura gaudemus libertate, ad quam & uidemur nati esse. Pulchrum ducimus obtemperare nemini, uiuere liberrimè & c. Et prauos hos naturæ adfectus etiã philosophi uiderunt, ut horribiliter in subditorum animis erga magistratum sedentes. Quare maturo consilio, & præceptis salubribus conati fuerūt illos adfectos erga magistratum rebelles ex hominum animis eximere, certo scientes, nihil æquè esse necessarium, atque magistratum, quem naturaliter omnes homines oderūt semper, et odio habebunt donec mundus steterit, & qui nunc magistrat

tum

tum odio habent, illi nec uoluntariè tributum, uectigal, timorem & honorem dabunt, sed philosophi suis præceptis eò peruenire non potuerunt, ut radicibus euellerent male sanos uulgi mortaliū adfectus erga superiorem potestatem. Ideo consilio & spe perueniendi aliquando ad magistratum animos hominum à seditionibus cohibuerunt. Scripserunt itaq; in hunc modum: neq; solum ijs præscribendus est imperandi, sed etiam ciuibus optemperandi modus, nam & qui bene imperat, paruert aliquando necesse est, et qui modeste paret, uidetur, qui aliquando imperet, dignus esse. Itaq; oportet eū sperare, qui paret, se aliquo tēpore imperaturū, & illū qui imperat, cogitare, breui tempore parendum esse. Hoc temperamento usi sunt ut diximus, philosophi, ad refrenādos adfectus uulgi contra magistratum. Addiderunt & comminationes quasdam, q̄ dicerem Deos magistratus curam habere, & grauitè punire inobedientes, neq; satis esse, obtemperare magistratibus, nisi & colerem eos atq; diligerem. Plato è sua Republica statuit pellendos esse eos, qui aduersarētur magistratibus, et dixit tales è Titanū genere pgnatos, qui nō dubitarum dijs coelestibus se opponere, quos & simili poena dignos esse adfirmavit.

Ceterum nobis Christianis alia remedia contra innatā et naturalē inobedientiam quæreda sunt, nō ex philosophorū libris, sed ex uerbo dei, qđ docet magistratū esse ordinationē dei, id qđ et philosophi uidere potuerūt, sed
 magno

IN EPIST. DOMINICA III.

magno discrimine: quippe uera Dei cognitione spolati, & uerbo, sine quo in rebus Dei inquirendis, omnia sunt tenebræ. Nec docet uerbum Magistratum esse ordinatio- nem simplicem, uerum talē, quā Deus tāto noīe nobilitauit, quo nō est aliud maius, ut q̄ præsunt in Magistratu, dii appellētur, quo noīe uoluit ostēdere scriptura, qua reue- rentia & obedientia profesequi deberet Magistratus.

Item monet uerbum nos de singulari mandato Dei, quo præcipitur obedientia Magistratus. Postea monstrat etiam uiam, qua reperiri possunt certa remedia contra prauos et rebelles nostros adfectus, perpetuò negātes ma- gistratui obedientiam. Philosophi suis præceptis subdi- tos foris obedientes formare potuerunt, & adfectus inter nos neq; pellere ualuerunt, neq; docere, unde peterētur. Verum quia Deus non solum externam obedientiā erga Magistratū requirit, sed & consentientes atq; puros ad- fectus, quare uerbū dei consulendū est, quod docet Chri- stum esse fide apprehendendū, qui fide apprehensus, do- nat postea spiritum sanctum, qui prauos atque rebelles ad- fectus purgat, et nouos animi motus in nobis gignit, ap- tos ad præstandam sufficientem Magistratui obedienti- am, & ad reddendum ei tributum, uectigal, timorem & honorem, etiam consentientibus cordibus, quæ requirit Apostolus ante initium hodiernæ epistolæ, quum ait: Ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter irā, hoc est, quia punit inobedientiam Magistratus, sed etiam

etiam propter conscientiam, id est, ne conscientia polluat
tur peccato inobedientiae.

Postremo si non essent praedictae causae, quur obedi-
remus magistratui, tamen haec merito nos ad obedientiam
inuitaret, quia magistratus uigilat p nobis, in hoc ut ab
incurtionib. maloru custodiamur, qui insontes & minus
sumus mali: quapropter & Apostolus hanc causam oste-
dens ut maximam, inquit. Ideoq; necessitate subditi estote,
hoc est, quia magistratus uindex mali est, & conserua-
tor boni. Taceo hic ipsam necessitatem obediendi Magi-
stratui, qa sine Magistratu no potest publica traquillitas
consistere, qua turbata, nec genus humanu durare diuti-
us potest. Ne autem quis credat se Paulo satisfacisse pra-
eipienti de obedientia Magistratus, si tantum obediat:
adiicit Paulus hac epistola obedientiae species, ueluti tri-
butu, uectigal, timorem, & honorem, quibus rebus su-
stentatur & conseruatur Magistratus: quas res debita
uocat Paulus, ut scias, magistratu ex debito accipere tri-
butum, uectigal, timorem & honorem: & nos subditos
tributu, uectigal, timore & honorem ex debito soluere.

SVMMARII LOCI.

Obedientia erga magistratum tantu no in hoc consistit,
ut illi simplicem obedientiam praestes, & praeter hanc ne-
hil: sed ut & tributum & uectigal reddas ei, ad susten-
tandum Magistratum: item timorem & honorem, ut ma-
gistratus officium cum gaudio gerat, & non gemens.

IN EPIST. DOMINICA III.

1 Præceptorum secundæ tabulæ impletio consistit summam in diuisione.

Reddite ergo omnibus.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus occupatione quadam anteuortit Romanorum, ad quos scribit Apostolus cogitatus, qui audientes de obedientia, dicere aut cogitare saltem potuissent: sufficit ergo simpliciter obedire magistratui & colere eum &c. quibus cogitatibus quo occurreret Paulus, certo ex consilio distribuit obedientiam in suas species, ut sciant Romani non satis esse simpliciter obedire magistratui, & colere eum, ut uel non lædant magistratus, uel quacunq; tandem ratione non offendant, modo illi à tributo, uectigalibus, timore & honore liberi sint, id est, de factò externo & cum damno suorum bonorum non iuuent magistratum, neq; timore & honore animi colant. Vult itaq; Apostolus hoc primo loco, in quo & species obedientiæ addidit, ut Romani & sic alij subditi Christiani omnes non solum simpliciter magistratui obediant & obiter colant eum: sed etiam ad sustentationem magistratus tribuant uectigalia & tributa: item exhibeant, magistratui timorem & honorem, non solum foris, uerum etiam internè, ut magistratus suum officium cū gaudio faciat, non gemens: deinde subditi obedientiæ erga magistratum perfectæ satisfaciunt: id quod fit, quādo subditi obedientiæ fructibus se obedire rectè testantur.

red

reddentes magistratui tributum, uectigal, timorem & honorẽ hoc est, & de facto & consentientibus animis. Et ne magistratus cõscientiam sibi faciat in exigẽdo tributo, uectigali, timore & honore, addit Apostolus uocabulum debiti, ut sciat magistratus se ex debito, sine peccato tributum & uectigal, timorem & honorem exigere. Nihil hic dicimus de tyrannis, qui sæpe præter ullam necessitatem exsugunt suorũ subditorum & medullam & sanguinem &c.

Præterea ne subditi excusationem habeant de nõ dãdo tributo, uectigali &c. simul eò seruit uocabulum debiti, ut sciant se ex debito magistratui tributum &c. soluere. Et sicut hic ait Apostolus: Reddite ergo omnibus debita, hoc est, quæ ex debito omnibus debetis. Deinde, ut habeant subditi, quod uarijs cogitatibus contra debitum opponant, intuebuntur hoc debitum, non ut ciuilis magistratus institutum, sed ut opus Dei, qui cum magistratum ordinari, simul & uoluit, quo magistratus sustentaretur. Et in hunc usum cedunt tributa, uectigalia &c. Quæ hic iubet Apostolus ex debito soluere magistratibus. Prouocabunt & subditos ad obedientiam, & ut eo libentius magistratui debita tributa & uectigalia soluant, ipsæ utilitates, quæ ex officio magistratus prosuunt, nimirum, ut placidam & quietam uitam cum omni pietate & honestate degant. Vnde & Apostolus

IN EPIST. DOMINICA III.

ait ante hodiernam epistolam: Ideo enim & tributa præstatis, quia ministri Dei sunt, in hoc ipsum seruientes, scilicet, ut mali puniantur, & boni defendantur ad confirmandam publicam tranquillitatē. Prouocabunt & promissiones dei præcepto de obedientia additæ in quarto præcepto, de felici omnium rerum successu illorum, qui Magistratum obedientiæ cultu colunt.

Deterrebunt uero subditos ab inobediētia erga magistratum ipsæ poenæ & poenarum exempla ipsius inobediētiæ. Dathan, Choræ & Abyron propter suam erga Moſen et Aaronem inobediētiā uiui absorpti fuerūt. Caij Iulij Cæsaris trucidatores ad unū omnes miserè perierunt. Rustici nostro sæculo ad cenena milia una æstate cecidere. Contra eos, qui sæpe leuia magistratus onera ferre recusant, ait Hieremias cap. 28. Catenas ligneas contriuiſti, & facies pro eis catenas ferreas.

Debita.

Quæ magistratus ex debito accipit, & uos ex debito soluitis.

Cui tributum.

Tributum genus est oīum onerū externorū ex debito, qualia sunt: census, uectigalia, operæ labor, militia &c. Vectigal tributū species est.

Cui timorem, timorem: cui honorē, honorē.

Timor & honor animi sunt, quanquam honor & reuerentia externa, & animi simul esse possit. Ad honorē
& timorē

Et timorem referri debet, et alia quæ magistratui debemus, ueluti sapientia, iusticia, electio personarum in magistratu, autoritas sancienti leges, autoritas instituendi bonam politicam etc. contra quos debitas erga magistratum obedientie species, peccant, qui priuata subditorum iudicia legibus et sententijs magistratus preferunt, qui autoritatem faciendi leges ad se per seditionem trahunt etc.

Nemini quicquam debeatis.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus instituit compendium et summam posterioris tabulae, de operibus charitatis, quæ omnia unica dilectione implentur. Sed ideo tamen non statim sequitur, quia dilectio est impletio legis: ergo in nostris uiribus, est impletio: ergo nostra impletio per charitatem iusticiam efficit. Siquidem Apostolus hic non loquitur de impletione externis operibus charitatis facta: neque Moses hac lege Deut. 5 loquitur de dilectione externa tantum. Diliges proximum tuum sicut te ipsum: uerum de affectibus puris et consensuentibus: sicut pronomem te ipsum insinuat, quod de forma complendi secundum preceptum agit, et affectus puros flagitat.

Cæterum quia dilectio est impletio legum secundæ tabulae, duo hic considerari debent: alterum, quod impletio per charitatem et de externis factis et de consentientibus affectibus intelligenda sit: alterum cum non sit in nostris uiribus animum consentientem et puros affectus

IN EPIST. DOMINICA. III.

ad leges secundæ tabulæ adferre: quare ad eam impleti-
 onis partem pertingere non licet. Verum quidem est ex
 ternam charitatis impletionem et operum eius, aliquo
 modo in nostris uiribus esse, modo non impediamur à di-
 abolo. De altera impletionis parte, ut puros adfectus et
 consentientes animos adferamus, id adeo non est in po-
 testate nostra, quòd etiam experientia illam impossibili-
 tatem satis nos doceat. Quid tum postea, ergo frustra lo-
 cutus est Apostolus, dilectionem esse legis impletionem?
 Respondeo. Non. Sed est nobis uia pposita ad perfectã
 legis impletionem, ad iusticiã etiã ueram: at non in nobis,
 uerum in Christo, qui fide apprehensus, donat nobis per
 imputationem iusticiam, non aliter atq; ipsi legi satisfacis-
 semus, deinde & donat nobis spiritum sanctum, qui creat
 in nobis novos motus, aptos ad ueram aliquam impleti-
 onem, quanquam in magna infirmitate, quam tamen deus
 pater boni consulit propter suum Christum. Ad quid er-
 go prodest adimpletio nostra, accepto spiritu sancto ani-
 morum purgatore: num ad iusticiam? Respondeo. Eam
 prius habemus propter fidem in Christum imputatiue:
 sed ut ea pro iusticia in Christo accepta, nos gratos exhi-
 beamus. Decet enim iustificatos noua uita. Ad Ro. 6. Et
 ad Ephe. 2. Conditi ad bona opera &c. Et in hunc mo-
 dum concedimus facile dilectionem esse impletionem
 legis, at econtra negamus nos perfecte diligere posse: si
 autem possemus, nihil magis esset uerum, quam dilectio-
 nem

nem esse impletionem legis, nec inanem, sed ad uerā iusticiam impetrandā sufficientem: non ergo male dixit Paulus. Qui diligit proximum, legem implet, ast male intelligunt Paulū, qui dilectionem perfectam in nostris uiribus ponunt ad iusticiam coram Deo ualentem.

Præterea non potest ex hoc loco probari dilectionē iustificare, quia implet legem: nam aliud est legem implere opere: aliud est legis impletionem iustificari, quod propter nullum opus, sed propter promissionem contingit. Ad Romanos 4.

Nemini quicquam debeatis.

Quia id quod debetis, in unica dilectione consistit.

Qui enim diligit proximum, legem implet.

Id est, si dilectio esset in nostris uiribus: dilectio inquam ex corde puro, conscientia bona & fide non simulata proficiens. 1. Ad Timothe. 1. Hæc uero dilectio antequam Christus apprehenditur fide ad uerā iusticiam in nobis omnino nulla adest: post apprehensionē Christi fide, accepta iusticia uera, & donato nobis spiritu sancto, adest quædam aliqua, sed adhuc infirma, et imbecillis quæ tunc Deus pater boni consulit propter suum Christū, & tunc dicimur & nos aliquo modo diligendo legem implere, non quidem ad iusticiam, quam ante habemus propter fidem in Christum: sed ut ea impletionem nos pro accepta in Christo iusticia, gratos ostendamus.

Non adulteraberis.

IN EPIST. DOMINICA III.

Ostendit de quali dilectione loquatur Paulus, nimirum de dilectione operum secundæ tabulæ, quæ ad dilectionem tanquam ad locum communem referuntur.

Sicut te ipsum.

Pronomen te ipsum requirit & consentientes ac pueros adfectus.

Dilectio proximi non operatur malum.

Epilogus huius loci de dilectione impleticæ legis, Et ad non malum operari, ut effectum charitatis generalem, omnis charitatis opera referri possunt.

Plenitudo ergo legis est dilectio.

Id est, quæ fit consentienti animo & externo factio simul. Ast de hac dilectione, quis gloriabitur pro æter Christi? Qui Mat. 5. testatur suum officium esse, legem implere. Et alibi finis legis esse dicitur ad salutem omni credenti.

IN EPISTOLAM PAULI AD COLOSSENSIS III.

Dominica quarta post octavas Epiphaniæ.

Pro perpetuo more habet Paulus, ut in suis Epistolis prius de fide & uera iusticia dicat, antequam agat de bonis operibus pertinentibus ad institutionem Christianæ uitæ, id etiã in hac epistola ad Coloss. agit, è qua lectio epistolaris presentis diei transcripta est. Docet. n. Paulus per duo capita prio

rd, quid sit Euangelium & uera iusticia. Item, quomodo
Euangelium fide apprehendendum sit, & quomodo iu-
sticia fide impetranda. Per posteriora duo capita format
uitam bonis moribus & Christianis operibus piam.

Sed non temere hunc ordinem sequitur suis in scri-
ptis Apostolus, malè enim docetur de uitæ moribus sine
operibus bonis, antequam de fonte seu causa, è qua bona
opera profluunt, disputatur: Imò hic Pauli ordo necessa-
rius est, nam & cum Deo frustra laboratur operibus, ni-
si prius fide in Christum Deo patri acceptus factus, qui
opera tua & suscipit, & boni consulit ea propter suum
Christum, postquam ne acceptus in gratiam, inter ope-
randum insigni etiam infirmitate careas.

Nos qui hodie prædicamus Euangelium, quia institu-
imus tantum Apostolum in docendo imitari, in extrema in-
currimus odia, & ab omnibus passim proclamatur bo-
norum operum contemptores, non quia non docemus de
bonis opibus, diuersum enim testantur publicæ nostræ
conciones omnes, sed tantum quia opera non præponi-
mus gratuite in Christo iusticiæ, & quia operum digni-
tatem præ gratia Christi minuimus, una uoce omnes cla-
mantes. Gratis iustificamur credentes in Christum sine
operum respectu, uerum in hoc ut bonis operibus decla-
remus nos iustificatos esse fide in Christum, & gratos nos
ostendamus pro accepta iusticia, nec aliter Apostolus do-
cet ante hodiernam epistolam in initio terciij capitis scri-

IN EPIST. DOMINICA III.

ptam ad Colossens. Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est ad dexteram Dei patris sedens: quæ sursum sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cū Christo in Deo &c. quæ uerba nihil aliud sibi uolunt, ac si dicas. Vos Colossenses, quia iustificati estis per Iesum Christum: igitur nunc institute uitam iustificatione dignā, id est, talem, quæ declaret uos iustificatos esse, & bonis operibus estote grati pro accepta iusticia. Et huius adhortationis ad bona opera post iustificationem pars est hodierna epistola, in qua iubet Apostolus ut Colossenses induant, iam electi, sancti & dilecti Dei, uiscera misericordię, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, &c. sed obsecro in quem finem? Num ut inde iustificentur Colossenses? Non: quia iam erant iustificati, electi, sancti, & dilecti dei: uerum ut bonis operibus grati sint Deo. Sic enim inquit in hodierna epistola: Grati estote. Et post hodiernam. Omnia quæ facitis, aut uerbo aut facto, omnia in nomine Domini Iesu facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum.

SUMMARI LOC.

- 1 Electos, sanctos, & dilectos dei, hoc est, iustificatos, decem bona opera.
- 2 Vera sunt bona opera, quibus inservitur proximo, & quibus charitas conseruatur.
- 3 Exemplo Christi exercenda est charitas, ne in for-

forma dilectionis erremus.

4 Vel ideo charitatis studiosi esse debemus, quia charitas uinculum est perfectionis.

5 Ut charitate foris seruetur pax, ita in cordibus consistit pax, & tranquillitas pace Christi.

6 Omnium nostrorum operum communissimus est finis, gratitudo, ut bonis operibus grati simus Deo patri pro acceptis in Christo beneficijs.

7 Vberiori uerbi cognitione etiã electi, sancti, & dilecti Dei, opus habemus, & ne illud amittamus, frequentis exercitio opus est.

Induite ergo.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus hortatorius est ad bona opera, idq; à debito, q. d. Apostolus: Vos Colossenses facti iam estis electi, sancti & dilecti Dei, hoc est, iustificati estis, ergo bene operamini. Similis adhortatio ad bona opera extat ad Roma. 9. An ignoratis, q. quicumq; baptizati sumus in Christum Iesum & c. Cuius loci summa est: Iustificati debent bona opera facere, & sicut ibi dicit Paulus, in nouitate uitæ ambulare. Similis est locus et in initio 3. capituli epistolæ ad Coloss. Igitur si cõsurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt, quærite etc. Itẽ ad Eph'e 2. Ipsius figmentum sumus, conditi ad bona opera, in Christo Iesu, quæ preparauit deus, ut in eis ambularemus.

Monet itaq; nos hic primus locus de fine iustifica-

IN EPIST. DOMINICA III.

tionis nostræ, qui est bene operari, non ut inde securè et malè uiuamus. item monet nos de signis, è quibus iustificati cognosci debent: scilicet ex operibus bonis.

Induite ergo.

Quia electi, sancti & dilecti Dei. Adhortatio est argumentum sumpto à debito. induere non est leuiter tantùm bona opera attingere.

Electi, sancti, & dilecti Dei.

Vocabula periphrastica Colossensium iustificatorum. Electi sunt, nõ merito iusti. Et sanctos & dilectos Dei esse Col. respicit ad causas extra Col. nimirum ad Christum sanctificatorem, in quo et dilecti Dei facti sunt Coloss.

Viscera misericordiæ:

EXPLICATIO II. LOCI.

NE Colossenses nunc de bonis operibus solliciti sint, aut hæc aut illa, uulgi hominum more fingant extra uerbum: sicut plerumque accidere solet, quoties uulgus audit operandum esse. Igitur secundo hoc loco prescribit Apostolus uera bona opera, nõ hæc aut illa, in diuorum cultibus, aut alijs nõ necessarijs ceremonijs posita: sed Charitatis opera in uerbo alijs bene fundata. Charitatis inquam opera, quibus inseruitur proximo, & charitas seruetur, quæ alioqui collapsa, multorum malorum causa est. In exemplum uoco Corinthiorum Ecclesiam, in qua pro charitate, inflatio, inimicitia, lites & contentiones exercebantur. Et ut nunc hoc secundo loco præ

præcipiuntur charitatis opera, ita à contrario contraria
charitati opera perhibentur,

Viscera misericordiæ.

Periphrasis misericordiæ uehementis & ex animo
proficiscentis. Vult ergo Apostolus, ut Coloss. misericor
diæ opera ex aîo exercean sine hypocrisi. Misericordiæ
uocabulo in genere significantur oîa charitatis opéra.

Benignitatem.

Benignitas uirtus est hic, cuius contraria sunt uicia:
morositas, austeritas, et intractabilitas, quibus uicijs præ
ditos, aliàs Demeas uocare solemus.

Humilitatem.

Huic opponuntur superbia, elatio, inflatio, & arro
gantia, quibus uicijs præditi, contemnunt postea alios, fá
stidiunt, præ se damnant et reijciunt, uel quia non ita plu
ra dona habet ut reliqui, uel quia illis infirmiores sunt.

Mansuetudinem.

Huic opponitur uindictæ cupiditas. Est autem man
suetudo uirtus, qua sæpe tranquillitatis seu pacis gratia
desistimus à nostro iure, quemadmodum Abraham cessit
Loth, Gen. 13. Iacob Esau, Gen. 33.

Patientiam.

Huic opponitur indignatio in cruce, & desperatio.
Est autem patientia uirtus, qua patienter et cum gaudio
ferimus crucem, nõ indignantes Deo, nõ desperantes de
præsidio Dei, sed credentes in fide certa, oîa aduersa et be

IN EPIST. DOMINICA III.

*neuola Dei uoluntate accidere, & nos certo liberatum
iri. Patiemia solamur nos aduersus omnes molestias.*

*Supportantes inuicem, & donantes
uobismetipsis.*

*Hæc unica sunt charitatis opera, quibus ea conferuda
tur. Supportare est infirmos spiritu lenitatis ferre. Inui
cem ait, hoc est, non ut unus supportet, alter non.*

Si quis aduersus.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus ab exemplo Christi & inuat nos ad
opera charitatis exercēda, & monet nos de forma
qualiter charitatis opera exerceri debeant. Quia enim
Christus saluator noster dilexit nos, & donauit nobis er
rata & offensas nostras. Quare & nos inuicem nos dili
gere debemus, & alter alteri errata & offensas condon
nare. Verum ne in forma diligendi erremus, sic diligen
dus est proximus, & sic illius offense sunt condonāde
illi, sicut Christus dilexit nos, & nobis donauit offensas
nostras, hoc est ex animo & cum gaudio, non cum mo
lestia et sine corde consentiente. Et sic proponitur nobis
Christus in exemplum imitandi. Luce sexto capite, ubi
ab exemplo patris monuerat discipulos ad misericordie
opera exercenda, & de suo exemplo subdit. Non est di
scipulus supra magistrum suum, perfectus autem omnis
erit sicut magister ipsius, Priore Petri. 2. pponitur imi
tandi exemplum in simili ferē negocio.

Si quis aduersus aliquem .

Q. d. querelæ non deficient uos, at curate, quò in-
uicem eas donetis inter uos exemplo Christi.

Sicut & Christus.

Et animo consensiente & facto externo .

Supra omnia autem hæc.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus hortatorius est ad charitatis ope-
ra, ab utili, quia charitas est uinculum perfe-
ctionis, hoc est, quia efficit & conseruat cõmunem tran-
quillitatẽ in Ecclesiã, nã Apostolus hætenus egit de cha-
ritatis operibus, quibus & aliã seruitur proximo, et cõ-
seruatur charitas. Nunc oĩa opera charitatis epilogicõs
ad suũ locũ cõmunem. i. ad charitatem reuocat, pposito
simul charitatis cõmodo, qd' est, conseruare tranquillita-
tẽ Ecclesiæ, qd' alibi alijs uerbis eloquitur Apostolus pri-
ore ad Cor. s. Charitas ædificat. Etsi quis consulat & p-
bè examinet prædicta charitatis opera, uidebit ea in eum
finem parari & fieri, ut charitatem una cum pace Eccle-
siæ conseruent. Quis enim alius fere est benignitatis, hu-
militatis, mansuetudinis &c. usus. Et propter hoc fina-
le commodum uocat Apostolus charitatem uinculum p-
fectionis, hoc est, quo ceu uno in corpore multa membra
coniunguntur. Ita & multa Ecclesiæ membra ad pacem
& tranquillitatem, ad unitatem & concordiam. Vana
monachorum commẽta sunt, quæ hic speculantur hoies
nul

IN EPIST. DOMINICA III.

nullius coherētia studiosi de statu perfectionis, quam efficiere debet charitas.

Super omnia autem hæc.

Epilogus præcedentium de operibus charitatis, quo charitatis opera, de quibus antea speciātenus dixit, ad suum genus uocat, ad ipsum Charitatem, quā commendat ab utili, & ad quam ab utili hortatur Colossenses.

Vinculum perfectionis.

Id est, quæ coniungit Ecclesie membra ad unitatem & tranquillitatem. Item conseruat easdem res. Vel uocat perfectionē oēs charitatis effectus & opera, quæ ut multa cōseruat ipsa charitas ad ædificationē & pacē Ecclesie.

Et pax Christi regat.

EXPLICATIO V. LOCI.

Locus quintus uotum Pauli cōtinet, quo optat Colossensibus pacē Christi, quasi dicat: Nō satis est, ut per charitatem & opera charitatis foris in Ecclesia pacem & tranquillitatem habeatis. ideo opto uobis & pacem Christi, hoc est, internam pacem & cōscientiæ, quam in prosperis, quàm in aduersis certò statuatis Deum uobis placatum esse, & uestri curam agere. Vocatur autem hæc pax, Christi pax, quia Christus fide ad iusticiam apprehensus, eam secum aduchit. Ad Rom. 5. Iustificati igitur fide, pacem habemus ad Deum per Dñm nostrum Iesum Christum, per quem & accessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ

gloriæ filiorum Dei. Nō solū autem, sed & gloriamur
in tribulationibus &c.

Pax Christi.

Quam secum aduehit Christus, & quam ipse fide ap-
prehensus dat.

Regat corda uestra.

Nam est pax interna pro conscientijs. Sic fieri potest
ut foris procellis crucis agitemur, intus tñ in cordib. glo-
riemur super cruce & pacifici simus.

In quam & uocati estis.

Pax conscientiæ non est meritum nostrum.

In uno corpore.

Ecclesia, quæ in communi illa pace fruitur.

Et grati estote.

EXPLICATIO VI. LOCI.

Sextus locus agit de cōmunissimo fine honorum o-
perum, qui est, ut illis simus grati Deo p acceptis in
Christo & per Christum beneficijs. Vnde & bona ope-
ra dicuntur sacrificia laudis, uel gratiarū actionis, Psal.
49. Sacrificium laudis honorificabit me &c. Et Paulus
hic ait: Grati estote. Et post hodiernam epistolam: Omnia
quæ facitis, aut uerbo aut facto, omnia in nomine domi-
ni Iesu facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum.

Et grati estote.

Pro acceptis in Christo & per Christum beneficijs.

Verbum Christi,

IN EPIST. DOMINICA III.
EXPLICATIO VII. LOCI.

ET septimus hic locus uotū Pauli continet pro Con-
lossensibus, ut porrò in uberiori uerbi cognitione
& alijs rebus spiritualibus ditiores fiant atq; excreſcāt.
Hortatur uero eos ad frequentia uerbi & rerum spiri-
tualium exercitia, quibus uerbum & rerum spiritualium
cognitionem retineant. Nam eſi non amittamus uerbum
prorsus, nec rerū spiritualium cognitionem, nostra oſci-
tantia & ſecuritate, tamen nobis oſcitanter agentib; ut
nre ſolet inimicus ille homo, & Zizania ſuper ſeminare.
Matth. 13 Similis per omnia eſt locus ad Eph. 5. Loquē-
tes uobis metiſis per psalmos & hymnos &c. Vbi legē-
re poteris huius loci clariorem explicationem in epiſto-
la, quæ legitur Dominica à trinitatis 20.

IN EPISTOLAM PAULI
I. AD CORINTHIOS CAPITULUM
IX. Dominica Septuageſimæ.

Seruit hodierna epiſtola ad noſtræ Eccleſiæ ſtatum,
hoc eſt, ad noſtros auditores uerbi, qui exemplo
Corinthiorum, coeperunt nunc ex Chriſtianiæ liber-
tatis ſcientia inflari, adeò quòd hodie maxima pars
auditorum uerbi credat ſe præmiū, de quo hic loquitur
Apoſtolus, apprehendiſſe, nec denuo à cognitione uerbi,
et uſu Chriſtianiæ libertatis recidere poſſe. Adeò enim in-
flati reddimur ſub Euangelio, non Euangelij culpa
ſed

sed naturali nostra malicia, et Satanæ insidijs, qui huius
 modi inflationem in nobis gignit, ut postea uerbum tol-
 lat, aut ad minus contaminet purum. Cuius rei exemplū
 olim extitit Corinthiorum Ecclesia, quæ ex inflatione
 in securitatem, ex securitate in cōtemptum quorundam
 ministrorū incidit, ex contemptu quosdam, supra quādam
 decuit, extulit. Unde postea & puri uerbi prophanatio
 secuta est. Crediderunt autem tū Corinthij se uersari in
 ea uerbi & aliarum rerum spiritualiū cognitione, quod
 nō possent denuo à tantis bonis resilire. Præterea sic co-
 gitarunt & dixerunt: Ecce nos Euangelium habemus,
 Satan prostratus iacet, oīa se nobiscum nūc bene habēt,
 nemo in posterū nos poterit spoliare uerbo & c. Monet
 ergo Apostolus hac præsentī epistola Corinthios, ne ita
 securè glorientur de sua constantia, nec tam temerarios
 ostentatores agant, quasi ruere non possint, imò illorum
 exemplo, qui in stadio currunt, contendant propositū
 præmium apprehendere: nam licet in stadio multi cur-
 rant, unus tamen accipit tantum præmium. Quare sen-
 tit Apostolus per accomodationem, q. d. Fieri quidem po-
 test, ut curratis in stadio à Corinthij, sicut et curritis. ut
 aliquando uestri cursus præmium apprehēdatis, hoc est,
 ad uitam æternam pertingatis, quæ est præmium, de quo
 uobiscum conuenit deus, cū conduceret uos in suum sta-
 dium: sed curate, ne fiat, ut currentes, in cursu impedia-
 mini, aut propter tarditatem cursus, tandem non acci-
 piatis

IN EPIST. DOMINICA III.

piatis præmium. Et addit in sequenti decimo capite exempla multa eorum, qui in stadio cucurrerunt, nec perueniunt ad præmium propositum. Sic enim patres, inquit, nostri oēs sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mosen baptizati sunt in nube & mari, & oēs eandem escā spirituale manducauerunt, et oēs eundem potum spiritualem biberunt. Bibebāt autem de spirituali, consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Sed in pluribus eorum non bene placitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Quibus uerbis ostendit Apostolus patres quidem oēs in stadio cucurrisse, sed paucissimos præfixum præmium accepisse. Sic inter currendum Israëlita in fornicationem inciderunt, & ex illis uena die uiginti tria milia ceciderunt. Sic quidā inter currendum ex Israëlítico populo tentantes Deum à serpentibus extincti fuerunt &c.

Si fieri potest, quasi diceret Paulus: Et si uos Corinthij nunc in stadio curratis, attamen præmiū non apprehendatis. Et quemadmodū olim Corinthij securi fuerūt ex inflatione propter rerum spiritualium cognitionem, ita nos hodie sumus securi & inflati, nihil minus futurū cogitantes, quā nos in stadio currētes, inter currendū adeo impediri posse, quo minus ad præmium propositū pertingamus. Sic enim cogitamus nos, & loquimur: Et angelū habemus, Christus pro nobis satisfecit, Satan prostratus iacet &c. ergo nihil periculi timendum.

Egregia res esset pro nobis, si statim post iustificationem & ingressum in stadiū moreremur, & è uita decederemus: at quia adhuc aliquamdiu hic nobis in stadio currendum est, donec præmium accipiamus: igitur summa prudentia & celeri cursu opus est, ne currentes tarditate aut imprudentia impediamur. Siquidem fieri potest, ut exemplo currentium in stadio, tamen præmiū nō apprehendamus: sicut nec patres currentes quidem in stadio illud apprehenderunt. Dehortatur itaque Apostolus in hodierna Epistola et Corinthios & nos ab ea securitate, quæ oritur ex scientia Christianæ libertatis et aliarum rerum spiritualium cognitione: de qua in præcedenti capite octauo. Scientia inflat. Hortatur uero et Corinthios & nos omnes ad uigilantiam & studium ueræ pietatis, et ut sic in stadio curramus, ut à die in diē magis magisq; excresecamus in uerbi cognitione, donec tandem perueniamus ad uitam æternam, quæ est præmiū recompensationis nostri cursus, additum et promissum nobis ex grãtia, cum cursores in stadium reciperemur. Iuxta parabolam Matthæi 20. cap. ubi pater familiãs cōducturus operarios in suam uineam, conuēnit cum operarijs, antequam eos ablegat in uineam, de denario.

S V M M A R I I L Ō C I.

i Non omnes qui receperunt uerbum, & in eo ambulant etiam ad tempus, ad uitam æternam pertingunt, sed

IN EPIST. DOMINICA.

perseuerant in uerbi cognitione & bonis operibus constantes.

2 Quia iustificati non statim morimur, sed nobis adhuc conflictandum est cum satana, peccato, morte, mundo & carne nostra: igitur timendum nobis est, non secura agendum.

3 Exemplo Pauli decet Christianos, non oia agere pro libertate neque semper neque ubique neque apud omnes ea uiti, sed aliquando a libertate cedere propter usum proximi.

Nescitis.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus est amplificatio præcedentium à similitudine, quo amplificat Apostolus præcedentia de ratione utendi libertate Christiana, ut sic utantur Corinthij libertate sua, quo inde seruetur proximus, non offendatur. Sic enim dixit Paulus ante initium hodiernæ epistolæ: Nam cum liber essem ab omnibus, omnium me seruū feci, ut plures lucrifacerem. Item factus sum infirmus infirmis, ut infirmos lucrifacerem. Porro si aliter uixerint Corinthij, minatur primo hoc loco in similitudine sumpta à cursoribus in stadio, quod etiam amatores uerbi, & in itinere, quod ducit ad uitā æternā aliquo modo ambulantes, tamen ad eam non perueniant. Quæ enim ambulatio et cursus qualis ille esse potest pro possidenda aliquando ex promissione uita æterna qui contra charitatem directus est, Aut quæ est illa uerbi cognitio, quæ

non simul cum operibus charitatis coniuncta est? Aut quæ est fides illa de qua gloriantur uerbi auditores, sine operibus in proximum? Quemadmodum enim nulla cū laude in stadio currit, qui non accipit præmium: ita cum nullo fructu est audire uerbum, illud recipere, de fide in uerbum gloriari & cæt. nisi uitam æternam accipias, id quod fit, quando auditum uerbum receperis, et credideris, fide creditum uerbum & charitatis operibus adornaueris, tandem in fide & bonis operibus ad finem usq; perstiteris.

Sed hic currendum est perpetuò ad principales causas uitæ æternæ, quæ nõ datur neq; cõtingit ppter opera, sicut iusticiarum operum & hoc loco probare nitimur. Ut enim currentes in stadio, sibi ipsis non proponunt præmium, neq; ex suis impensis: sed aliunde uel à magno principe, uel opulenta ciuitate proponitur: ita nec uita æterna nobis contingit propter nos aut nostra, sed quia Deus eam præfecit & promisit credentibus in Christum & bene ex fide operantibus: quare & donum Dei uocatur, Ad Ro. 6. Donum autem Dei uita æterna, per Christum Iesum dominum nostrum.

Discernit igitur in primo hoc loco Paulus inter duo genera auditorum uerbi: inter eos, qui audiunt quidem uerbum, recipiunt & in illo ad tempus ambulant, aut etiã retinent illud oscitantes ipsi & negligentes à charitatis operibus alienissimi, & temerarij Christianæ libertatæ

IN EPIST. DOMINICA

tis exercitatores, & inter eos, qui uerbum corde audiunt
& recipiunt, in illo fide tenaci ambulant, serio et cū ma-
gno studio illud retinentes, charitatis studiosi, & Christi-
anae libertatis modesti factores. Nescitis.

Accusatio ignorantiae de uero usu Christianae libertatis.

Quod qui in stadio.

Simile, quo hortatur Apostolus suos Corinthios, ut se-
rio progrediantur in cognitione uerbi, ut fidei augmen-
to, & operibus bonis, donec exuto mortali hoc corpore,
ad aeternam uitam perueniant. Stadium intellige praesentem uitam.
Currere diligentiae et studij uerbum est. Apo-
stolus uerbum currere alijs uerbis circumloquitur 2. ad
Corinth. 5. & ad Roma. 8. Currere non solum comple-
tatur externa uitae opera aut facta, sed totius uitae ope-
rationes, ut corde constanter credas, foris bene opereris.

Omnes quidem currunt.

Vita Christianorum non est ociosa, quanquam unus plus
alter minus operetur.

Sed unus accipit praemium.

Hoc est, uita aeterna non omnibus contingit, et si oēs
currant & bene operentur. Contrarius est hic locus ope-
rarijs. Nam si propter opera daretur uita aeterna, seque-
retur omnes currētes accipere praemium, sed quia omnes
quidem currunt, unus accipit tantum praemium, sequitur
uitam aeternam non dari propter opera. Praemium dicitur
uita aeterna, non quia ex debito comitatur opera.

uerum quia à patre promissa est, antequam currentes in stadium acciperemur. Vt supra. Sic currite.

Sic uiuite, ut in agnitione uerbi et fidei excrescatis, deinde et sic utamini uestra libertate, ut charitati seruiatis. De uita externa ex promissione nullum erit dubiū.

Vt comprehendatis.

Id quod fiet si in cognitione uerbi, in fide certa, et in operibus charitatis firmiter perstiteritis.

Omnis enim qui,

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus similiter hortatur nos ad timorē & uigilantiam, reuocat uero à securitate et oscitantia. Est autem summa huius similitudinis, ut contendamus progredi in cognitione uerbi, fidei & aliarum rerū spiritaliū. Deinde caueamus nobis ab omnibus rebus, quæ possunt nos in progressu impedire, quemadmodū is qui in agone cōtendit, ab omnibus se abstinere, quò sit ad contendendum paratior. Sic in agone conflictans, circumspicere posset, bibere, loqui etc. Sed omnia ista intermittit, quia timet, ne per illa impediatur. Ad eundem modū cū nos iustificati sumus, & non statim morimur, sed restat nobis adhuc conflictatio cum uarijs hostibus, ideo nō debemus securè agere, uerum timere. Et quamquam sepe liceret hoc uel illud facere ex Christiana libertate, tamen omittēdum est, quia cōtra charitatem agit, uel quia charitatem lædit.

IN EPIST. DOMINICA

Contendit.

Sub spe uictoriae & praemij propositi. Contendere laboris & studij uocabulum.

Ab omnibus se abstinēt.

Quibus impediri possit. Interim contendenti in agone liberum esset circumspicere, hoc & illud facere &c. Sed non expedit.

Et illi quidem.

Scilicet tam seriò contendunt.

Vt corruptibilem coronam accipiant.

Carnalia praemia & caduca.

In corruptibilem.

Vitam aeternam. Quā hic Paulus incorruptibilem, Petrus 1. epistol. cap. 1. immortalem, incontaminabilem & immarcescibilem uocat. Quid ergo est uita aeterna? Respondeo: in qua nihil est corruptibilitatis, Marci 12. Cum à mortuis resurrexerint, neq; contrahent matrimonium, neq; nuptum dabunt, sed sunt uoluti angeli, qui in caelis sunt, hoc est, uita aeterna erit tale aliquid, in quo nihil erit carnale.

Ego igitur sic curro.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus ab exemplo Pauli monet omnes Christianos, quatenus uti debent libertate, id est, apud quos, quo tempore et loco. Quanquā uerum sit libertatem dici, quae liberè agere permittit, at usus pximi saepe sua det

det cedere à libertate. Agit autem hic locus potissimum
 contra nimium Evangelicos & spirituales, qui pertinaciter
 suæ libertatis ius defendunt, nihil respicientes ad chari-
 tatem, dissoluatur nec ne, aut instructi sim infirmi satis
 nec ne, &c.

Ego.

Applicatio exempli ad suam personam.

Non quasi in incertum.

An præmium apprehensurus sim, q̄ certa in spe nunc
 apprehendi & possideo.

Non quasi aerem uerberans.

Non certus de æterna uita, quam scio me pugnante
 certo secuturam, non quia pugno, sed quia mihi pugnan-
 ti ex gratia promissa est, etiam tum, antequam pugnare
 inciperem. Iuxta parabolam Matthæi 20. in qua legitur
 paterfamilias Deus conuenire cum operarijs de denario
 antequam mittat eos in uineam.

Sed castigo corpus meum.

Tæpero mihi, ne ubiq; et apud oēs utar mea libertate.

Ipse reprobus efficiar.

Offendam alios mea immodestia & stricto iure.

IN EPISTOLAM PAULI
 LI II. AD CORINTHIOS CAPITULO
 XI. Dominica Sexagesimæ.

IN EPIST. DOMINICA



Ltera epistola ad Corinthi. è qua hodierna lectio trāscripta est, potissimū fācesit negociū falsis doctoribus, & doctrinae falsae, quae supra modū apud Corinthios ex creuerat, adeo q̄ nemo ferè esset, q̄ simplici ueritati acquiesceret.

Sic. n. inquit Aplus in 1. capitis initio. Quemadmodum Euā decepit serpēs uersutia sua, ita corrūpuntur sensus uestri à simplicitate, quae erat erga Christū. Id ergo, quod egit Paulus fermè p̄ totā epistolā, ut cōuinceret pseudap̄los et confunderet, etiā nūc agit in presenti lectiōe, tantū in hoc, quò uiua pictura pseudap̄los depingat, et Corinthios in uiā reducat, q̄ externis pseudap̄lorum gloriationib. et donis psuasi à simplici ueritate aberrauerāt.

Sed quia oīa quae scripta sunt, in nostram doctrinam sunt scripta, refert hic discere: Primum, quid proprii habeant pseudapostoli, & unde sint cognoscendi. Deinde quibus uis pergant decipere imperitum uulgus. Tercio quomodo uulgus Pseudapostolos accipiat, quae in eis consideret, & quae commoda ab illis hauriat.

Proprium itaq; pseudapostolis est, in carne gloriari, hoc est, in rebus externis sapientibus carnē, et quae proximē ad carnem accedunt. Hinc pseudapostolorū omnia externa sunt, cultus externus Dei, iusticia externa, op̄a quibus iur ad iusticiā, externa sunt: in summa, tota illorum

rum religio in rebus externis consumitur, quæerunt exter-
 nas cõmendationes, à carne cõmendari uolunt, popu-
 larem in carne auram captant, hominib. carnalibus pla-
 cere student &c. Et de propria hac uirtute pseudaposto-
 lorũ, ne dicã uicio, satis nos certos facit papatus. Et quia
 caro carnem quærit, ex nobis hodie processerunt, qui de-
 nuo moliti sunt gloriam in carne, hoc est, nos ad exter-
 nã & carnis doctrinã reuocare, quò haberent, in quo
 gloriarentur super nos sectatores. Tales extiterunt Mo-
 netarij, Anabaptistæ, Campanistæ, & aliarum sectarum
 autores, captantes auram popularem, & uulgi aures car-
 nali ac rationis doctrina fricantes.

Hac ergo nota et cognoscẽdisunt pseudapostoli, qui
 aliud nec sciunt, nec possunt, quàm in carne gloriari, se
 qui doctrinam carnis & applaudentem carni, quamq;
 et caro percipere potest. Viã, quibus pergunt pseudapo-
 stoli ad decipiendum imperitum uulgus, quoq; à carne
 petendæ ueniunt, nam carnem utrisq; buccis prædicant,
 id est, doctrinam plausibilem carni & carnalibus. Si
 enim docerent de fide impetrante imputatiuam iusticiã
 de gratuita sine operũ respectu iusticia, de uita æterna,
 ut dono Dei etc. nemo illis crederet. Siquidem prædicta
 dogmata abhorrent à carne atq; ad eò ab ipsa ratione. Re-
 cipiunt igitur in manus plausibilia carni & rationi do-
 gmata, de externo dei cultu, de operibus ut causis effictẽ
 tibus ueram iusticiam et conducentibus ad impetrandã

IN EPIST. DOMINICA

eternam uitã. Vulgus uero quomodo nũc accipiat pseu-
 da apostolos in carne gloriantes et carnis doctrinam spar-
 gentes. dicendum est. Vulgus itaq; imperitum, ignobile,
 & carnale, quia natura rapitur ad ea, quæ sunt carnis, et
 à carne intelligumur, non considerat in pseudapostolis
 simplicitatem doctrinæ, num adferant falsi doctores ue-
 rum uerbum, nec ne, sed aut eloquentiam, aut p̄posum
 apparatus, aut similia externa contemplatur. Quæ cum
 uulgus intuetur, longissimè et facillime recedit à uero ac
 simplici uerbo, quod plerunq; nec eloquentes prædica-
 tores, nec apparatus magnificũ sortitur, nec agit sua præ-
 conia in rebus externis. Hinc uulgus neglecto puro uer-
 bo, et sæpe maximis donis in pijs prædicatoribus, falsam
 doctrinam et sæpe minima dona in falsis prædicatoribus
 miratur, quemadmodum audiemus in hodierna epistola,
 in qua uidebimus Corinthios, pseudapostolos in coelum
 usq; extulisse propter leuissima quædam dona, quale do-
 num eloquentia fortassis esse potest, & Paulum uerè in
 numeris donis præditum contempsisse. Sicut etiam ho-
 die quidam seditiosissimos Anabaptistas mirantur præ-
 ueris prædicatoribus, quia illi abstemij sunt à uino & alijs
 delicatioribus creaturis. Interim in pijs uerbi minist-
 ris, neq; uerbum purum, neq; alia magnifica dona con-
 siderant. Sed accipit uulgus tandem digna suæ impru-
 dentia et stulticia præmia, qualia sunt: seruitus humana-
 rum traditionum molestissima, bonorũ de prædatione, aper-
 ta con-

ta confusio &c. quæ tñ, nescio sanè quî fiat (fieri enim apertè uidemus) uulguſ libentius patitur & minori reclamatione, quàm ſyncerorum prædicatorum optimas & uirtutes & instituta.

SUMMARI I LOCI.

1 Pſeudapostolorum doctrina quanquam crudeliſſima tyrannis ſit in conſcientias, tamen ſemper felicior procedit, quàm pura uerorum prædicatorum doctrina. Item quantumuis crudelia & tyrannica ſint dominia & opera pſeudapostolorum, tamè ea libentius ferunt homines, quàm ſyncerorum prædicatorum in omni ſubiectione ministeria, & manſuetudinem paciſicam.

2 Quanquam gloriari in donis coram Deo nõ liceat, ſic enim ait Paulus ante initium hodiernæ epiſtolæ: qd̄ dico, non dico ſecundum dominum, ſed uelut per inſipientiam. In hoc genere gloriationis, tamen urgente ſic neceſſitate, & uſu Eccleſiæ: deinde ut & pſeudapostoli gloriantes confundantur, gloriari licet.

3 Vera ſyncerorum Apoſtolorum gloriatio cõſiſtit in hoc, ut ſuam cognoscant infirmitatem, & de ea gloriatur. Et illa gloriatio eſeparantur etiã ſynceri prædicatores à pſeudoprophetis. Libèter .n. ſuffertis.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus hic locus exordium ſumit ab etiologia, qua cauſam reddit Apoſtolus, quur & ipſe gloriari uelit, quia inquit: Libenter .n. ſuffertis inſipientes, nec ſolum

IN EPIST. DOMINICA

Solum per se tales, sed et insipienter exercentes in uos tyrannidem. Agit autem hic primus locus de tyrannide, tam doctrinae falsae, quam falsorum praedicatorum. Item de felici illius tyrannidis successu, qui omnium est felicissimus, quippe in rebus & personis carni ac rationi plausibilibus. Nihil ergo mirum accidit, quod olim Corinthij ita facile a pseudapostolis decepti fuerint, nihil mirum, quod nostri maiores falsam doctrinam amplecti coeperint. Nihil hodie mirum, & si quidam denuo ab Anabaptistis & similibus haereticis falsa doctrina seducantur. Ea enim est falsae doctrinae fortuna, quod felicissime procedat, ea est et falsorum prophetarum fortuna, ut etiam pro arbitrio in conscientias saeuientes, magno desiderio suscipiantur. Quod ut probemus, non opus est remota adducere exempla, sufficit hoc saeculo nostrorum hominum desiderium pro falsa doctrina & tyrannide doctorum, sub quibus queruntur fuisse optimum mundi statum, & quietissimum, quare & exoptant priora onera pro libertate Euangelij. Et quemadmodum hic de Corinthijs dicit Paulus. Libenter suffertis insipientes, qui nos in seruitutem adigunt, qui deuorant & in faciem caedunt.

Contraria est fortuna syncerae doctrinae et syncerorum praedicatorum: Illa tardissimo gradu procedit: hi uero ab omnibus ridentur & contemnantur. Doctrina quae tardius procedat, ea est ratio, quia non est plausibilis neque fauorabilis coram carne. Contemptus in praedicatoribus
causa

causa est, quia nō plausibilia prædicant corā carne, quia non capiāt auram popularem, quia non uolunt sua prædicatione hominibus placere. Hinc fit, quod Euangeliū etiam si acceptetur ad tempus, tamen facillimè & breuissimè in nausēā abeat. Nec desunt hodie exēpla in Ecclesia.

Libenter enim suffertis.

Ætiologia cur et Paulus gloriari uelit sumpta à studio & uoluptate Corinthiorum, quam habent in gloriatiombus pseudapostolorum gloriantium in carne. Libenter notat uoluptatem, quā uulgus habet in doctrina falsa & in falsis doctoribus.

Inipientes.

Qui sine pudore gloriantur in carne.

Cum sitis ipsi sapientes.

Vestro iudicio. Ironia.

Sustinetis enim.

Ætiologia quur Corinthij libenter sufferant insipientes, sumpta à tyrannide & doctrinæ falsæ, & falsorū prophetarum.

Si quis uos redigit in seruitutem.

Recaptuat uos & legalibus obseruationibus & humanis traditionibus, nam non solum à lege diuina, sed etiā ab humanis traditionib. in causa iustificationis liberi sumus. Est autem in seruitutem redigere conscientias, ligare eas denuo ad hæc & illa opera, ad has uel illas traditiones pro impetranda iusticia.

IN EPIST. DOMINICA

Si quis deuorat.

Deprædatur uos et bona uestra. Sub papatu in copia
elargiebantur bona in otiosos & stolidos prædicatores:
hodie sinceri uix habent panem.

Si quis accipit. Bona uestra.

Si quis extollitur.

In donis suis & propter dona.

Si quis in faciem uos cædit.

Hoc est, qui palam & in conspectu uestro in uos de-
bacchatur pro libidine, & sæuit.

Opponitur huic nunc dictæ tyrannidi, fidelitas, hu-
militas & gratuita syncerorum prædicatorum prædica-
tio. Sicut & Apostolus ipse in frontispicio. 11. cap. in sua
persona opposuit. Non illud peccaui, quòd me ipsum hu-
miliarim, ut uos exaltaremini? quòd gratuito Euangelium
Dei prædicauerim uobis?

Contumiliose dico.

Vt pudore uos adficiam, qui sapientes esse uultis, nec
tamen tanta uestra malè cernitis.

Quali nos infirmi simus.

Ad tollerandum uos infirmos, infirmi facti.

In quo quis audet.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus continet gloriationes Pauli in suis
donis, non quòd hoc liceat ei, aut etiam alij Christia-
no seriò facere, quia dona non sunt nostra propria bo-
na. Iuxta illud. 1. ad Corinth. 4. Quid habes quod non
accepisti

accepisti à Deo &c. Item iuxta Pauli sententiam. 1. ad Corinth. 12. Et ad Ro. 12. ubi non uulgaribus uerbis gloriationem in donis prohibet Apostolus. Et hic addit de sua gloriatione. Quod dico, nō dico secundum dñm, sed uelut per insipientiam. in hoc argumento gloriationis. Itē paulo post inquit: Delirans loquor.

Verum quia Paulus hic gloriatur in suis donis, iam causa gloriationis huius sum consideranda: gloriatur igitur hic Paulus, urgēte sic necessitate, & usu Ecclesie: deinde ut pseudapostoli gloriosi Thrasones confundantur, quibus confusis, Corinthij occasionem habeant redeundi in uiam. Et quatenus similes causae nobis occurrūt gloriari exemplo Pauli in donis licet, additis simul ubiq; his clausulis. Quod dico, nō dico secundum dominum, sed uelut per insipientiam. Item. delirans loquor.

Audet.

Notat temerariā in pseudapostolis gloriādi audaciā.

Per insipientiam dico.

Occupatio, non serio, non animo gloriae cupido.

Hebraei sunt.

Congeries donorum. Hebraei sunt, id est, de Ecclesia.

Israelitae sunt.

Quia à maioribus & patribus ducunt originem.

Semen Abraham.

Quod habet promissiones.

Ministri Christi sunt.

IN EPIST. DOMINICÁ

Gloriatio in officio.

Delirans loquor.

Occupationis uoces, ne quis putet Paulum studio gloriæ alicuius gloriari in donis.

Excellentius sum ego.

Quia diuinitus uocatus. Ad Gal. 1. Paulus Apostolus nō ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum ac Deum patrem.

In laboribus copiosus.

Effectus ministerij.

In uerberibus.

Cruces & passiones propter Euangeliū, uel ideo uerbosius & copiosius recenset, quia pseudapostoli oderunt crucem. Ad Gal. 6. Hi cogunt uos circumcidi, tamen ne ob crucem Christi persecutionem patiantur.

A Iudæis quinquies quadragenas plagas.

Deu. 25. Pro mensura peccati erit et plagarū modus, ita quòd quadragenarium numerum non excedant.

Periculis ex genere.

Quæ tuli à Iudæis.

In labore & molestia.

Ut officium docendi ritè expedirem.

In ieiunijs.

Ad refrenandam carnis lasciuam.

Accedit & cura pro omnibus Ecclesijs.

Interna crux & afflictio.

Quis infirmatur.

Exclamatio uehemens, qua semel uult omnia dicere.
Infirmatur scilicet in fide.

Et ego non infirmor & doleo & angor.

Quis scandalizatur.

Vt uel de ueritate addubitare incipiat, aut eam profus deserat.

Et ego non uror.

Malè habeo, angor & doleo.

Si gloriari oporteat.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus occupatiõe quadã amouet ab Aposto-
lo oëm suspiciõem, ne uideatur lubès et studio glo-
riæ in suis donis gloriari, q. d. Si gloriari aliàs deberent
non prouocatus audaci pseudapostolorũ supercilio, glo-
riarer in mea infirmitate, quæ in tantis etiam donis &
tam multis, adeò adhuc magna est, quòd facile cohiberet
omnem gloriationem. Discernit uero hic locus ueros
Apostolos à pseudoprophetis, illi etiam persusi & obru-
ti donis: tamen suam infirmitatem ac imperfectionẽ per-
petuò & agnoscunt & confitentur: hi autem sæpe uix
uno aut altero dono leuissimo subinde donati, ultra mo-
dum exurgunt gloriando.

Docet & hic locus dona ne quidem quàm plurima
nos facere perfectos in hac uita: sed opus esse nobis quot-
tidiano augmento in alijs atq; alijs donis. Sicut & pul-
chra similitudine id ostendit Paulus. 1. ad Corinthi. 13.

IN EPIST. DOMINICA

Ex parte .n. cognoscimus, ex parte prophetarum &c.
Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus &c.

IN EPISTOLAM PAV-
LI I. AD CORINTHIOS CAPIT-
E

XIII. Dominica Quinquagesimæ.

Satis prolixa est hodierna epistola: nimirum
continens totum .13. caput prioris epistolæ ad
Corinthios: at si coherentiam capitis specte-
mus, non potuit textus sine periculo à se auelli:
Est enim totum caput cōmendatio charitatis cum suis ef-
fectibus & rebus cognatis.

Cohæret autem hodierna epistola cum præcedenti-
bus in hunc modum. In duodecimo capite egit Apostolus
de donis et charitate simul. Questio nunc oritur, an do-
na præferri debeant charitati? Huic questioni satisfacit
Apostolus in præsentī epistola, et confert dona cum cha-
ritate & facit charitatem communē quandā regulam,
ad quam uult reuocari omnia dona, iuxta quam omnia
dona probari, moderari, regi & gubernari uult. Ponit
& charitatem ita rem necessariam, quòd eam proponat
donis, quia sine quibusdam donis quis Christianus esse
potest, sine charitate non itidem. Sic Christianus esse po-
test. Et si linguarum cognitionem non habeat, neq; illas
interpretari sciāt. Summa ergo huius epistolæ generalis
est. Charitatem esse potiorem omnibus donis: quippe re-
gula iuxta quam dona moderari debent.

Occasio quur Paulus instituerit in hac epistola con-
 ferre dona & charitatem, hæc sine dubio fuit, quia Co-
 rinthij gloriabantur in donis: interim à charitate alie-
 nissimi, inter quos erant uicia, emulatio, contentio & fa-
 ctio, quorum arguit eos supra capite 3. Eadem occasio
 & hodie non deficit nos, modo contingeret Paulus ali-
 quis, qui prouinciam conferendi inter se dona & cha-
 ritatem susciperet. Siquidem multi nostro nunc sæculo de
 donis gloriantur, à charitate alienissimi: cum tamen do-
 na sine nihil sine charitate: quemadmodum Apostolus
 orditur hodiernam epistolam. Si linguis hominum lo-
 quar, & angelorum, charitatem aut non habeam, factus
 sum æres resonans, aut cymbalum tinniens.

SVMMARII LOCI.

- 1 Charitas potior est omnibus donis, quia regula ad
 quam uocari, & iuxta quam omnia dona moderari de-
 bent: item sine qua nihil sunt.
- 2 Officia charitatis uaria sunt, & latissime patet cha-
 ritas: igitur non immerito præfertur donis.
- 3 Charitas perpetuus est fidei effectus, qui in uere pijs
 non excidit, cum dona excidere queant.
- 4 Nulla dona sunt perfecta in hac uita, sed oportet ea
 semper excrescere, sicut & eos in donis, qui illa habent,
 donec ad æternam uitam pertingant.
- 5 Tria sunt præcipua religionis capita, fides, spes, &
 charitas, inter quæ charitas latissime patet.

IN EPIST. DOMINICA

Si linguis hominum loquar.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus continet commendationem charitatis à sua dignitate, quam non ex se habet, sed ex fide ut causa efficiente, cuius effectus est charitas, quæ quicquid habet dignitatis coram Deo, aut acceptationis, id ex fide habet, sine qua charitas nostra non placet deo, immunda est & impura. Nam in hoc & differt Charitas Christianorum à charitate hypocritarum, et gentium incredularum, quia Christiani ex fide charitatem suam exercent, et quia ex fide, ergo placet deo. Hypocritæ autem & impiæ gentes, quanquam & ipsæ charitatis opera perficiant, tamen quia sine fide ea præstant, ingrata sunt deo. Et in hunc modum discernit Christus inter charitatem publicanorum & Christianorum, Mat. 5. Vbi Christianos vult excellere sua charitate publicanos.

Loquitur ergo hic Paulus de charitate ut effectu fidei, hoc est, de ea, quæ procedit ex puro corde, & conscientia bona, & fide non simulata. 1. ad Thimot. 1. Et hæc charitatem confert Paulus cum donis in hoc primo loco, eam præferens omnibus donis, quæ sine charitate, magnifici quidem apparere possunt, sed sine ulla uirtute, usu & efficacia. Non aliter atque res in speciem magnifice apparentes, per se uero ipsa inanitas. Idem semit Apostolus de donis & charitate quod hic ad Ephesios cap. 4. et 1. ad Corinthios cap. 14. & 12. Item ad Rom. 12. Vbi uult oia do

na dirigi ad ædificationē Ecclesie, quæ ædificatur, quando dona pro charitate & moderantur & distribuuntur in Ecclesie membra.

Si linguis hominum loquar, & angelorum.

Id est, dono linguarum etiam felicissime donatus.

Charitatem autem non habeam.

Propter quam conseruanda data sunt dona.

Factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens.

Quod foris magnifice strepit, sine aliqua magna aut durabili utilitate. Similitudines sumptæ à rebus, quæ magnifica quidem promittunt, tandem reperiuntur per se inutiles, sicut reuera sunt dona, quæ non seruiunt charitati, aut eam conseruant.

Prophetiam.

Donum interpretandi scripturam.

Et nouero omnia mysteria.

Habuerō donū cognitionis uolūtatis dei exactissimū.

Et omnem scientiam.

Donum discernendi inter ueram & falsam doctrinā

& recte secandi scripturam.

Fidem.

Donum faciendi miracula, qualia sunt: eijcere demonia, trāsferre mōtes etc. Et sic Ambrosi. accipit hic fidē.

Nihil sum.

Vanus doni tanti ostentator.

Et si distribuero.

IN EPIST. DOMINICA

Nota et distributionem facultatum esse donum Dei
quod auari non habent.

Et si tradidero corpus meum.

Patientiæ ac tolerantie hoc donum est.

Nihil mihi prodest.

Quia hypocrita sum, qui fingo me rectè facere sine
charitate, quam Deus sæpe proponit suo honori. Esai. 1.
Ne offeratis ultra sacrificium &c. sed iudicate pupillo.
Mat. 5. Quod si obtuleris munus ad altare &c.

Charitas patiens est.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus agit de officijs seu effectibus charita-
tis, quos nunc subiicit, ut ostendat et alias causas, pro-
pter quas charitas præferatur meritò donis, quia latissimè
patet. Et est hic locus profusa quædam explicatio
præceptorum secundæ tabulæ, quæ in septē tantū man-
datis comprehensa fuerunt à Mose. Possunt uero ratio-
ne causarum & effectuum in multa & uaria officia di-
strahi. Debent aut omnes charitatis effectus, quorū hic
meminit Paulus, ad præcepta secundæ tabulæ referri, et
quam ad originales fontes. Sic patientem esse et benignitè
referri debent ad uirtutes secundæ præcepti alteræ tabulæ.
Non occides &c.

Charitas non æmulatur.

Non fert indignè præcipi sibi gloriam, sicut Saul in-
dignè ferebat Dauidem regem electum. Æmulatio uici-
um

um est contra præceptum: Non occides.

Non agit nequiter.

Neq; in dictis, neq; in factis. Virtus hæc est, quæ præcipitur mandato. Non furtum facies. Item referri potest ad mandatum: Non perhibeas falsum testimonium.

Non inflatur.

Virtus præcepti: Non dices falsum testimoniū. Nam inflatio causa sæpe est falsi testimonij, & obrectationis. Potest & causa necis esse, et sic trahitur ad præceptum: Non occides.

Non est immodesta.

Quæ supra quàm decet, de se sentit. Ad Roman. 12. Sed ita de se quisq; sentiat ut modestus sit et sobrius. Virtus hæc est uel secundi præcepti secundæ tabulæ, quia arroganter de se sentire parit contemptum, contemptus rixas, rixæ necem &c. Vel quinti alteræ tabulæ, quia arroganter de se sentire parit obrectationem, uicium, quod sub falso testimonio complectitur.

Non quærit quæ sua sunt.

Virtus quarti præcepti secundæ tabulæ.

Non irritatur.

Virtus secundi præcepti alteræ tabulæ.

Non cogitat malum.

Et hæc uirtus est secundi præcepti secundæ tabulæ, nõ malum de alijs cogitare aut suspicari, causa est necis.

Non gaudet super iniquitate.

IN EPIST. DOMINICA

Non solum ipsa non agit iniquè, sed & dolet, cùm alij inique agunt. & dicitur, teste Erasmo accipitur pro quouis peccato, quare & hoc uicium pro uario intellectu ad uaria præcepta secundæ tabulæ trahi potest, sicut et contraria uirtus.

Congaudet autem ueritati.

Vera loquitur. Virtus hæc est quinti præcepti alteræ tabulæ.

Omnia suffert.

Virtus secundi præcepti secundæ tabulæ.

Omnia credit.

Virtus quinti præcepti alteræ tabulæ. Est enim omnia credere, omnia in meliorem partem interpretari.

Omnia sperat.

Et hæc uirtus quinti præcepti est secundæ tabulæ.

Omnia sustinet.

Virtus secundi præcepti secundæ tabulæ.

Charitas nunquam excidit.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus commendat charitatem, & præfert eam donis à perpetuitate, quia charitas nunquã excidit. Dona uero excidere possunt, id quod tripliciter intelligendum puto: Primum, quod dona in ijs, qui ad uocatum redeunt extingui queant, & in nihilum redigi, sicut & accidere uidemus in reuersis ad impietatem, manente interim quanquã impura charitate. Deinde, quod dona tantum in hac uita durabunt, qualia nunc sunt in perfecta

perfecta, interim charitate etiam post hanc uitam duran-
te. Tertio, quod dona etiam in pijs successu temporis &
etate perire possunt, subsistente interim charitate, quae
est fidei perpetuus effectus.

Charitas nunquam excidit.

Iuxta praescriptas rationes.

Sive prophetiae euacuabuntur.

Iuxta formam, de qua dixi.

Ex parte enim.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus docet dona, qualia nunc sunt im-
perfecta, non esse perpetua, quia in hac uita non
possunt contingere perfecta, quod aut imperfectum est, id
neque perpetuum esse potest. Monet ergo quartus hic lo-
cus, dona semper & subinde excrescere, et augeri in hac
uita. Deinde & eos, qui dona habent, semper & subinde
augmentum accipere in donis. Hoc uero augmentum du-
rat in hac uita tantum, post hanc a facie ad faciem, id est,
perfecte cognoscemus deum & mysteria Dei, nec tum opus
erit, ut excrescamus in donis illis imperfectis, aut do-
na in nobis excrescant, imò donis non habebimus opus,
ad autem in charitate non fiet.

Ex parte enim cognoscimus.

Aetiologia, dona, qualia hic sunt, imperfecta non esse
perpetua. Ex parte, id est, imperfecte. Vult enim osten-
dere dona in nobis, & nos in donis excrescere semper,

IN EPIST. DOMINICA

Et nunquam fieri perfectos.

Cum autem uenerit quod perfectum est.

Aeterna uita, in qua nulla amplius erit imperfectio.

Et sic sequitur: Euacuabitur quod ex parte est.

Cum essem garrulus.

Simili declarat dona non esse in hac uita perfecta, nec nos habere perfecta dona, sed fieri primum post hanc uitam perfecta, et nos perfectos.

Quando autem factus uir.

Hoc est, quando ueniemus in uitam aeternam.

Abolita sunt.

Hoc est, tunc primum perfecta erunt dona et nos perfecti.

Videmus nunc per speculum.

Id est, imperfectè.

Tunc autem a facie ad faciem.

Id est, perfectè, cessantibus simul omnibus imperfectis donis in hac uita.

Non cognosco ex parte.

In hac uita et in hoc seculo.

Tunc.

Post hanc uitam et hoc seculum.

Sicut & cognitus sum.

Scilicet à Deo perfectè.

Nunc autem manent fides.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus in comunem quandam summam includit.

dit præcipua totius religionis nostræ capita, quæ sunt: fides, spes, charitas. Fides est, qua certa fiducia credimus promissionibus Dei in Christo. Spes est certa creditarum promissionum dei in Christo per patientiam expectatio. Charitas, de qua hic loquitur Apostolus, est necessarius et perpetuus fidei effectus. Inter hæc tria religionis capita, charitas maior est, quia latissimè spargitur in omnes homines, et fusissimè patet, cum interim fides et spes inter angustissimas septas continentur, agunt enim cum solo deo. Non dicitur charitas maior, quia plus coram Deo potest, quàm fides aut spes.

IN EPISTOLAM PAULI

LI II. AD COR. CAP. VI.

Dominica Inuocavit



Gregia est hodierna epistola cuius usus etiam nū hodie in ecclesia est maximus, nimirū ut prædicatores exēplo Pauli suos auditores ad progressum in Verbo et rebus spiritualibus adhortentur, ne in uacuum gratiam dei recepisse uideantur. Nam sic fieri solet, quòd profunda oscitantia serè semper sequatur Euangelij prædicationem, quod non illubenter promiscuè recipiunt omnes, sed receptum non festinant, aut quia Euangelij prædicatio perpetua, nauseam parit, aut quia Satan Euangelium nostra oscitantia impedit, ut tandem

IN EPIST. DOMINICA

tandem illud in nihilum abducatur.

Et hæc oscitantia, quæ sequi solet Euangelium, occasionem Paulo præbuit, adhortandi suos Corinthios, ne sic agant, ut uideantur Euangelium seu gratiam Dei in uacuum accepisse.

Eadem occasio in simili negotio, quia & hodie præsens est: igitur omnes fideles ex exemplo Pauli prædicatores adhortabuntur suos in uerbo auditores, ne in uacuum gratiæ dei recipiant: recipiunt uero in uacuum, qui iuxta parabolam Matthæi 13. Verbum quidem audiunt, sed non intelligunt: aut qui primum cum magno gaudio illud audiunt, uerum non sinunt uerbum in se radices agere: sed temporarij sunt, propter afflictiones & prosecutiones deserentes uerbum: aut qui audiunt uerbum, & huius seculi cura deceptioneque diuitiarum suffocant uerbum & reddunt infrugiferum, id quod hic Apostolus dicit, in uacuum gratiam recipiunt. Monet uero à contrario Paulus, ut uerbum auditum intelligamus, corde recipiamus, firmamus illud in nobis radices agere, efficiamus frugiferum, quod reddat fructum alium centuplum, alium sexagecuplum, alium trigecuplum. Tales auditores requisit suo tempore Apostolus, & tales nos hodie requirimus: eos uero describit Dauid uiuacissima descriptione Psal. I. inquit: Beati qui non abeunt in consilio impiorum &c. Sed in lege Domini uoluntas eorum, & in lege eius meditabuntur die ac nocte. Et erunt tanquam ligna plantata secus

secus decursus aquarum, dantes fructum suum in tempore suo. Summa ergo est hodiernæ epistolæ generalis. Apostolus dehortatur Corinthios à securitate & oscitantia, & adhortatur eos ad uigilantiam & uitam Euangelio dignam.

SUMMARI LOCII.

- 1 Euangelium est occasio tantum, igitur est apprehendenda, & apprehensa festinanda.
- 2 Prædicatores sic ambulare debent, & in doctrina, & in uitæ moribus, ne male audiat ministerium apud offensos. Et sic ambulare debent etiã oēs Christiani alij.
- 3 Cruces & molestiæ innumeræ, res sunt cognatæ Euangelio, igitur ab Euāgelij prædicatorib. detrectari nõ possunt, sicut etiam ne ab alijs Christianis.
- 4 Quanquam crux molestissima agitet & prædicatores & alios Christianos in hac uita, tamen in cõscientijs gloriam, pacem & tranquillitatem habent coram Deo.

Adiuuantes autem exhortamur.
EXPLICATIO I. LOCII.

Primus locus adhortatio est ad apprehendendum et festinandum receptum Euangelium, apud illos, quæ Euangelium habent, nam illis hic loquitur Apostolus. Adhortatio autem procedit ab opportunitate & periculo. Si quidem Euangelium occasio est tantum, quam qui apprehendit, habet: qui negligit eam, illi fit occasio calua. Cur obsecro de apprehendendo Euangelio monet Paulus Co
rim

IN EPIST. DOMINICA

Corinthios? num quia iam non apprehenderunt? quibus sic scribit: Ecclesiae Dei, quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu uocatis sanctis &c. cap. 1. prioris epistolae. Respondeo: Quamquam Corinthij iam receperant Euangelium, unde & Paulus uocauit eos sanctificatos, & uocatos sanctos, tamen sic se cum Euangelio habet, quod sit tale studium, quod nequeat perdisci, aut satis apprehendi, imò respectu Euangelij & sumus & manebimus semper imperfecti discipuli. Vult ergo Apostolus, ut Corinthij Euangelium à die in diem, magis ac magis apprehendant, in Euangelij cognitione magis ac magis excrescant, et uita Euangelio dignam instituant.

Vititur uero adhortatione, cum ab oportunitate temporis, tum ab imminente periculo, quorum locorum alter alterum in se inclusum habet. Oportunitas temporis petitur ab inuulgato Euangelio, q. d. Paulus: Euangelium inuulgatum est, ergo apprehendendum & festinandum est. Periculum petitur à neglecta oportunitate, quae ubi sublata est, frustra laboratur postea pro apprehendendo & festinando Euangelio. Israelitae praesentem Euangelij occasionem negligebant, quam negligentiam postea secuta fuerunt & pericula magna: nec est dubitandum, quin in periculis appetierint, quod praesens auersabantur. Verum haec est omnium hominum natura, etiam in alijs rebus quam est Euangelium, quod absentia improbe efflagitemus, praesentia auersetur. Nos quum adhuc uersar emur in

tenebris impiæ doctrinæ, magno desiderio cupiebamus
 purum Euangelium, quod cum nunc præsens est, fastidimus.
 Sed quia fastidium causa est, propter quam solet
 Deus eripere Euangelium: sine dubio creptum rursus fla-
 gitabimus: uerum sero nimium, ablata occasione, & si-
 mul gratia uersa in iram. Porro ut nunc hortatur hic
 primus locus ad firmiter apprehendendum Euangelium
 & festinandum: ita à contrario dehortatur à contra-
 rio uicio, hoc est ab ipsa *ἀκρίδι*, quæ nauseat, fastidit et
 oscitanter curat Euangelium, quæ nausea, quod fastidium,
 et quæ oscitantia postea causam præbent ad interitum &
 translationem Euangelij, ita quod auferatur in ingratum
 & detur genti facienti fructus eius, quæ admodum Chri-
 stus loquitur, Matthæi 21. de ingratitude Iudæorum.
 Lapidem quem reprobarunt ædificantes, hic factus est
 in caput anguli. A dño factum est hoc, & est mirabile
 in oculis nostris. Ideo dico uobis, auferetur à uobis reg-
 num Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.

A diuantes.

Non excipit se Apostolus ab illis rebus, ad quas horta-
 tur Corinthios.

Exhortamur.

Nō præcipit pro imperio ac libidine, sed exhortatur.

Ne in uacuum Dei gratiam
 recipiatis.

Ne sitis securi, oscitantes, negligentes, fastidientes

IN EPIST. DOMINICA

Et nauſeantes Euangelij auditores, ſed progredientes in Euangelij cognitione, illud à die in diem magis ac magis apprehendentes & feſtinantes.

Ait enim.

Scilicet dominus: Locus Eſaiæ conſolatorius eſt, in conſolationem propoſitus, ob uenturum Chriſtum liberatorem. Apoſtolus hoc propheta loco utitur, ceu argumento ab opportunitate temporis, & imminente periculo, ſi negligatur temporis opportunitas. Tempus acceptum, & diem ſalutis uocat tempus inuulgati Euāgelij. Argumenta talia hic ſumuntur: Euangelij occaſio oblata eſt, ergo non negligenda. Item: Neglecta Euangelij occaſio periculum, ergo cauenda.

Ecce nunc tempus acceptabile.

Accommodat locum prophetae ad ſua tempora Paulus, quibus prædicabatur Euangelium, antè à Propheta promiſſum &c.

Nemini dantes ullam offenſionem.

EXPLICATIO II. LOCI.

Q*uia in primo loco propoſuit Paulus ſe adiutorem unà cum Corinthijs in porro apprehendendo & feſtinando Euāgelio. Quare nunc in ſecundo hoc loco, & ſe & omnes prædicatores tales eſſe uult, ut tam in doctrina, quàm in uitæ moribus ita ſe gerāt, ne uel ſalfa doctrina, uel mala uitæ alijs offendiculo præbeant, et ſic occaſionem dent alijs uituperandi miniſteriū Euāgelij.*

Et ne quis priuatorum Christianorum, qui non sunt prædicatores, se à præcepto Pauli eximat, debet & hic locus intelligi de oïbus Christianis promiscuè, ne uocationes sue propter doctrinam & uitã Euangelio indignã uituperentur, & ministerium uerbi malè audiat.

Expetit ergo hic secundus locus primum honestam & inculpata[m] tam in doctrina quàm in uita[m] & moribus conuersationẽ in prædicatoribus: deinde et in alijs Christianis oïbus, ne Euangelio dedecori sint et ignominie.

Vllam offensionem.

Aut doctrinæ, aut uitæ moribus.

Vt non uituperetur ministerium nostrum.

Tanquam impium & inhonestum.

Sicut Dei ministros.

Exemplo Dei sanctos & inculpabiles.

In multa patientia.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus describit fortunam & uitam prædicatorum, qui, ne uituperetur ministerium, nemini dāt ullã offensionẽ, sed exhibet se sicut dei ministros: illis uicissim expectanda est uita plena molestijs, & fortuna supra modum aduersa. Et sicut poeta de illis canit, qui literarum & maxime poetices studium sequi uolunt.

Multa fecit tulitq; puer sudauit & alsi: Ita reuera prædicatoribus multa & facienda & ferenda sunt: nũc

IN EPIST. DOMINICA

sudando nūc algendo. Et quemadmodū hic ait Apostolus
In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus,
in angustijs in laboribus &c. Hæ autem cruces & mole-
stie non aliunde accidunt ueris prædicatoribus, quæ quia
res sunt Euangelio cognatæ: qui ergo ab Euangelio nõ
abhorret, neq; à rebus illi cognatis abhorreere debet.

Cæterum qualis nunc est fortuna & uita prædicato-
rum in doctrina & uitæ moribus innocenter ambulami-
um: talis est fortuna & uita oīum Christianorum sine
offensione uiuentium.

Similis per omnia huic locus extat. 1. Ad Corinthios
cap. 4. ubi Paulus confert pseudapostolorum uitam &
fortunam, cum uita & fortuna syncrorū prædicatorū:
Arbitror enim quod Deus nos qui sumus Apostoli pos-
tremi, ostenderit tanquam morti addictos &c.

In multa patientia.

Congeries earum rerum, è quibus uita Christiana cõ-
stat. Præmittit patientiam tanquam medium quo serua-
mur contra omnem crucem & molestias, ne irascamur
Deo, sed cum gaudio seramus omnia aduersa.

In tribulationibus.

Anxietatibus animi.

In necessitatibus.

Quæ uitari non possunt.

In angustijs.

Extremis molestijs & frequentibus.

In seditionibus.

Quæ excitantur, dum mundus sinceram doctrinam non uult ferre.

In laboribus.

Et intellectus seu animi & manuum.

In uigilijs.

Nocturnis & diurnis.

In ieiunijs.

Quibus refrenatur lasciuia carnis,

In Castitate.

Sequuntur nunc uirtutes, quæ sine cruce externa formant Christianam uitam: uerum non sine molestia: nam tales uirtutes præstare, id carni molestissimum est, moderatur uero illam modestiam patientia, quam prius posuit commune medium contra crucem & molestias:

In castitate.

Et corporis & animi.

In scientia

Qua rectè secatur uerbum & pro utilitate Ecclesiæ docetur.

In longanimitate.

Vt cum gaudio in certa spe liberationis expectemus præsidium Dei, nõ irascamur Deo in cruce & molestijs carnis.

In suauitate.

Ne simus austeri & difficiles Demeæ, intractabiles, morosi, asperi. Suauitati opponitur morositas morum.

In spiritu sancto.

Ne agamus hypocritas, sed ut faciamus opera uiua, et

IN EPIST. DOMINICA

animo consentiente. Discernit opera Christianæ uitæ ab operibus hypocritarum, quæ in speciem tantum operantur, animis interim impijs existentibus.

In charitate non ficta.

Hoc est, quæ procedit ex puro corde, & conscientia bona, & fide non simulata. i. ad Timot. 1.

In uerbo ueritatis.

Ne nostra opera à uerbo ueritatis discrepent. Cõiungit uerbum & uitæ mores, ut ostendat hos ab illis, & illud ab his separari non posse. Verbum ueritatis dicitur quia ueraces facit, & quia natura est ipsa ueritas.

In uirtute Dei.

Non nostrarum uirium est. ut opera nostra sint efficacia. Ad Coloss. 1. Omnia robore corroborati, iuxta potentiam gloriæ illius etc. Ad Ephe. 6. Confortamini in domino, & in potetia uirtutis eius. Virtutẽ Dei requirit, ut partem armaturæ, qua licet consistere, ne concidamus coram nostris hostibus. Virtus dei & arma iusticiæ, quæ sequuntur, tela sunt, quib. seruatur & defenditur Christiana uita.

Per arma iusticiæ.

Quales sunt hostes Christianæ uitæ, talia et arma ponit Apostolus. Vocabulo iusticiæ complectitur simul & fidem iusticiam apprehendẽtem. Vide Paulum ad Ephe. 6. de Christianorum armis.

Per gloriam & ignobilitatem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus consolatorius est contra scandala crucis, & omnes molestias in Christiana uita, nam quanquam coram mundo sumus ignobiles, infames, seductores, ignoti, mortui, castigati, tristes, ege mes, nihil habentes: tamē coram Deo sumus gloriosi, bona fama præditi, ueraces, noti, uiui, non mortui, gaudentes, multos locupletantes; omnia possidentes.

Per gloriam.

Coram deo, Ad Rom. 5. Et gloriamur sub spe gloriae dei, id est, ducimus nos coram deo gloriosos esse.

Et ignobilitatem.

Coram mundo & iudicio mundi.

Quasi tristes.

Foris & coram mundo.

Semper autem gaudentes.

In conscientijs coram Deo.

Locupletantes. Spiritualibus bonis.

Omnia possidentes.

Sub spe certa in hac uita, & post hęc à facie ad faciē.

IN EPISTOLAM PAULI

LI. I. AD THESS. III. DO

minica Reminiscere.



Epistola ad Thessalonicenses prior, è qua
 hodierna lectio deprompta est, in dua-
 bus reb. tota serè occupata est, partim
 .n. congratulatur Thessalonicensibus,
 q. Euangeliū in multa tribulatione &
 cum gaudio Spiritus sancti susceperint, in tanto seruore
 & cum tanto fructu, quòd se formam oibus credentibus
 in Macedonia & in Achaia exhibuerint. Item, q. serma-
 nē Dñi nō solū in Macedonia et in Achaia, sed in oī loco
 diuulgarint: Partim uero hortatur Thess. ad progressum
 ut in fide & charitate progrediantur, addito uoto, quo
 Dominus eos locupletet, & abundare faciat in rebus spi-
 ritualibus, ut sint irreprehensibiles in sanctitate & corā
 deo & patre nostro, in aduentu domini nostri Iesu Chri-
 sti cum omnibus sanctis. Et hanc posteriorem partē spes-
 cit hodiernae epistolae portio, in qua rogat & hortatur
 Paulus Thessalonicenses, ut quemadmodū acceperint ab
 eo, sic ambulēt et magis ac magis abūdēt. Agit ergo hodi-
 erna epistola de altera religionis nostrae parte, hoc est, de
 Christiana uita formanda & festinanda. Primum oportet
 nos fide instructos esse, anteq̄ ad Christianā uitā in-
 stituendā accedamus, nā uita Christiana nō placet deo si-
 ne fide, iuxta illud ad Rom. 14. Quicquid sine fide fit, peccā-
 tum est. Itē ad Heb. 11. Impossibile est placere deo sine fide.
 Est itaq; fides quae nos ad Christianā uitā formandā
 aptos facit, id quod finis quando audimus Euangeliū, illi

credimus, Christū fide apprehendimus, qui donat nobis spiritū sanctū, qui in nobis creat novos animi motus, conueniētes Christianæ uitæ, quiq; & sanctificat nos, ut in sanctificatione & honore uas nostrum possideamus. Et de hoc ordine perueniendi ad Christianam uitam, acceptam & gratam deo, satis superq; in superioribus docuit Apostolus suos Thessalonicenses, quare nūc in præsentī epistola accingitur ad uitam Christianam, de qua frustra disputatur, nisi prius fide Christū apprehendas, iustificeris fide, et spiritū sanctū accipias. Siquidē sine his causis præcedētibus, uita nec Christiana esse potest, nec placere deo. Relinquit aut nobis exemplū Apostolus, ut dicturi de uita Christiana, primū de cognitione uerbi, fide in Christū, iustificatiōe per fidem & acceptione spiritus sancti dicamus.

SUMMARIUM LOCI.

1 Veri prædicatores non imperant pro imperio, neq; dominantur in cōscientias, etiā ubi de præceptis dei præcipiunt, sed rogāt et adhortantur exēplo Pauli. Cōtrarium falsi prophetæ faciūt, quorū uoces sic personant. Ita uolo, ita iubeo, sit pro ratione uoluntas.

2 Christiana uita formanda est, & in ea abunde excre scendum, scientes nos illa uita placere deo.

3 Veri prædicatores diligenter discernunt exemplo Pauli inter suas ordinationes pro utilitate Ecclesiæ, & inter præcepta domini.

4 Vel ideo nouā uitā ac Christianā instituere debemus.

IN EPIST. DOMINICA

quia id uoluntas dei est.

5 Quia Deus uindex est iniusticiæ, ergo mala uita sci-
gienda est. A contrario, quia retributor est bonorum o-
perum, igitur bona uita instituenda.

6 Bene operari debemus, quia ad id uocati sumus &
iustificati.

7 Obsequium debemus prædicatoribus ueris, præcia-
pientibus præcepta Dei, quia negantes illis obsequiū, nō
illos, sed deum contemnunt. Estq; hic locus commenda-
tio prædicatorum à dignitate.

Cæterum fratres.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus monet in exemplo Pauli de modestia
prædicatorum in conscientias, qui etiam ubi ad ea
hortatur suos auditores, quæ in uerbo præscripta sunt,
tamen non debent imperare pro imperio, neq; dominari
pro priuata libidine, sed rogare et adhortari. Diuersum
faciunt falsi doctores, qui etiã, dum suas traditiones pro-
ponunt Ecclesiæ, agunt tyrānos. Placet igitur cognosce-
re falsum prædicatorū: nō minimū erit cognitiōis signū
tyrannis illa & se uicies in conscientias. Item placet co-
gnoscere syncerū prædicatorem, non inter postrema si-
gna erit, modestia in conscientias cū rogatione et adhorta-
tiōe cōiuncta. Et talem se hic Apostolus cognosci uult,
& 2. ad Corinth. 1. Ego nero testem inuoco Deū in ani-
mam meam, quòd parcens uobis, nondū uenerim Corin-
thum

thum, non quòd dominemur uobis nomine fidei, sed ad iutores simus gaudij uestri, nam fide statis.

Cæterum.

Trāsitio. Fratris uocabulo se insinuat Apostolus Theſſalonicenſibus, ut facilius eis persuadeat, quod uult.

Rogamus & adhortamur.

Non imperamus pro imperio &c.

In Domino Iesu.

In rebus domini, non pro priuata autoritate, non in nostris traditionibus. Approbatio uocationis seu autoritatis Pauli.

Vt quemadmodum.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus porrò aperit, ad quid roget et adhortetur Apostolus suos Theſſalonicenſes, nimirum ad nouam uitam instituendam Christianis hominibus et Euangelio dignam. Sed quia post unum aut alterum bonũ opus non statim morimur, præterea quia uita Christiana non consistit in uno aut altero opere, tandem quia nõ simul & semel perfecta uita Christiana cõtingit, quare uult Apostolus secundo hoc loco, ut à die in diem magis ac magis in Christiana uita excrescamus et abundemus.

Cæterũ ut habeant Theſſalonicenſes inuitatoriã causam ad nouam uitam formandam, atq; adeo sic nos oēs Christiani, dicit nos placere deo, quãdo ambulamus, sicut oportet. Quis ergo nõ libenter operabitur bene, qui scit se deo suis operibus placere? E contra, qui nõ statuit se ui

IN EPIST. DOMINICA

ra Christiana placere deo, sicut statueri non possunt, qui fide non apprehenderunt Christum, neque acceperunt spiritum sanctum, illi perpetuo etiam si aliquid boni operentur, in summa molestia illud operabuntur.

Accepistis a nobis.

Instituti estis, tam in doctrina quam in uitae moribus.

Ambulare.

Et doctrina et in uitae moribus.

Et placere Deo.

Inuitatoria causa ad bene operandum, ut sciamus nos bene ambulando placere Deo.

Ut abundetis magis.

A die in diem excrescatis, et in cognitione dei et in alijs bonis operibus.

Scitis enim quae praecipia.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus docet exemplo Pauli ueros praedicatorum diligenter discernere inter praecipia Dei et suas traditiones, quas pro utilitate Ecclesiae in rebus aeternis tradunt, ut uel oia cum decoro fiat et ordine: deinde, ut indocta plebecula ad ueram et internam pietatem promouetur. Et sic discernere inter traditiones humanas et praecipia dei, familiarissimum est Paulo, ne pro uerbo dei prostiuere uideatur, suum quod est adiuuentum. Et ut aliquot exempla adducam, praeter id, quod in hoc tertio loco occurrit. Priore ad Corinth. 7. inquit: Ne frauda

detis uos inuicem, nisi si quid ex consensu, pro tempore, ut uacetis ieiunio & deprecationi &c. Hoc autem dico iuxta indulgentiã, non iuxta præceptum. Et paulo post: At coniugatis præcipio nõ ego imò dominus: Vxor à uero ne separetur, &c. Et paulo post: Reliquis autem ego dico, non Dñs. Si quis frater uxorem fidelem habet &c. Et paulo post. De uirginibus autẽ præceptũ domini nõ habeo &c. Non ergo phibet hic locus tertius, quòd nõ possint prædicatores pro utilitate Ecclesiæ, ordinare quædam. Sic enim Apostolus ordinauit priore ad Corinthios II. Ne mulieres nudis capitibus orent aut prophætent. Alibi alia. Verum monet hic locus tertius, ut discernamus, exemplo Pauli, inter præcepta dei & humanas traditiones. Præcepta dei ad uerum dei cultũ pertinet, nec possunt sine peccato mortali omitti. Humanæ traditiones & ordinationes, nõ sunt pars ueri dei cultus, et sunt indifferentes, quæ pro utilitate Ecclesiæ & circumstantijs omitti possunt, uariari, mutari, augeri, minui etc. Quod discriminẽ si seruassent nostri antecessores, nunquẽ uentũ fuisset, quòd traditiones humanas pro ipso Dei præcepto tenuissent.

Dederim uobis .

Annunciarim & prædicarim.

Per dominum Iesum .

In præcepto & uerbo Iesu domini, non pro priuata authoritate priuata præcepta.

Hec

IN EPIST. DOMINICA

Hæc enim uoluntas Dei est.

EXPLICATIO III. LOCI.

ET quartus locus incitatoria causa est ad nouam
Christianam uitam, idq; à uoluntate dei. Nam id
noua uita ac Christiana est instituenda, quia hæc uolunt
dei est, & quia scimus nos bene operando ac uiuendo
ne uolam dei uoluntatem exequi. Qui hanc nouam cau
sam, non possunt non rapi ad Christianam uitam festina
dam. E contra, qui ignorant, non possunt non ad malam
uitam libentius declinare, q̄ ad bonam, quia nesciunt
Dei uoluntatem facere bene operando.

Hæc enim est uoluntas Dei.

Ætiologia à uoluntate dei, quur sit noua ac Christia
ana uita instituenda.

Sanctificatio uestri.

Vt sancta opera operemini, & uitam sanctam. Al
dit ad causam efficientem nostra opera & uitam nostram
ea est Spiritus sanctus, qui sanctificat nos ad opera sancta
& uitam sanctam.

Commendantur hic supra modum bona opera à sua
dignitate. Vocantur enim sanctificatio, non quia per se
sunt sanctificatio, sed quia à Spiritu sancto sanctificatore
proficiscuntur, & sanctificantur in nobis.

Vt abstinence.

Distribuit sanctificationem in specialia opera.

A fornicatione.

Nota quāto uicio adhuc laborarint Theſſalonicēſes,
quorum fidem & charitatem ita mirificè extulit cap. 1.
A contrario hortatur ad coniugium ſanctum.

Vas ſuum poſſidere.

Hebraiſmus, id eſt, corpus ſuum. Idem hic uult Pau-
lus, quod autor epiſtolæ ad Hebræ. 13. Vt ſic ambulent
Theſſalonicenſes quò honorabile coniugium & cubile
impollutum caſtodiant.

Non in paſſione deſiderij.

In praua concupiſcentia & impuris adfectibus, Ad
Corinth. 1. epiſto. cap. 7. Super eſt, ut qui habent uxores,
ſint tanquam nō habeant. Uxores hic non prohibentur,
ſed cōcupiſcentiæ prauæ & impuri adfectus, ſicut ad Ro-
manos 13. Edere & bibere non prohibet Apoſtolus, ue-
rum carnis curam facere ad deſideria uetat.

Sicut & gentes quæ ignorāt Deum.

Non ita ſciunt ſicut nos. Quanquam lege naturæ de-
um non ignorent, ſed imperfectè.

Et ne quis ſupergrediatur.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus dehortatur Theſſalonicēſes à cir-
cūuentione pximi & fraudibus in proximum,
idq; à deo uindice omnis iniuſtiæ, qui decipi nō poſteſt.
Vocat enim hic Apoſtolus circumuenire, tecto dolo, im-
poſtura, et ſub pallio deſraudare, id qd' in græcis eſt πλε-
ονεκτην. A cōtrario adhortatur hic quintus locus Theſ-
ſalo

IN EPIST. DOMINICA

salonicenses ad iustā et aptam operationē cū pximo: quia
Deus retributor est omnis iusticiæ & operū bonorum.
Supergrediatur.

Scilicet ea quæ docui uos, & præcepi uobis per Do-
minum Iesum.

Nec circumueniat.

Tecto dolo, impostura et fraude specie recti obpalliat.

In negotio. Quocunq; etiam.

Quoniam uindex.

Ætiologia à uindice Deo, ne circumueniamus fra-
trem in ullo negotio.

Et testificati sumus.

Scrio admonuimus.

Non enim uocauit.

EXPLICATIO VI. LOCĪ.

Sextus locus, continet incitatoriam causam ad bona
Opera, à fine uocationis nostræ seu iustificationis.
Vocati enim sumus ad Euangelium, in regnum Christi
ad iusticiam, uitā æternam, & ad omnia Christi heredi-
taria bona, ut bene operemur & sanctè ambulemus, si-
cut decet ueros Euangelij confessores, & regni Christi
iusticie, uitæ æternæ & omnium hereditariorum bo-
norum Christi participes. In hoc & iustificati sumus, ut
nouam uitā auspicemur dignam Euangelio et Euāgelij
professoribus. De hoc finali uocationis seu iustificatio-
nis usu, multis disputat, ad Ro. 6. 7. & 8. Ad Col. 3. Et
ad

ad Ephesios cap. 2. Figmentum Dei sumus, conditi ad bona opera &c.

Ad immundiciam.

Ut impuris adfectibus & pravis concupiscentijs studeamus, & uiuamus, illisq; honorabile & impollutum coniugium descedemus.

Sed ad sanctificationem.

Ut sanctè ambuletis, uitam sanctam instituatis, honorabile & impollutum coniugium pravis concupiscentijs & impuris adfectibus nō descedetis. Finē hic uides uocationis & iustificationis nostræ, ipsam sanctificationem.

Itaq; qui hæc spernit.

EXPLICATIO VII. LOCI.

SEPTIMUS locus proponit cōmendationem prædicatorum à sua dignitate, quæ omnium maxima est, nē mirum quæ se extendit ad ipsum deum, quòd cōtempores prædicatorum præcipientium & docentium ea, quæ dei sunt, nō minus peccāt, ac si in deum ipsum peccarēt, nō q; tantā prædicatores ex se dignitatē habeam, sed respectu officij, ministerij & legationis, qua utuntur prædicatores noiē dei, quē admodū et infimæ fortunæ hoīes legati regales propter regē suscipiūtur, & in honore habētur. Vult ergo hic septimus locus, ut præstemus obsequiū prædicatoribus, piē & docentibus, & ea, quæ ad Christianā uitā spectāt præcipiētibus. Verissimū hoc est quòd prædicatores sint testacea uasa .i. infirmæ & contemptæ

IN EPIST. DOMINICA

temptæ personæ coram mundo: at magni sunt homines
respectu officij & Dei, cui suo officio seruiunt.

Et hæc prædicatorum commendatio à sua dignitate
bene est fundata in scriptura. Ioan. 13. Qui uos audit, me
audit. Matth. 10. Qui recipit uos, me recipit. Et 1. Regum
cap. 8. inquit Dominus ad Samuelem: Non enim
abiecerunt, sed me &c.

Refert et hic agere de obsequio, quod debent Christia-
ni suis prædicatoribus, si quid utile ordinat in ecclesiis
in humanis & externis traditionibus, quo cum decoro et
ordine fiant omnia, non ut inde iustificemur, aut eas uel
similes uerbo, pro certo Dei cultu seruemus.

Qui hæc spernit,

De quibus institui uos, tam in doctrina, quam in uita
moribus.

Qui etiam dedit spiritum suum san-
ctum in uos.

Qui tueatur, defendat & seruet uos, ne prædicatorum
homines contemnatis: à quo uicio non possunt sibi tem-
perare, qui spiritum sanctum non habent: uilitas enim per-
sonarum maxima est.

IN EPISTOLAM PAV-
LI AD EPHESIOS V. DO-
minica Oculi.



Sit & hodierna epistola de bonis
 pibus, sicut et alia totius serè an
 n oës : quare uerò a te ccessores stu
 luerint singulis dñicis dieb, lecti
 onē de bonis operib, ad ordinare,
 alijs diximus: nimirū ne uideren
 tur in Euāge ijs anicalibus de ociosa et mortua fide loq,
 que in miraculis, ut præcipua illorū Euāgeliorum mate
 ria, occurrit. Sed q̄a cpl̄e præcedētes duæ in Dñica inuo
 cauit et Reminiscere lecta, præcipuè hortatæ fuerūt ad
 uitā Christianorū externā: id qd' etiā hodierna facit: un
 de credo Maiores nostros ex singulari quadā industria,
 eiusmodi lectiōes de uita Christianorū externa instituē
 da, hisce dictis Dominicis diebus adsignasse, ut illæ cum
 tempore pœnitentiæ conuenirent. Est enim ieiuniū pars
 seu species pœnitentiæ. Verum esto hæc fuerit occa
 sio prædictarum lectionum de uita externa in melius
 mutanda: at in hoc errarunt ordinatores, quia & uo
 cabulum pœnitentiæ et ieiunij, in nimis angustas septas
 concluderunt. Siquidem per pœnitentiam aliud nihil
 intellexerunt, quàm cessationem ab externis uicijs etiam
 sine cordis dolore: alij desinierunt in hūc modum, quòd
 sit plāctus seu fletus p̄ præteritis malis: præterea adscri
 pserunt pœnitentiam nostris uiribus: qua tamē in re nō
 multum errarunt, si pœnitentiæ definitiones paulo amē
 positæ, pro firmis recipiantur. Nec in diuidenda pœni

IN EPIST. DOMINICA

tentia caruerūt errore: nam eam partiti fuerunt sine uerbo dei, in contritionem confessionem & satisfactionem, quas partes par totum ieiunij tempus, minis sæpe atrocibus, sæpe dulcibus persuasionibus festinarunt. In effectibus pœnitentiæ prorsus egerunt impie. Dixerunt n. pœnitentiam ex opere operato iustificare et cōferre gratiam.

Cæterum longe aliter proponit nobis pœnitentiam scriptura, quæ eam definit ex partibus esse contritionis qua morimur peccatis, & rursum fide in Christum ex peccatis resurgimus ad remissionem peccatorum. Loquitur uero de contritione non ut externo opere, sed de uero pauore & terrore cōscientiæ, quæ semit deū irascentem peccatis. Item loquitur de fide non ut simplici historia noticia, sed de fide adsentiente promissionibus Dei in Christo. Confessionem propter certas utilitates admittit. *αδλυα πορὰν*, satisfactionem autem damnat omnino, nisi per eam intelligas olim publicam in publicis peccatoribus, quam quoq; ut *αδλυα πορὰν* posset ferre scriptura. Causam pœnitentiæ nō facit uires nostras: uerum spiritum sanctum & uerbum. De effectibus illius sic loquitur scriptura, q. dicat eos sequi propter fidem alteram in pœnitentia partem. Sequitur itaq; remissio peccatorum pœnitentes, non ex opere operato, sed propter fidem apprehendentem Christum.

Ad eundem modū & turpiter errarunt in ieiunij uocabulo: ieiunium nanque species pœnitentiæ, etiam de

externo opere tantum intellectum, non per se cogit, pœnitentiam ut suum genus, nihil esse aliud quàm cessatio nē ab externis operibus: sic enim ratiocinati fuerū. Ieiunium est res externa: ergo & pœnitentia tantum respicit ad uitæ exterioris mutationem. Ieiunium est abstinentia à cibo. Ergo adducamus lectiones huic de ieiunio temporali conuenientes, quæ monent ab externis uicijs abstinendum esse, & ab illis pœnitentiam agendum.

Intentio sic cogitantium nostrorum antecessorū per se non fuit mala: licet sine uerbo dei impia, neq; ad apostolorum rectè intellecta scripta, formata, qui suas epistolas non in hoc scripserunt, nec ita, quod docerent pœnitentiam esse tantum cessationem ab externis uicijs, nec ieiunij mentionem fecerunt, ut inde ostenderent propter abstemiū à nostris antecessoribus adinuentū tempus, & pœnitentiā genus tantū intelligi debere de uiciorum externorū immutatione. Quid ergo pœnitentia sit ex interis scriptis Apostolorū discendum est, nō ex una aut altera auulsa lectione. Paulus in hodierna epistola docet quidem de externis uicijs uitandis: ut puta de fornicatione, de immūdicia, de auaricia, de turpitudine, de stultiloquio &c. at in præcedenti cap. 4. locutus est de internis ac prauis affectibus. Vult igitur Paulus Ephesios pœnitentiā agere nō sicuti theologastri nostri docuerūt ut tantū uitā externā in melius mutant: sed ut aīos puros et uitā purā habeant. Et sic pœnitentiā agere facile pmitto ad

IN EPIST. DOMINICA

ieiunij nostri tempus, tanquam ad occasionem lectionū de externis bonis operibus referri, aliās iniuria fit Apostolis, ex quibus lectiones transcriptæ sunt.

SUMMARI LOC.

- 1 Tum uerè diligimus proximum, quando in diligendo deum imitamur, & idem adfecti sumus ut Deus.
- 2 Diligendus est proximus, quia Christus dilexit nos, nec solum simpliciter aut humano more diligendus est, sed sicut nos dilexit Christus, adeò q̄ non dubitemus in tempore necessitatis pro salute proximi etiam uitā in periculum ponere.
- 3 Christus dupliciter in scriptura nobis pponitur exemplum imitandū, & hostia pro peccatis deo gratissima.
- 4 Adeò Christiani ab oībus externis uicijs alieni esse debent, ut illa ne nominentur quidem inter eos, & ne quid interim agant, queri possint, gratiarum actioni debent studiosi esse.
- 5 Mundus securè uersatur in oībus uicijs nihil sollicitus de dei uindicta in uicia, at Christiani intelligentes esse debent, & expendere quantum iudicium expectandū sit illis et hic et in futuro sæculo, qui uicia sequuntur, nā tales neq; hic neq; illic hereditatem regni Christi nec habent, nec habebunt.
- 6 Quia magna uis inest inanibus & persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis apud simplices, igitur cauendum est simplicibus, ne illis seducantur, uel ideo etiā quia
ira

ira dei uenit in seductos & diffidentes de ueritate propter inania uerba.

Estote ergo.

EXPLICATIO I. LOCI.

IN fine præcedentis capitis cœpit Apostolus adhortationem ad charitatem, et opera eius, ab exēplo Dei patris, iam in primo hoc loco nunc urget ut imitatores Dei simus. Proponitur uerò Deus imitāndus nobis in charitatis operibus exercendis, non ut tantū sciamus Deū in charitatis exercitio imitandū esse, sed ut etiam certā charitatis formam à Deo petamus, nā nos natura non possumus uerè diligere, qui inter diligendum respectum circumstantiarum habemus, diligentes amicos, inimicos uero odio prosequentes. Vult itaq; Apostolus in primo hoc loco nos similiter adfectos esse, cū Deo qui & suos inimicos diligit, sinit solem suum oriri super malos ac bonos, qui remittit nobis in Christo peccata, non ut rursus eorū remiscatur, qui nō certis personis remittit, qui in remittendo nullam agit circumstantiarum delectum, qui non remittit, ut aliquādo exprobret &c. Quæ omnia in deo imitari, est exemplo dei uerè diligere proximum. Pertinent huc similes loci de forma ueræ dilectionis. Matt. 5. Diligite inimicos uestros &c. Orate pro his, qui lædūt & insectātur uos, ut sitis filij patris uestri, qui est in cœlis, quia solem suum exoriri sinit super malos ac bonos. Luc. 6. Estote ergo misericordes, sicut & pater uester

IN EPIST. DOMINICA

misericors est.

Estote ergo.

Urget adhortationem ab exemplo Dei.

Imitatores Dei.

Qui in exercenda charitate non habet respectum circumstantiarum.

Sicut filij charissimi.

Ab honesto seu decoro. Honestum enim est & decorum, filios Charissimos sequi patrem.

Et ambulate in dilectione.

Proposito rei, in qua imitari debent Ephesij Deum.

Sicut & Christus.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus inuitat nos ad dilectionem proximi ab exemplo Christi, qui quia nos dilexit, ergo & nos proximum diligere debemus. Sed dū audimus exēplo Christi proximum diligendum esse, statim putamus id ei esse rem facilem, & in uiribus nostris. At diligere proximum exemplo Christi, non est obiter tātum eum diligere, sed est eum corde diligere, & in necessitate pro salute proximi etiam ipsam uitam ponere in discrimen.

Docet ergo & hic locus nos de uera forma diligendi proximum ab exemplo Christi petita, qui cum nec ipse inter diligendum nos ullum circumstantiarū respectum habuerit. Quare & à nobis proximus diligi debet sine circumstantiarum delectu.

Sicut & Christus,

Aduerbium sicut monet de forma dilectionis uere.

Et

Et tradidit.

Descriptio feruentissimæ & uehementissimæ chari-
tatis in Christo.

Oblationem.

EXPLICATIO III. LOCI.

HÆc de oblatione & hostia obiter inseruit Apo-
stolus, nec tamen sine causa, ut ostendat Christū
non solum exemplum imitandi nobis proponi, sed et ali-
ud quippiam maius, uidelicet oblationem et hostiam pro
peccatis nostris. Vnde nūc tertius hic locus profert qui
docet scripturā dupliciter nobis proponere Christum.
Primum ut oblationem & hostiam pro peccatis nostris:
Deinde, ut exemplum imitandi tam in doctrina, quam in
uitæ moribus. Ad prius referri debent loci scripturæ,
qui Christum saluatorem & satisfactorē pro peccatis
proponunt. Ad posterius, qui eū statuunt nobis exēplum
imitandi. Posteriore Petri. 2. Quoniā & Christus adfli-
ctus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut in se-
queremini uestigia eius, qui peccatum non fecerat, nec in-
uentus est dolus in ore eius, qui cū maledictis incessere-
tur, nō remaledixit, cū maior adficeretur, nō minabatur.

Oblationem & hostiam.

Propiciatoriā pro peccatis totius mundi ueram, et
in æternum durantem. ad Heb. 9 & 10.

In odorem suauitatis

In acceptum sacrificiū Deo. Respexit Paulus in locū

IN EPIST. DOMINICA

Gene. 8. Vbi legitur: Odoratusq; est dñs, odorem suauitatis, id est talem odorem, q; placuit deo bene. Videtur quoq; alluisse ad fumos seu odores sacrificiorum ueteris Testamenti ad cœlum ascendentes.

Fornicatio autem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus requirit in Ephesijs uitam honestam & mundam, hoc est, & uerbis & factis puram. Quas duas formales causas honestæ uitæ sic intellige, quòd Christiani non solum ab externis uicijs, de facto alieni esse debent, sed ne uerbis quidē in illis lasciuient, sicut quidā dū uel à facto se abstinent, tamen iucundū esse ducunt lasciuire in uerbis. Verū ne Ephesij objicerēt: Quid ergo agere interim debemus? num semper uersari in ocio? Respondet Apostolus: Grati esse debetis & gratiarum actionis studiosi. Referrī autem debent ad gratiarum actiones, magnificere uerbū, illud diligenter exercere, pro illo gratias agere, & similia præstare, quem admodum & sequetur in hoc capite. Sed impleamini spiritu, loquentes uobismetipsis per psalmos & hymnos, et cantiones spirituales, canentes & psallemes in corde uostro domino, gratias agentes semper de omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi.

Fornicatio autem.

Vicium contra tertium præceptum secundæ tabulæ.
Fornicatio genus est multarum specierum.

Immunit

Immundicia.

Ακαεταρσία propriè ea immundicia est, quæ in proprium corpus peccat, et illud immundum reddit, sicut ea uoce uicitur Paulus ad Rom. 1. Auaricia.

Πλεονεξία adfectio animi, circumscribendi auida, et plus habendi acquirendiue cupiditas.

Nec nominetur inter uos.

Vt uerbis uos tulletis, quanquam à factis alieni, uel non nominetur inter uos, id est, non sit frequens & publica inter uos, non sit in usu &c.

Sicut decet sanctos.

Per spiritum sanctum ad sanctam uitam sanctificatos.

Aut turpitude.

Quæ sequuntur uicia ad linguæ sanctimoniam & puritatem pertinent. Turpitude est hic turpium uerborum obscenorum & impudicorum.

Stultiloquium est ineptitudo inter loquendum, seu quicquid est inutile ad ædificationem. Scurrilitas in Græco εὐτραπελία, quæ aliàs comitatem & urbanitatem sonat, hic uero accipitur pro adfectata urbanitate, quæ quis adfectat uideri & audiri urbanus.

Sed magis gratiarum actio.

Glorificatio uerbi, magnificatio gratitudo p uerbo etc.

Hoc enim scitote intelligentes.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus addit cōminationem in eos, qui dictis

IN EPIST. DOMINICA

uicijs præditi sunt, sumptam ab exc'usione seu priuatione regni Dei, q, possidere neq; hic possunt, neq; possidebunt post hanc uitam, qui prædictis uicijs laborant. De terret igitur Apostolus hoc loco quinto Ephesios à nũc dictis uicijs, & ad contrarias uirtutes hortatur. Nec idem sequitur ex hoc loco. Fornicatores non habebunt partem in regno Christi, ergo casti propter suam castitatem hæreditatem habebunt. Alia enim res est, hæreditatem regni Christi sequi propter castitatem. Similis est locus priore ad Corinth. 6.

Mundus hæc uicia, qualia sunt: fornicatio, auaricia etc. aut non iudicat pro peccatis, aut non pro grauibus. At Apostolus ea adeo exaggerat, q, eorũ participibus neget hæreditatem in regno Christi & dei.

Intelligentes.

Non sic iudicantes de uicijs, ut mundus,

Aut immundus.

Qui libidine quadam in proprium peccat corpus.

Nam Apostolus ad Rom. i. subijcit immundiciæ speciem ignominiosam corporis adfectionem.

Aut auarus, qui est idolorum cultor.

Qui ponit diuitias Deum suum.

Non habet hæreditatem in regno

Christi & dei.

Nõ est in regno Christi, quatũuis interim gloriatur se in regno Christi esse. Regnũ Christi dicitur, q, Christũ autorem

autorem & datorē habet. Regnum dei dicitur, quia deo autore cœpit illud Christus, qui & propter hoc à Deo patre in terram missus.

Nemo uos seducat .

EXPLICATIO VI. LOCI.

Sextus locus cautionem iniungit Ephesijs, ne sināt se decipi & seduci à ueritate inanis uerbis, hoc est, persuasibilibus humanæ sapientiæ sermonibus, qui propter turgida, inflata, prægnantia et sesquipedalia uerba nullos non aureos promittunt montes, cum tamen postea non nisi ridiculos mures, quemadmodū poeta dixit, progignant. Et sicut hic Apostolus ea uerba inania uocat.

Addit præterea diuinā pœnā hic sextus locus, eis, qui sinunt se à ueritate abduci propter inania uerba, quorum finis est, ut per illa simplices animi à ueritate abstrahantur, & diffidere de ueritate incipiant.

Inanibus uerbis.

Quæ prima facie nihil non magni promittunt, sed nihil minus præstant. Apostolus in duabus epistolis ad Corinthios separat se à falsis prophetis, quia dicit se non locutum in eminentia sermonis.

Propter hæc enim.

Ætiologia qua exaggerat peccatum, quod est in uerbis inanibus, sumpta à uindicta dei. Inania uerba quoque dici possunt quæ nihil faciunt ad ædificationem.

In filios diffidentiae .

Qui de ueritate propter inania uerba diffidunt.

IN EPISTOLAM PAV

LI. AD GAL. III. DO

minica Letare.



Odierna epistola ex allegoria constat, id est, ex figura quædam à communi loquendi ratione aliena, allegorica talis enim est figura quæ aliud sensu aliud uerbis intelligitur: communis uero loquendi ratio sensum ex uerbis colligit, & uerba uti sonant, intelligit: id quod hic Apostolus non facit: quare hæc epistola allegoria est, qua intelligit per duos Abrahamæ filios Paulus, duo testamenta: alterum in monte Syna in seruitutem generans, datum: alterum quod ex Hierusalem processit & liberos efficit. Verum ut uulgi auditorum uerbi intelligat usum aliquem esse allegoriarum in scriptura, placet aliquot exempla addere ex Euangelistis, quæ ad allegoriã uocari possunt. Matt 14. legitur Christus miraculose duob. piscib. et quinq; panib. fere quinque mille saturasse. quod miraculum uti descriptum est à Mattheo in hunc modum sequentem, ad allegoriam accommodari potest.

Quinq; panes & duo pisces allegoricôs significant uerbum, ut occasionem tantum paruã ad saturandũ tot uerbi auditores. At Christus uerbum benedicit, id est red dit efficax, dum addit illi incrementum, ut tamen omnes saturarentur.

saturentur uerbo, partitur quoq; Christus uerbū, & dat
 prædicatoribus, prout uidetur auditorum ratio posce-
 re, & quia Christus partitur uerbum prædicatoribus,
 igitur feliciter illud prædicant, ut inde conscientia reso-
 cillentur & saturentur. Matth. 6. ait Christus lucernam
 corporis oculum esse, & si oculus simplex fuerit, totum
 corpus lucidum esse, quod si oculus uerò malus fuerit, to-
 tum corpus tenebrososum fieri, quibus uerbis Christus
 per allegoriam uoluit significare, ipsissimum & optimū
 iudicium in homine, nisi per uerbum illuminetur, ipsam
 ignorantiam & cœcitatē esse.

Mat. 7. allegoricōs intelligit Christus per uuas & fru-
 ctus dulcissimos pro cōscientia fructus ex sincero et pu-
 ro uerbo, à sinceris & ueris prædicatoribus, pacē tran-
 quillitatem, & gaudium. Per spinas & tribulos contra-
 rios pro conscientia fructus, in tranquillitatem, tristitiā
 & irrequietudinem.

Ibidem per putrem arborem intelligit impurum uer-
 bum et impuri uerbi prædicatorēs: per bonam arborem
 uerbum purum, & puri uerbi prædicatorēs. Ex his &
 similibus exēplis, certi nunc sumus allegorias subinde in
 scriptura occurrere. Sed refert hic scire & periculū al-
 legoriarum, ne quis allegorizandi studio nimium adficia-
 tur, nam ut allegorizare licet, ita non omnibus datū est
 feliciter allegorizare. Siquidem Tertullianus & Orige-
 nes alioqui magni nominis Theologi, in nullas nō malas
 suspicō-

IN EPIST. DOMINICA.

suspiciones propter frequens allegorizanti studium inciderunt. Nostri Scholastici suis allegorijs ferè totam ueritatem euerterunt, & scripturam ceu in nouam faciem transmutarunt. Quidã adeò assueti allegorijs, quas erubras audiuerunt de suggestu ab hominibus superioris seculi, calumniantur nos hodie qui eandẽ operã in allegorijs & fingendis & refingendis non ponimus: at illi non perpendunt satis periculi grauitatẽ, & necessitatem facti re student, ubi est nulla, ut taceã de usu prope modũ ex allegorijs nullo. Nam quando agendum est in temptatione cum Satana, non sinit ille se uinci allegorijs: tum magis prodest unam certam ac simplicem ex uerbo sententiam in promptu habere, quã decem millia allego-
arum.

OBIECTIO.

Si nullus est allego-
riarũ usus, cur ergo Ap-
t-
lus sic alle-
gorizauit: et cur pleriq; in scriptura loci occurrunt, qui
non possunt etiam rectè absq; allegoria intelligi.

RESPONSIO.

Apostolus non è suo cerebro fingit allegorias, sed eas
p-
ducit ex uerbo, et uerbi autoritate confirmat atq; mu-
nit, qd' si fit, tũ pbant aliquid allegorie in cõscientijs, &
magnus illarũ est usus. Sic etiã allegorici scripturæ loci,
allegoria aliqua illustrati, certi aliquid pbant in consci-
entijs & usus illarum non contemnendus est, quando ex
uerbo ratificantur & confirmantur.

Docet itaq; Apostolus suo exẽplo tria. Primiũ quod
allego

allegorizare liceat. Secūdo, quomodo liceat: tertio, quatenus. Tū enim bene allegorizatur, et eatenus licet, quatenus allegoriæ ex uerbo procedunt, scriptura mununtur, et ad fidem ac legem accommodantur, non ad priuatas cogitationes, aut ad humanas speculationes, aut ad diuorum commendationes. Postea tales allegoriæ idem præbent in cōscientijs, quod ipsum uerbum, et delectant eiam quàm plurimum. Sic non admodum adficit miraculum Matthæi 14. de quinq; panibus & duobus piscibus: Adficit uero multum, si miraculi uerbi & circumstantias ad Euangelium & legem transfuleris per allegoriam.

SUMMARI LOC.

- 1 Inherere legi ut rei ad iusticiam necessariæ profundissime inheret in omnium hominum animis, adeò quòd homines, exemplo Galatarum uelint sub lege esse, & lege iustificari.
- 2 Veri sunt hæredes & filij dei, qui secundum promissionem in Isaac sunt filij Abrahamæ nõ qui secundū carnem sunt filij Abrahamæ ex Ismaël.
- 3 Euangelicæ libertati non conuenit cum legalis seruitute, sicut nec Isaac & Ismaëli conueniebat. Disconuenientiæ causa est inflatio ex operibus seu primogenitura contracta.

Dicite mihi.

EXPLICATIO I. LOC.

Primus locus in exemplo Galatarum ostendit nobis,
omni

IN EPIST. DOMINICA

omnibus profundissime inherere opinionem de lege, ut
 necessaria causa ad iusticiam, nã Galatæ à Paulo fidelissi-
 me instituti de gratuita iusticia ex fide eã imputati uè im-
 peirame, tamen nõ potuerunt diu in ueritate subsistere,
 quin denuo festinarent ad legẽ ut necessariam ad iustifica-
 tionem causam. Quare & exclamat Apostolus in ter-
 tio cap. O amentes Galatæ, quis uos fascino non obe-
 dire ueritati? quibus ob oculos Christus Iesus prescriptus
 est, quòd sit in uobis crucifixus. Et cum hæc opinio de le-
 ge ut necessaria causa ad iustificationẽ, ita inhereret ho-
 minum animis, non est mirum q̄ nos & antecessores
 nostri à gratuita iusticia per fidẽ reciderimus ad opera
 legis, nec mirum est, multos ex nobis adhuc in legali ope-
 rum iusticia hærerẽ, nec mirũ est, quòd quidam ex no-
 bis denuo ad operum iusticiam redeant. Nam tanta est o-
 perum legis aestimatio, exemplo Galatarũ, in nostris ani-
 mis, q̄ uelimus sub lege esse, & lege iustificari.

Sed obsecro quæ tanti mali et inconstantiæ tantæ cau-
 sa est? Respondeo: Ea est ipsa ratio, quæ non uidet neq̄
 cernit aliam iusticiam, quàm illam, quæ est ex operibus.
 Porrò cum ratio optimum in homine donũ sit, semper
 que deprecetur ad optima. Aristotele teste, nõ potest non
 in cordatis & sapiẽtibus hominibus, ipsa uoluntas in ta-
 li negocio, rationi obtemperare: Vnde & ualde timeo,
 imò pro certo statuo, nisi dominus multorum corda, qui
 nunc gratuitam iusticiam credunt, seruauerit, quin sen-
 sint

sim ac sensim ad operum iusticiam deflectēt. At nihil hic mirum accidet, cum idem Christianis Galatis accidere potuit.

Dicite mihi.

Quaestio est ab inconuenienti & absurdo. Est enim absurdum & inconueniens uelle sub lege esse, & non au-
dire legem.

Qui sub lege uultis esse.

Id est, qui legem ut necessariam ad iusticiam causam
requiritis &c.

Scriptum est enim.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus continet scriptum ex 12. cap. Gene-
seos, de duobus filijs Abrahæ, quorum alter natus
fuit ex Agar ancilla, ex permissioe cōcubinat us Saræ le-
gitimæ uxoris: alter natus ex Sara secundum promissio-
nem, qua erant benedicendæ in semine Abrahæ cū et æge-
nerationes terræ. Illud scriptum per allegoriã intelligit
Apostolus de duobus Testamentis, ueteri ac nouo, seu de
duplici populo, legali & Euangelico. Et est summa hu-
ius allegoriæ, ueros esse hæredes bonorum Dei, & ueros
dei filios, iustos uerè & liberos, qui promissioni Abrahæ
in Isaac credunt. E contra non ueros esse hæredes bono-
rum Dei, nec filios dei ueros, nec iustos, nec liberos, qui
Abrahæ sunt filij secundum Ismaël. Quibus omnibus cō-
ditionem utriusq; Testamenti uult Paulus exprimere, in
hoc, ut ostendat legem nunquam iustificare potuisse, nec

IN EPIST. DOMINICA

etiam nunc iustificare, quia perpetuò in seruitute generat
 aut filios, et adhuc generat: Euangelium uero iustificati
 onem & liberationem adferre, & iustos ac liberos filios
 ad hereditatem certam efficere.

Sic ergo scire placet, quid sit lex, et quid possit, ex hoc
 secundo loco potest licet. Item, quid euangeliū sit et pos
 sit. Lex est doctrina in monte Syna data, in seruitutem
 generans. E contra, Euangelium est doctrina ex Hierusa
 lem profecta, annuncians uerè liberos, et efficiens here
 des dei. Officiū legis propriū est, generare filios in ser
 uitudē, hoc est cogere, urgere, uexare, molestare suos sub
 ditos; non aliter atq; seruos ac captiua mancipia, nec ac
 cusando, nunc terrendo, nunc damnando, donec per Eu
 angelium emancipentur, & liberi reddantur. Iuxta illud:
 Lex pædagogus usq; ad Christū. Officiū Euangelij est,
 liberare. Nam Euangelium est doctrina, que promittit
 liberationem & reconciliationem cū Deo patre in Chri
 sto. Docet autem Euangeliū de liberatione in hunc mo
 dum: Lex inquit: Hæc fac & uiues. A contrario ait Eua
 gelium: Crede in Christum resum, & uiue, non requirit
 Eua gelium hæc aut illa opera, ut iustificeris, sed solā in
 Christo fidē. Est enim hæc uera Euangelica libertas, cre
 dere nos esse reconciliatos deo patri propter Christum,
 etsi etiam non satis faciamus legi.

FORMA Allegoriæ huius.

Abraham pater delegator est.

Ismael

Ismaël filius Abrahamæ secundum carnē, significat legē at
legoricē & totum Iudaicum populum secundum carnē.

Synalocus est datæ legis, sicut & Agar mater

Ismaëlis.

Seruitus, legis & legalis populi proprietas est.

Abraham pater delegator est.

Isaac filius promissionis, hic significat Euangelium,
seu Christum, quem Euangelium promittit, item totum
sub Euangelio populum.

Hierusalem libera est mater, cui Euangelium est pro
missum, & è qua Euangelium prodijt.

Libertas hereditas est Euangelij, Christi & Christia
ni populi. Ad Romanos 4. Idcirco ex fide datur heredi-
tatis, ut secundum gratiam, ut firma sit promissio uni-
uerso semini & c.

Scriptum est enim.

Narratio scripti, è quo postea petit argumenta ab ex-
emplo & c.

Vnum de ancilla.

Notat seruitutem legalem.

Et unum de libera.

Notat libertatem Euangelij.

Secundum carnem natus est

Non ex promissione, sed carnali & humano more sine
ne addita promissione.

Et promissionem.

IN EPIST. DOMINICA

Abrahæ & Saræ factam, Gen. 18. 21.

Quæ sunt per allegoriam dicta.
Qua a iud sensu, aliud uerbis intelligitur.
Hæc enim, Hi Abrahæ duo filij.

Duo Testamenta.

Lex & Euangelium.

Vnum quidem a monte Syna.

Notat legem in monte Syna datam.

In seruitutem generans.

Propriissimum legis officium, imò ipsa legis proprie-
tas. Et qualis olim lex sub Iudaico populo, talis adhuc
hodie est in eos, qui nondum sunt sub Euangelio. Priore
ad Timothe. 1. Iusto non est lex posita, sed iniustus, id est
qui Christum nondum habent, nec sunt sub gratia &c.

Quæ est Agar.

Mater legis ac legalis populi atq; carnalis,

Non in Arabia.

Confirmatio allegoriæ à circumstantia loci.

Qui contiguus est.

Significat cognationem quandam Legis & Euangeli-
lij, idq; propter occasionem tantum, nam lex occasio
pedagogus est usq; ad Christum. Ad Gala. 3.

Quæ nunc & Hierusalem.

Olim Iebus & Salem dictus.

Illam autem quæ sursum est.

Notat Euangelium Hierusalem promissum.

Libera est.

Vocatur

Vocat Euangelium liberum, quia pronunciat nos liberos propter fidem in Christum.

Quæ est mater nostra.

Qui sub Euangelio sumus. Excluditur hic lex ut causa ad libertatem seu iusticiam necessaria.

Sicut scriptum est.

Cōfirmat autoritate scripturæ legali testamento seruitutis successisse Testamentū gratiæ & libertatis. Esaias enim cap. 54. describit Ecclesiam oppressam cruce, sterilem & derelictam, quam consolatur propheta promissione magnæ posteritatis sub Euangelio.

Lætare sterilis.

Quæ uideris sterilis esse. Periphrasis sunt hæc uerba Adflicte ecclesiæ.

Quia.

Ætiologia læticiæ & clamoris à promissione posteritatis sub Euangelio.

Desertæ.

Quæ uisa est deserta.

Quam eius, quæ habet uirum.

Hoc est, ipsius legis tum florentis. Opponit inter se legem & Euangelium, legis & Euangelij populum.

Nos autem fratres.

Accommodatio exempli de Isaac ad omnes credentes.

Sed quomodo tunc.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus longè latèq; disiungit legem & Euangelium, adeò quòd exemplo Ismaelis & Isaac

probet legi cum Euāgelio nihil conuenire, & è contra.
 Occasio uero illius disiuñtiōis nata esse uidetur ex pro-
 dicationis pseudapostolorum, qui aut confundebant legē
 & Euāgelium aut p̄xime coniungebant. Verisimile
 enim est, tū pseudapostolos ita Euāgelio aīquid tribu-
 se, q̄, et legi aliquid tribuerint, quemadmodū adhuc hodie,
 quidam partim operibus legis, partim fidei iustificā-
 tionem tribuunt.

Ostendit uero Apostolus Euāgelio cū lege nihil cō-
 uenire, & quā non conueniat inter illa duo, exemplo
 probat ab Ismaēle & Isaac ducto, quorum ille persequē-
 batur hunc. Monēt & utriusq; rei effectus, quomodo nō
 conueniat Euāgelio cū lege. Illud. n. annunciat libertate-
 tem: hęc seruitutem. Illud consolatur & excusat cōscien-
 tias: hęc accusat & terret. Illud docet nos iustificari p̄-
 pter nulla opera: hęc dicit, hęc & illa fac & uiues.

Notat & hic tertius locus legem occasionem esse per-
 secutionis sub Euāgelio. Id uero sic accidit. Ratio et sa-
 pientes mundi non apprehendunt altam, quā legis iusti-
 ciam, quam cum uident Euāgelio improbari, tanquā eā
 quę coram deo nō ualet pro peccatis, incipiunt mūdi sa-
 pientes persequi Euāgelio addictos, nō aliter aīq; olim
 Ismaēl insectatus est Isaac, postquā uidit se ciectū ex hereditate.
 Simile exemplum, unde occasionem persecutio-
 nis sub Euāgelio colligere licet, habemus et in Iacob &
 Esau. Et fr̄re in Abel & Cain. Et hodie abiectio legis iusta

iusticiæ coram Deo pro peccatis, occasio est persecutio-
nis sub Euangelio.

Qui secundum spiritum erat.

Opponit spiritum carni, in qua Ismaël natus erat.

Ita & nunc.

Cum prædicatur gratuita ex fide iusticia.

Ence ancillam.

Locus scripturæ, quo probatur legales ad heredita-
tem, iusticiam & libertatem Euangelicã non pertinere.

Itaq;

Epilogus huius loci de abrogatione legis & liberta-
te nostra in Christo.

IN EPISTOLAM AV-
TORIS AD HEB. CAP. IX.

Domnica Iudica.

In hodierna epistola qui uiderunt Papistæ mentio-
nem fieri duplici sacrificij propiciatorij, statuerunt
ipsi tertium adijcere. Est uero sacrificium propiciatori-
um in genere, oblatio pro peccatis, reconcilians & pla-
cans iram aut dei aut hominum. Verum ut semel intelli-
gatis usum sacrificiorum propiciatoriorum cum in nouo,
tum in ueteri Testamento. Deinde ut percipiatis sacrifi-
cium à Papistis sacrificium pro peccatis excogitatum es-
se meram fabulam, placet hic methodum propiciatori-
um instituere.

Duo ergo tantum sunt propiciatoria sacrificia. Al-

IN EPIST. DOMINICA

rerum sub Mose fuit, alterum ab ipso Christo oblatum.

DE SACRIFICIO PROPICIATORIO MOSAICO.

Sacrificium propiciatorium Mosaicum fuit oblatio coram politia Mosis, quæ redimebat iusticiam legis, hoc est, ne is, qui peccauerat, excluderetur è republica Mosaica, & fuit typus ueri propiciatorij sacrificij pro peccatis corâ deo. Et sic loquitur de hoc propiciatorio sacrificio hodierna epistola, cum ait: Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat purificans carnē, scilicet carnaliter & corâ carne, seu coram politia Mosis purgans à peccatis homines carnales. Et ante hodiernam epistolam sic inquit autor epistolæ ad Hebræos de Mosaico sacrificio propiciatorio. Hoc significante Spiritus sancto nondum patet factam esse sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo consistente, quæ parabola est præsentis temporis. Nam munera & hostiæ offerebantur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectam facere seruitutem solummodo in cibis, & in potibus, & in uarijs baptismatibus & iusticijs carnis usq; ad tempus correctionis impositis. Sequitur 10. cap. Et omnis quidē sacerdos assistit quotidie sacra peragens & easdem sæpius offerēs hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata etc. Ex quibus locis nunc certum est Mosaica propiciatoria sacrificia peccata expiare non potuisse. Vnde certum est ea tantum redemisse iusticiam legis coram politia Mosis.

O B I E C T I O .

Nullus ergo usus fuit Mosaici propiciatorij sacrificij ad uerum propiciatoriū Christi pro peccatis corā deo ?

R E S P O N S I O .

Mosaicū sacrificiū propiciatoriū typus fuit ueri sacrificij propiciatorij ab ipso Christo pro peccatis offerendi. Quare & in hodierna epistola confert propiciatorium Mosi sacrificiū ut typum, cū uero propiciatorio sacrificio Christi, qd' ut ueritatem longè extollit ultra typum.

D E C A U S I S M O S A I C I S A C R I F I C I J P R O P I C I A T O R I J .

Huius sacrificij Deus autor fuit, qui illud Israël præcepto mandauit, ut eo tanquam typo admoneretur ueri propiciatorij sacrificij, à Christo ex promissione pro peccatis ad reconciliandum Deum offerendi. Moses huius sacrificij promulgator fuit. Summus pontifex oblator.

P A R T E S M O S A I C I S A C R I F I C I J P R O P I C I A T O R I J .

Partes huius sacrificij nullæ sunt, quorum loco sufficit specierum uarietas. Spectant enim ad hoc propiciatorium omnia illa sacrificia, quæ fiebant pro peccatis seu delictis, ut holocaustomata & c. de quibus uide 4. & 5. Leuitici.

E F F E C T U S P R O P I C I A T O R I J M O S A I C I S A C R I F I C I J .

Redimere iusticiam legis.

Reconciliare policia Mosaica & Iudaico populo.

Hi duo effectus certi sunt exemplis illorum, qui illis sacrificijs reconciliati fuerunt reipublicæ Mosaicæ: Item

IN EPIST. DOMINICA

quia autor epistolæ ad Hebræos admit illis expiationem peccatorum, relinquit eis tantum redemptionem iustitiæ legis coram Voluita Mosis.

Sanctificare ad carnis purgationem, Ad Hebr. 9. in hodierna epistola.

Esse typicum ueri propiciatorij sacrificij pro peccatis coram Deo durantis in æternū. Ad Heb. 10. Nam lex umbram obtinens futurorum bonorum &c.

Admonere ut typus Israel de uero sacrificio propiciatorio. DE Sacrificio propiciatorio pro peccatis coram Deo.

Sacrificium propiciatorium pro peccatis coram deo ualens, est opus satisfactorium pro peccatis aliorum, reconcilians peccatores Deo, & placans iram Dei, & durans in æternū sine repetitione: Estq; hæc definitio certa ex hodierna epistola, quæ sic habet. Christus autem assistens pontifex futurorū bonorū, per amplius & perfectius tabernaculū, non manu factū, id est, non huius creationis: neq; per sanguinem hircorū aut uitulorū, sed per propriū sanguinē introiuit semel in sancta, æternā redemptionem inueniens. Et paulo post. Qui scilicet Christus per spiritum æternum semetipsum obtulit immaculatū Deo, emundat conscientiam nostram ab operibus mortuū is ad seruendum Deo uiuere. Et in fine huius capituli sequitur. Et quemadmodum homini constitutum est semel mori, postea a iudiciū erunt et Christus semel oblatu

ad abolenda multorum peccata. Voces. Durans in æternis
 adiecinus contra papistici sacrificij autores, qui æterni-
 tatē durantis sacrificij Christi propiciatorij aut non ui-
 derūt, aut uidere noluerunt: est uero æternitas illius sa-
 crificij Christi bene fundata in scriptura. In hac enim epi-
 stola ait autor: introiuit semel in sancta, æternam redem-
 ptionem inueniēs. Et in fine cap. 9. ita Christus semel ob-
 latus. Ergo non licet sacrificium illud repetere. Et Da-
 uid ait: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem
 Melchisedech: quibus uerbis exprimit Psalmodographus æ-
 ternitatem sacrificij Christi propiciatorij pro peccatis
 durantis in æternum.

C A V S A E propiciatorij sacrificij Chri-
 sti pro peccatis coram Deo.

Causæ huius sacrificij sunt. Deus promissor, & Chri-
 stus pontifex seu oblator huius sacrificij.

P A R T E S propiciatorij sacrificij Chri-
 sti, pro peccatis coram Deo.

Hoc sacrificium nō scinditur in partes. Est enim uni-
 cum sacrificium propiciatorium pro peccatis corā Deo,
 placans iram dei & satisfaciens deo ad perfectam iusti-
 ciam in æternum durantiem. In hodierna epistola. Inro-
 iuit semel in sancta. In fine noni capitis. Na Christus se-
 mel oblatus est.

E F F E C T V S propiciatorij sacrificij
 Christi pro peccatis coram Deo.

IN EPIST. DOMINICA

Hi effectus à commodis profiliunt, quæ nobis hoc sacrificio fuerunt oblata.

Purgare conscientias à mortuis operibus, teste hodierna epistola.

Profligare peccata. Ad Heb. 9. Nunc autem semel sub consummationem seculorum ad profligatiōem peccati per immolationem sui ipsius apparuit.

Abolere peccata, Ad Heb. 9. Ita ut Christus semel oblatus est ad abolenda multorum peccata.

Delere peccata. Esaiæ. 53. Postquam dedit animam suam pro delictis hostiam. Ad Rom. 8. de peccato dānauit peccatū, id est, peccatum deleuit per hostiā. Hebræi enim per peccatum hostiam intelligunt.

Sanctificare credentes. Ioan. 17. Ut sint ipsi sanctificati in ueritate, ideo me sanctifico pro eis.

Hi et similes effectus huc referri possunt mortis Christi.

OBIECTIO.

Et scriptura uocat nos qui credimus in Christū sacerdotes, quæ ergo nostra sacrificia, non ne propiciatoria pro peccatis, aut saltem cōmemoratiua propiciatorij Christi

RESPONSIO.

Propiciatoriū sacrificium unicū tantū est ipsius Christi pro peccatis corā deo, durans pro peccatis in æternū, sicut et inquit hodierna epistola. Introiuit semel in sancta, æternam redemptionem inueniens. Quare nos non dicimur sacerdotes, ut propiciatoria sacrificia offeramus pro

pro peccatis coram Deo, sed dicimur sacerdotes propter sacrificia ἐν χάρις ἰσχυρὰ, quibus honoramus, laudamus et gratias agimus deo pro accepta remissione peccatorum per unicum propiciatorium sacrificium Christi. Ad Ro. 12. Exhibete corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam rationalem cultum uestrum. Priore epistola Petri cap. 2. Sacerdotium sanctum ad offerendum spiriuales hostias, acceptabiles deo per Christum Iesum. Ad Heb. 13. Per ipsum offeramus hostiam laudis semper, fructum labiorum confitentium nomini eius.

DE SACRIFICIO missæ Papistico & fictitio.

Sacrificium missæ est oblatio seu opus, quod offertur deo, applicandum pro alijs uiuis & mortuis, ut mereatur eis remissionem & poenæ & culpæ.

Hæc definitio prorsus blasphema & impia est. Sacramentum enim altaris, non est opus, in quo nos offerimus Deo aliquid, sed in quo Deus nobis offert suam gratiam. Impietas prorsus est præter dei uerbum tribuere sacramentum altaris seu ipsi missæ, quod soli propiciatorio Christi sacrificio conuenit.

CAUSAE papistici sacrificij.

Humana autoritas, & homines uerbi Dei imperitiam occasionem sine dubio præbuit quæstus: quæ nunquam fortassis scolastici inde commoti ad sacrificium missæ uideri possunt, quia in ueteri Testamento agnouerunt fuisse sacræ

IN EPIST. DOMINICA

sacrificia pro peccatis coram Politia Mosis propiciatoria, ergo æquum esse, ut & in nouo Testamēto talia sint sacrificia, maximè cū scriptura nos sacerdotes uocet. Itē quia crediderūt effectus missæ, ueluti remissionem peccatorum reconciliationem cum Deo & c. sine nostris sacrificijs cōtingere non posse. Item, quia legerunt in prophetis Christum introduci passim hostiam pro peccatis, sed non iugiter offerendum, tandem quia alicubi mentio fit iugis sacrificij, uerū ut typici, ad significandum iuge sacrificium Christū, hoc est, iugiter et in æternū duraturū.

PARTES Papistici sacrificij.

Hoc sacrificium & pro personis, & pro rebus applicatur. Hinc missæ pro uiuis & mortuis. Hinc missæ pro fortuatione uini, cereuisiæ, itineris & aliarum quoque rerum.

EFFECTUS Papistici sacrificij.

Mereri ex opere operato spectatoribus remissionem pœnæ & culpæ, cum in hac, tum in futura uita. Et si qui sunt alij.

GENERALIS SVMMMA

hodiernæ epistolæ

Confertur Christus pōtifex, tabernaculū et sacrificiū Christi cū Pōtifice Mosaico tabernaculo & sacrificio.

Speciales summarij loci.

1. Christi sacrificium propiciatorium pro peccatis unicum est & perpetuum.

2 Veteris Testamenti sacrificia propiciatoria redimebant tantū carnis seu legis iusticiam, nō expiabant peccata coram Deo.

3 Ipsa ueritas hoc est, sacrificium propiciatoriū Christi longe potentius & excellentius est typico & Mosaico.

Christus autem.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus id agit, quod paulò antè diximus de sacrificio propiciatorio Christi ualente coram Deo pro peccatis. Duo aut potissimū agit hic locus ostendit illud sacrificium unicū esse et fuisse semper, nec aliud futurum huic simile. Sic Adam fide in hoc sacrificiū futurum et in Christū sacerdotē et oblatores huius sacrificij seruatus fuit. Sic & reliq̄ patres cū sub lege, iū ante datā legē. Sic & hoc sacrificio nos seruamur: durat. n. in perpetuum. Deinde ostendit hoc sacrificiū perpetuū esse et durare pro peccatis hominū semper, iuxta presentis epistolæ uerba: eternam redemptionem inueniens. Et iuxta illud psalmi: Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Damnat uero hic locus primus fictitiū sacrificiū Missæ, unā cum effectibus eius, quasi sit applicatio pro uiuis & mortuis in remissionem culpæ & pœnæ.

Christus autem assistens.

Impleto tempore plenitudinis, quod sibi proposuerat deus in Christo uero pontifice mittendo.

Pontifex futurorum bonorum.

IN EPIST. DOMINICA

Noui Testamenti & Euangelij.

Tabernaculum.

Per ipsum & in ipsum cœlum.

Nec per sanguinem hircorum.

Quo coram politia Mosis expiabantur peccata, ut of-
fensores & peccatores reconciliareretur populo Iudæico.

Sed per proprium sanguinem.

Sacrificium Christi & oïa ad illud pertinentia longè
excellunt Mosaica. Semel.

Vnicum est sacrificium Christi nec iterandum.

Æternam redemptionem inueniens.

Effectus sacrificij Christi et pprietas, non uno aut al-
tero anno duratura, sed in æternum. Vides hic sacrificij
Christi usum æternū. Vbi nūc manet sacrificium missæ

Si enim sanguis hircorum.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secūdus locus paucis nos monet de usu & effectibus
sacrificiorum propiciatoriorū sub ueteri Testamen-
to, quæ non expiabant peccata coram Deo: sed purifica-
bant tantum carnem, id est carnaliter, & carnali more
sanctificabant homines in carne peccatores, ut uicissim
reconciliaremur coram politia Mosis et Israëlitico popu-
lo. De sanguine taurorum & hircorum lege 9. caput
Leuitici, & 16. De cinere uitulæ 19. caput Numeri.

Si enim.

Tribuit Apostolus & legi suam dignitatem.

Iniqui

Iniquitates.

Labe & peccato aliquo corruptos, ut attatura mortuorum. Num. 19.

Sanctificat.

Coram Republica Mosis. Nam & sic legitur Num. 19. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesie.

Purificans autem.

Carnem opponit conscientie, qua Christus suo sacrificio emundat ab operibus mortuis, ad seruitutem Deo.

Quanto magis sanguis Christi.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus pontificem nostrum Christum, et sanguinem eius, quo prestitit sacrificium, longe ultra extollit ultra pontificem Mosaicum, et sanguinem hircorum & taurorum sub ueteri Testamento, quo tantum purificata est caro. Potissimum igitur extollit hic locus pontificem nostrum Christum cum suo sacrificio, ratione effectus, quia Christus suo sacrificio emundauit conscientiam ab operibus mortuis ad seruiendum deo uiuenti, id quod pontifex Mosaicus cum suo sacrificio prestare non potuit.

Qui per spiritum æternum semetipsum obtulit immaculatum Deo.

Id est, qui Spiritus sancto ubique et semper conseruatus fuit et ductus, ne sordibus inquinaretur, nam decuit Christum immaculatum sacrificium, ut maculas nostras tolleret.

IN EPIST. DOMINICA

Emundat conscientiam nostram.

Effectus sacrificij Christi, mundare conscientiam à peccatis coram Deo, & eam pacificare, ut sciamus nos habere placatum deum in Christo, cui & seruire debemus, et cui seruitus nostra placet.

Ad seruiendum Deo.

Hæc monent de finali iustificationis fructu seu emundationi, nõ ut otiose uiuamus, aut nihil boni præstemus, sed ut seruiamus deo uiuenti, hoc est, uitam Deo dignam instituiamus & uiuamus.

IN EPISTOLAM PAULI AD PHILIP. CAP. II.

Dominica Palmarum.

Sine dubio uoluerunt patres nostri præsentem epistolam cum hodierno Euangelio conuenire, nam in hodierno Euangelio propositum est nobis insigne exemplum humilitatis & philanthropiæ Christi, qui in humilimo apparatu hoc Palmarum die Hierosolymam ingressus est, nulla magnifica neque splendida pompa præditus. Epistola idem agit de omnium postrema humiliatione Christi, qui cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est, ut esset æqualis deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quæ Christi

Christi humiliatio in quem obsecro finem contingit? Respondeo: nostra causa, ut nos Christus ad se alliceret, et deiciendo se infra nos, liberaret. Et hac parte etiã apprehendendus est Christus ad salutẽ. Siquidẽ maiestas Christi, ut est ultra humanũ captũ, uia tantũ terret atq; terrore est. Sed quia præsens e pistola insignes locos cõtinet, et aliquot quoq; propter caliginosos hæreticorum oculos perdifficiles, festinabimus eò ocyus ad illorum subiectionem & tractationem.

DE OCCASIONE

hodiernæ epistolæ.

Apostolus in præcedentibus proximè hodiernam epistolam, seriò hortatur Philippenses ad charitatem, à qua ne discedant, aut in qua exercenda ne errent, præscribit certa media, quibus seruetur charitas, ea sunt: Humilitas animi, mutua subiectio, & promotio proximi & rerum eius. Et ne Philippenses ad colendã charitatẽ se satis nũc instructos putent, illis medijs præditi, porrò præsentẽ epistolam monet Paulus de forma ueræ Charitatis, quæ iuxta Christi charitatem effigiata esse debet. Item de uehemẽtia et magnitudine charitatis ueræ, addita simul promissione præmiorũ, quæ charitatẽ exercentib. cõtinet, nimirũ quòd hi aliquãdo exaltabũtur exemplo Christi.

SUMMARI LOCÌ.

Idem charitatis adfectus erga pximũ in nobis esse debet, qui fuit erga nos in Christo. Et monet hic locus de forma charitatis ueræ.

IN EPIST. DOMINICA

2 Christus natura uerus Deus et æqualis cū deo patre nostra causa, et quia nos dilexit, etiam cū adhuc essemus inimici dei, humanitatem accepit, & infirmitatibus hominum se subiecit. Et exprimitur hoc loco magnitudo et uehementia ueræ charitatis, tam Christi, quàm nostræ in proximum &c.

3 Christus humilians se, deiiciens se in infirmitates hominum, et seruiens nobis per charitatē, exaltatus fuit, sic et nos exaltabimur seruentes proximo per charitatem.

Is enim adfectus.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus exemplo Christi hortatur ad charitatem, & proponitur sic Christus exemplum imitandi, quemadmodum & cum proponit Petrus priore epistola cap. 2. Quoniam & Christus adflictus est pro nobis, relinquens nobis exemplū, ut insequeremur uestigia eius, qui peccatū nō fecerat, nec inuentus est dolus in ore illius, qui cum maledictis incessetur, non remale dixit: cum malis adficeretur, non minabatur. Verū hæc uestigia Christi à mundo alienissima sunt, qui maledictis lacessitus, reddit maledicta, q̄ malis adfectus, retribuit mala. Et ut nunc mundus in his & similibus rebus adfectus est, et in his ac similib. nūquā nō recedit à uestigijs Christi, ita et in charitatis operibus exercēdis sentit, quæ pro respectu circumstantiarū exercet: diligit n. amicos, et inimicos odio habet, distribuit suam charitatē pro oportunitate

nitate temporis, & pro ratione loci charitate utitur.

Quare ut Apostolus discerneret inter charitatē mundi, & inter charitatem Christianorum, uoluit suos Philippenses secundum Christum adfectos esse, qui in charitate exercenda erga nos, non respexit personas, imò dilexit nos, cū adhuc essemus inimici, nō dilexit nos pro oportunitate temporis, neq; pro loci ratione.

Monet ergo hic primus locus de forma ueræ charitatis in proximum quæ debet iuxta charitatem Christi effigiata esse, hoc est, quæ in operādo nullas respiciat circūstantias, neq; personarum, neq; temporum, neq; locorū, diligat tam inimicos, quā amicos: tā eos qui psequuntur odio, quā benefactores. Et quemadmodū hic Apostolus Christū in exercēda charitate imitandū pponit, sic alibi deū Patrē exemplū in charitate imitādi ob oculos ponit, ut ad Eph. 5. Estote aut inuicem benigni, misericordes, donātes inuicem, sicut et deus in Christo donauit nobis. Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi.

Et Christus subinde patrem deum imitandū in charitatis operibus pponit, Mat. 5. Diligite inimicos uestros, bene precemini deuouentibus uos &c. ut sitis filij patris uestri, qui in cælis est, quia solem suum exoriri sinit super bonos & malos etc. Item Luca 6. Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est.

Is enim adfectus.

Ætiologia, qua ostēdit, qualis esse debeat charitas nō

IN EPIST. DOMINICA

stra erga proximum, idq; ab exemp'o Christi. Apostolus
Philippenses similiter cum Christo adfectos esse uult ut
non tantum foris in speciem, sed & corde consentiente
et adfectibus puris diligat. Alia res est cū charitate, que
foris fingitur sine consensu cordis: sicut dictum illud un-
gare prodit. Es ist vergeben, aber noch nicht vergessen.

Qui cum in forma Dei esset.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus, agit de magnitudine & uehementia
Scharitatis Christi, iuxta quam & charitatem nostrā
erga proximum formatam esse uult Apostolus. Quae co-
nim charitas maior esse posset ea, ex qua quis natura des-
us et æqualis cū Deo, exinaniret se, formam serui acciperet,
humanitatem plenam infirmitatibus & molestiis, ac-
ceptaret, homo fieret calamitosus, tandem se morie dede-
rit pro aliorum salute? forte quis compulsus talia sub-
iret: at sine compulsionē ex mera et uehementi charitate
tanta subire aliorum gratia pericula nemo faceret. At
quia Christus ex charitate nostra causa in tamas miserias
se deiecit: merito & nos etiam postrema subeamus pro-
pter salutem proximi.

Requirit itaq; hic secundus locus in Philippensibus,
atq; adeo in omnibus nobis, uehementem & magnam in
proximū charitatē, nō subitanē aut momentaneā, qua co-
biter tantum diligimus proximum.

Ceterum quia ex hoc loco non infimæ hereses ali-
quam

quando promanarunt, quas hodie quidã renouant: quare uisum est hic agere quasi in transcurso contra eos, qui ex his uerbis: Qui cū in forma dei esset & c. Negant Christū natura Deū esse: itē contra eos, qui ex his uerbis, formā serui accipiens, in similitudine hoīum factus etc. contendunt Christū non fuisse uerum hominem.

Qui negant ex hoc loco Christum natura deum esse Arriani sunt, & eorum sectatores, qui ex ignorantia uocis forma, suam hæresin stabiliunt, accipientes formam pro representatione tantum, quod Christus is tantum sit, qui deū representet et dei bona, in quoq; cernere licet tanquā in speculo, et quis deus sit, et quæ in deo bona existat: ipse interi natura nō sit deus, neq; bonorū in deo naturalium particeps. Quidã his deteriores, dicūt Christū in forma dei fuisse, & formam dei dici, nō aliter atq; si ego dicar huius & alterius formam gerere.

At forma hoc in loco nō simpliciter accipitur representatiue aut similitudinariē, sed essentialiter: quemadmodū & accipiuntur splendor & imago uoces ad Heb. 1. Ut sit sensus, Christū essentialiter et fuisse. imper et ad huc esse cū deo patre deū. Sicut et Apostolus idē dicit postea ut esset æqualis deo, in eadē essentia seu substantia et in eadē potentia etc. Plura uic in epistolā ad Heb. 1. Quæ legitur in die Natalitiorum Christi.

Qui uero cōtendunt Christū nō fuisse uerū hominē, ga legitur. Formā serui accipiens, in similitudine hōīum

IN EPIST. DOMINICA

factus &c. illi Valentiniani sunt, Archōtici, Appellitæ
& hodie pellificarij à Melchiore pellificario orti. Qu
hæretici tantū uerbis dissentiunt, alias idem sentientes.
Valentiniani ad confirmandam suam hæresin, dicebant
Christū spirituale ac cœleste corpus secū attulisse. Arch
tici sentiebant, Christum finxisse carnem quam tamen
non habuit. Appellitæ opinabantur Christum carnem
suā ex elementis mundi contraxisse. Pellificarij credunt
ipsum Christum carnem per se factum: ita q̄ tantum uni
us non duarum naturarum sit.

Sed spectemus simplicitatem Apostoli, qui nihil tali
um cum hæreticis somniauit, uerum dixit. Formam ser
ui accipiens, id est, reuera & per omnia seruo similis fa
ctus et in similitudine hominum factus, id est, hominib.
per omnia & reuera similis. Ad Hebræ. 2. Vnde debuit
per omnia fratribus similis reddi etc. Et ne quis possit du
bitare, de humanitate Christi, ipse addit in hodierna epi
stola: Et habitu inuentus ut homo, id est, reuera & expe
rientaliter ut homo inuentus.

Qui cum esset in forma dei.

Essentialis ac naturalis Deus, non representauimus
simpliciter.

Non rapinam arbitratus est Ut esset

Aequalis Deo.

Hoc est, nō ui aut rapina hunc honorem quōd Deus
sit, sibi rapuit, sed natura Deus fuit. Probant hæc natura
lem

lem deitatē in Christo, contra Cherinthos & Ebionitas.
 Ut esset æqualis Deo.

Hæc exponunt quid sit Christum in Dei forma esse,
 nempe cum Deo æqualem & in essentia & in potentia.
 Enthymema est hic locus: Christus nõ rapiēdo factus est
 æqualis Deo. Ergo fuit natura semper Deus.

Sed semetipsum exinaniuit.

Hactenus de deitate Christi: nunc subjicit quomodo
 Christus natura Deus, præter deitatem, quã semper habuit,
 & humanitatem nostra causa acceperit.

Forma serui sumpta.

Id est reuera seruo similis factus, aut reuera seruus,
 quantum ad susceptam humanitatem attinet.

In similitudine hominum factus

Expolitione Rhetorica idem dicit. In similitudine ho-
 minum factus est, hoc est reuera et per omnia similis ho-
 mini, & reuera homo.

Et habitu inuentus ut homo.

Videtur Apostolus in uerbis proprijs & apertis labo-
 rasse, quibus ostenderet Christum reuera hoīem factum
 & heretici laborem Pauli non considerantes contrariū
 sentiunt.

Humiliauit semet ipsum.

Assumpta humanitate, respectu deitatis humilima res.
 Humiliare est hic se præter ius suum deicere, & præter
 dignitatem. Causam humiliationis Christi Apostolus re-

IN EPIST. DOMINICA

Inquit lectori colligendam, ea uero est utilitas nostrae
Humiliationem Christi propter nos opponit Paulus in
ni gloriae & inflationi. Quemadmodum enim humilia-
tio conseruat charitatem, ita inflatio distubat.

Factus obediens usq; ad mortem.

Per totam uitam suam, ut scias nō satis esse proximo
semel inscriuisse.

Mortem autem crucis.

Hec addit per tapinosin, et quasi per contemptum.
Erat enim mors crucis contemptissima & ignominiosissima, Deuteron. 17. cap.

Propter quod deus.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus est de glorificatione & exaltatione
obedientis Christi, quae secuta est Christū obedi-
entem, humiliantē & deiciensē se infra nos, non quod
ante arcrum omnium dominus nō fuerit, sed qui hac glo-
rificatione & exaltatione declaratus tū fuit etiam corā
mundo oīum rerū dñs, cū potentia secundū spiritū san-
ctificationis, ex eo, q; resurrexerit è mortuis Christus Ie-
sus dñs noster, ad Rom. 1.

At sicut Apostolus proposuit Christum Philippensis
bus exemplum imitandi, sine dubio uult hoc loco & eos
imitatores fieri participes exaltationis et glorificationis
Christi. Accōmodatio ergo ab exēplo Christi ad Philipo-
penses sic habet, nimirum illos quoq; ad exaltationem et
glorificatōem.

glorificationem peruenturos, si proximo obediendo, humiliando & deijciendo seruiuerint.

OBIECTIO.

Ergo charitatis opera ex opere operato merentur exaltationem & glorificationem?

RESPONSIO.

Non. Loquitur enim Apostolus hic Philippensibus si de iustificatis, & ex fide operantibus charitatis opera, quæ quia à fide nunc iustificatis fiunt, igitur certo sequitur ea exaltatio & glorificatio, hoc est, ipsa æterna uita nõ autem ex opere operato. Vita enim æterna donũ dei est. Ad Ro. 6. Sed ex promissione & conuentione, quæ fit antequam in uineam domini acceptemur operarij, iuxta parabolam Mat. 20. ubi sic legitur: Cõuentione aut facta cum operarijs in singulos dies denario, misit eos in uineam suam.

Quidam ut de uident opinionem de opere operato ex hoc loco, intelligunt illũ ex Enthymemate in hũc modũ: Quia Christus resurrexit et exaltatus fuit, Ergo uos cum in nouitate uitæ sequemini.

Quidam sic locum præsentem exponunt: Christus exaltatus fuit, ut nunc cuncta illi pareant, ergo et uos illi operando charitatem parebitis.

De Christi axaltatione & glorificatione cõsule Psalmm octauum.

Propter quod

IN EPIST. DOMINICA

Præmium humiliationis & obedientiæ Christi. Op
rarij sic argumentantur ex hoc loco: Christus sua humi
liatiõe meruit exaltationem. Ergo et nos humiliãdo nos
erga proximum, exaltationem meremur. Sed alia res est
cum Christo, cuius humiliatio per charitatem mundana
est & perfecta alia quoq; res est cum nostra per humiliati
onem charitate, quæ immunda & imperfecta est.

Exaltauit illum.

Ad Heb. 1. Constituit hæredem omnium. Ad Ephe. 1.
Sedere eum fecit ad dexteram suam in cœlestibus, super
omem principatũ & c. Psal. 8. Oïa subiecit sub pedes eius
oues & boues uniuersas, in super & pecora campi.

Et donauit illi nomen.

Celebrem illum reddidit, ita quòd hic Christus iam no
tus sit per omnem terrarum orbem. Nomen hic pro fã
ma positum est.

Vt in nomine Iesu.

Valde commodè hæc sequuntur, ut scias nomen nihil
aliud significare quàm fãmam Christi, quæ spargitur per
prædicationem Euangelij per totum orbem, neq; solum
per totum orbem, sed etiam apud cœlestes & inferos.

Quidam nomen pro uirtute exponunt, tunc erit sen
sus: omnia uirtuti & potentiæ Christi subdita facta esse,
& parere, quæ uel in cœlis uel in terris sunt.

Genu inflexio seu incuruatio, gestus seu signum est
subditiõnis. Per cœlestia, terrestria, & inferna intelli-

git quicquid est in caelis uel in terris.

Omnis lingua.

Synecdoche pro cuiusq; linguae hominibus, nam oēs homines non confitentur Christum in gloria Dei patris esse &c.

In gloria est Dei patris.

Cum Deo patre gloriosus.

IN EPISTOLAM PAULI I. AD COR. CAP. V.

Dominica Pasche

QUUR praesentis epistolae lectio huic Dominicae cesserit, cuius per se facile apertum est, uel ex his Epistolae uerbis: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Nam hodie celebramus memoriam beneficiorum Christi, quae nobis transiundo ad patrem per resurrectionem suam attulit, quemadmodum olim Iudaei seruabant Pascha propter magnificam illam liberationem in Aegypto factam, quae nostrae liberationis per resurrectionem Christi, sine dubio typus fuit.

DE OCCASIONE hodiernae epistolae apud Apostolum.

Apparet ex ironicis aliquot locutionibus, quas praemittit Apostolus in praecedentibus capitibus, qualesque sunt haec in 4. capite: Nos stulti propter Christum, uos autem prudentes

IN EPIST. DOMINICA

prudentes in Christo. Nos infirmi, uos autem fortes, nos
 gloriosos etc. Corinthios in magna sapientia, prudentia
 fortitudine & perfectione gloriosos fuisse: ad eò q̄, et in
 de comē pferint Paulū & reliquos synceros Apostolos,
 qui iudicio Corinthiorū non ita sapientes, prudentes, for-
 tes et perfecti sint uisi, quam gloriationem in initio huius
 capitis, e quo hodierna epistola de prōpta est, horri-
 bili exemplo confundit Paulus, quo & ostendit Corinthe-
 os nondum esse ita sapientes, prudentes, fortes & perfe-
 ctos, sicuti gloriabantur. Quæ enim hæc sapientia? quæ
 prudentia? quæ fortitudo? quæ tandē perfectio? quæ pati-
 tur cū, qui uxore patris sui coniunctā habet? quod uiciū
 ne genes quidē ferrent. Post quæ sequitur hodierna epi-
 stola, quæ nihil cominet aliud, q̄ adhortationem seriam
 ad morificationem carnis & immutationē uitæ, idq̄ ar-
 gumento à debito. Quia pascha nostrum immolatus est
 Christus: ergo non epulemur in fermento uetcri, ergo no-
 uam uitam auspicemur &c.

SUMMARI LOC.

1. Gloriarī inani gloria & securè de perfectione, &
 Christiano nomine, sine immutatione uitæ non est bonum.
2. Publicorū uiciorū peccatores, non sunt, in ecclesia
 ferēdi, sed ex cōmunicandi, idq̄ ne reliqui Christiani cor-
 rumpantur.
3. Azymi facti sumus, quia pascha nostrum immolatus est
 Christus.

immolatus est, ergo decet nos noua uita in Azymis sinceritatis & ueritatis, non uita in fermento malitiæ et nequitiæ.

Non est bona gloriatio uestra.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus continet obiurgationem in Corinthiis inani gloria & securitate gloriosos Christianos, qui de sua sapientia, prudentia, fortitudine & perfectione multum gloriabantur, cum tamē inter se adhuc tolerarent ea uicia, qualia nec inter gentes nominarentur, ita ut aliquis uxorem patris sui haberet. Sed hac inani gloria in extrema securitate, non solum olim præditi fuerunt Corinthiis, uerum ea ipsa & nos, qui hodie habemus Euangelium, misere turbamur. nec hoc mirum est. Siquidem ea est Euangelij fortuna, quòd ad illius præsentiam reddimur plerunq; insolentiores, quam insolentiã Paulus notauit in Corinthiorum priore epistola capite octauo: Scientia inflat, id est, cognitio libertatis Euangelicæ reddit insolentes homines, & nimium spirituales atq; sapientes. Cuius rei exemplum se olim præbuerunt Corinthiis: & nos hodie, qui gustum aliquem reuati Euangelij accepimus. Cæterum Apostolus hic & ubique agit fidelis & prudens prædicatoris officium, & in Corinthiis improbat inanem gloriationem atque insolentiam, & dicit eam rem non esse bonam, sicut reuera non est, quia in profunda securitate uersatur, et
est

IN EPIST. DOMINICA

est occasio multorum malorum in Ecclesia quemadmodum id aperte uidere licet in Corinthiaca, quam sensim ac sensim postea fuerunt secuta lites, contentiones, & phanatio purae doctrinae & sacramentorum.

Non est bona gloria: uo uestra.

Obiurgatio admonitione constans. Gloriationem uocat, qua Corinthij gloriabantur in sapientia, prudentia, fortitudine, donis, perfectione sua etc. Bona non est, quia multorum malorum auctrix.

Nescitis.

Q. d. Qui alioqui uultis omnia scire.

Quod modicum fermentum.

Insignis sententia, usu & experientia probata. Similis est haec. Morbidum pecus corrumpit totum ouile.

Fermentum hic non tam de uitae moribus, quam etiam de doctrina intelligi debet. Nam Christus Matthaei 16. per fermentum proprie intelligit doctrinam, cum ait: Cauete a fermento Phariseorum & Saduceorum. Doctrina uero fermentum dicitur, quia sensim ac sensim totum sincerum uerbum, uel sinceri uerbi intellectum corrumpit, in farinam acidam reddens. Vide nostra scholia in 13. cap. Matthaei, ubi fermenti naturam copiose exposuimus.

Sic & uitae mores fermentum dicuntur, quia sensim ac sensim procedunt ad totius uitae imitationem.

EXPLICATIO II. LOCI.

Quia

Quia Apostolus uult, ut Corinthij e sua Ecclesia eiciant eum, qui incestuose uxorem patris apud se habet, res ipsa postulat hic aliquid de excommunicatione dicere, quæ, sicut hic in exemplo cernere licet, in publicos peccatores exerceri debet. Olim Apostolorum tempore, cum angustior esset Ecclesia, non ualde difficile fuit excommunicationem exercere. Ast hodie in tanta Ecclesiæ permixtione, eam exercere partim difficile, partim periculosissimum, partim ut restituitur collapsa excommunicatio, ferè res factu impossibilis. Et quemadmodum certi sumus ex 2. & 4. cap. Acto. de communitate bonorum in Ecclesia, quam tamè si quis tentaret reuocare, id nõ sine seditione et tumultu posset, ita & propemodum de excommunicatione iudico, quam non temere, sed matura prudentia atq; deliberatione reuocandum puto, ne occasio fiat multorum tumultuum & seditionum, quales ego accidere uidi in aliquot Germaniæ oppidis, etiam cum p̄scriptione et uerbi ministrorũ e publico suggestu publicos peccatores excommunicantium.

Ne tamen excommunicationis nullus sit in Ecclesia usus, placet processum quendam progrediendi ad excommunicationem subijcere, modestiorem & à magnis periculis tutiorem.

Antequam itaq; ad excommunicationem procedatur, decebit ministrum Ecclesiæ publicum peccatorem pro-

IN EPIST. DOMINICA

pter publica uicia priuatim corripere, ut uitam in melius muet, à cōpaternitate se abſtineat, ad ſacramenta nō accedat &c. Quæ priuata correptione ſemel atq; iterum facta, cum nullum fecerit fructum, tum ualere credo ſententiam illam Qui pub. iec̄ offendere non abhorret, publicè puniatur. Verū in tanta Eccleſiæ permixtione non facilè concedo è ſuggeſtu publicam proclamationem, maxime etiam, cum neq; uerbo neq; ueteris Eccleſiæ exemplis de tali publica proclamatione certi ſimus, Chriſtus ait: Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus, quæ uerba, neſcio an idem ualeant. Sit tibi è publico ſuggeſtu proclamandus. Nec hic locus Matthæi decimo octauo capite agit de publicis peccatoribus, ſed de priuatis, qui in priuatas perſonas peccant. Inquit enim ibi Chriſtus: Si in te peccauerit frater tuus, & addit poſtea: Sit tibi uelut Ethnicus & publicanus. Hic nulla fit mentio proclamationis publicæ.

Paulus ait de publicis peccatoribus: Hæreticum poſt unam aut alteram correptionem deuita. Deuita re num idem ualeat, quod publicè è ſuggeſtu proclamare dubito.

De Hymeneo & Alexandro Apoſtolus inquit quos tradidi Satanae &c. Quæ uerba ſimpliciter ſic intelligo, eos reliqui iudicio dei, donec reſipuerint, & ad meliorem mentem redierint.

De illo qui incestum perpetraverat cum sua nouer-
ca, certi sumus, quod excommunicatus fuerit. Nam
in posteriore epistola ad Corinthios capite secundo iu-
bet Paulus, ut illum rursus recipiant in gratiam, qua-
re de excommunicatrone non dubitamus. Verum de for-
ma laboramus, maximè cum publicè è suggestu procla-
mationi multum insit periculi.

Utinam aliquis certam aliquam formam ex coëtaneis
cum Apostolis patribus, et minus periculosum, quàm est
è publico suggestu proclamatio, colligeret.

Interim donec meliorem & tutiorem formam didice-
ro, ego consilij loco ad euitanda magna pericula, sic
procederem contra publicos peccatores. Si mihi post
unam aut alteram priuatam admonitionē publicus pec-
cator ad baptismum compaternitatis gratia ueniret, non
dubitarem eum subtrahere, & tandem serio admonere,
quod nisi posthac caueret sibi, & uitam quoque in meli-
us mutaret, ne amplius illi non condonaturum, immo
aperta confusione contra eum in præsentia circa baptis-
mum Ecclesiæ acturum, & meo iudicio cum alioqui ne-
mo libenter patiat se publicè confundi, non dubito,
quin publicus ille peccator sua sponte aut esset prorsus
fugiturus sacramenta, aut uitam saltem in melius muta-
turus.

IN EPIST. DOMINICA

Idē facerem cum publico peccatore denuo petenti cōnā
 Dominicam, post unam aut alteram admonitionem pri-
 uatam, qui si non timeret porrò publice offendere, nec
 ego timerem tum eum cum negatione sacramenti coram
 Ecclesia confundere.

Et in uniuersum hic damnamus illorum festinatio-
 nem, qua quidam ita autdē, neglecta omni longanimitate,
 excommunicationem in publicos peccatores festinās,
 cum tamen exemplo dei ad longanimitatem inuitemur,
 sicut habet parabola Matthæi cap. 18. de hoīe rege, qui
 uoluit conferre rationē cū seruis suis. In Bohemia apud
 Husitas & Picardos de magno latere, adhuc feliciter ex-
 ercetur & procedit excōmunicatio, tamum quia credo
 ibi Ecclesias angustiores esse.

Expurgate uetus fermentum .

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus adhortatio est ad nouam uitam, quia
 Christus pascha nostrū immolatus est, id est, pas-
 sus est & resurrexit, & transiēdo ad patrē nouū re-
 gnū & nouam uitam inchoauit, non ut amplius fer-
 mentum simus, sed panes azymi, synceri & ueri tam in
 doctrina, quā in uitæ moribus. Nam fermentum non
 tam ad doctrinam quā ad uitæ mores referri debet ut
 supra.

Locus est allegoricus propter typum paschatis, ut festi in recordationem liberationis ex Ægypto factæ, instituti, ad pascha Christum, qui transiundo ad patrem nos liberauit.

Estq; hic locus adhortatio ad nouam uitam, à passione Christi, sicut ille ad Rom. cap. 6. à resurrectione & sepultura. Sepulti igitur sumus unà cum Christo per baptismum in mortem, ut quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitæ ambulemus.

Expurgate.

Intus in animo, & foris in corpore. Nam immutatio uitæ non solum est exterioris uitæ alteratio, sed potius internæ.

Vetus fermentum.

Quicquid in uobis est præter purum uerbum, & mores uerbo dignos. Vocabulis, fermentum, conspersio, azymus, pascha immolari, epulari &c. alludit ad uetus Testamentum.

Ut sitis noua conspersio.

Et uerè credatis uerbo, & uitæ mores in melius mutetis &c.

Sicut estis azymi.

Id est, sine fermento. Sensus est, ut Corinthij progrediantur in cognitione uerbi, & noua uita, sicut coeperam feliciter.

IN EPIST. DOMINICA

Etenim pascha nostrum.

Ætiologia cur uetus fermentum expurgandū sit & non amplius in ueteri fermento uiuendū, à passione Christi sumpta, qui non in hoc passus est, ut perpetuò patiretur, nec ad mortem, sed ad uitam.

Itaque epulemur.

Cum gaudio & desiderio uiuamus.

Non in fermento ueteri.

In genere hic loquitur.

Neq; in fermento maliciæ.

Distributio in species. Fermentū maliciæ intellige doctrinā malā, et uitæ mores malos, apertos tñ. Fermentum nequiciæ intellige doctrinā & uitæ mores fraude testos & specie ueri, id enim sibi uult τὸ οὐνόμαζ in Græco.

Sed in azymis synceritatis &c.

In doctrina et uitæ moribus, ab omni dolo & hypocrisis alienis.

IN EPISTOLAM QVAE LEGITVR DOMINICA QVAE

simodogeniti, prima Ioan. 5.

Presentis diei epist. plena est oīs spiritualis intellectus, uerū ppter peculiarem dicendi rationē, qua Ioānes præ reliq; noui testamēti scriptoribus, utitur, nonnihil difficultatis habet. Cōfundit. n. Ioānes more suo fidem et charitatem, tanq̄ causam et effectum

fectum, ut sic utriusq; mutuã quãdam coherentiam ostēdat. Nam qui credit in Christum Iesum, ille est filius dei, quò aut is certo cognoscatur credere, & esse filius dei, hoc ipsum demonstrat charitas, tam erga deum, quàm erga proximum. Charitas in Deum præcedit nostram.

Hanc uero qui habet, ideo habet, quia diligit Deum, sicut ait Ioannes: In hoc cognoscimus, quòd diligamus filios dei, quia deum diligimus.

Agit itaq; Ioãnes in hæc epistola nihil aliud, nisi q; mōstret donorũ et rerũ spiritualiũ in regno Christi causas. Vnde uera fides pficiscatur. Vnde charitas in Deũ, unde dilectio in pximum, & adẽm unde oĩum præceptorũ dei obseruatio emergat.

Cæteram Ioannes gradus quosdam inter dona illa et res spirituales facit, idq; per causas & effectus in hunc modum: Primũ oportet nos renasci, id quod fit, quando per uerbum & Spiritum sanctum regeneramur, quæ duæ causæ in nobis excitant atq; formãt fidem. Hinc uerẽ inquit hoc in loco Ioannes, illum ex deo natum esse, qui credit in Christum Iesum. Verbum auditum efficit fidem iuxta illud ad Romanos cap. decimo: Fides ex auditu est, auditus uero per uerbum dei. Spiritus sanctus suaregeneratione excitat in nobis fidem, & gignit nouos motus, exuentes in se delitatem, qua horribiliter à natura præditi sumus omnes, quòd autem nos sic regeneremur ad fidem & ad nouos animi motus, coningit

IN EPIST. DOMINICA

ex præcedente charitate Dei, qua ipse diligit nos prior
 missione sui uerbi è quo hauritur fides, quæ credit Christo
 dato Spiritu sancti, qui postea charitatē erga Deum
 in nobis ueram fingit, hoc est talem, quæ ex puro corde,
 & conscientia bona, & fide non simulata proficiscitur
 qualem describit Apostolus. 1. Ad Timotheum capite 1.
 Est igitur diligere deū, ex corde sibi persuadere certū,
 quod ipse prior in Christo dilexerit nos, est illi fidere p
 pter præcedentē dilectionem, & est timere illū filialiter
 dicitur, timore, ne quid contra eum faciamus, qui tanto
 amore in Christo suo nos præuenit. Et hæc dilectio Dei
 nõ potest ociosa esse à dilectione proximi, quæ ubi acce
 dit, iuxta præscriptam ex Apostolo formā, meretur di
 ci dilectio finis omnium præceptorum dei. Siquidem in
 dilectione Dei ac proximi, ex corde puro, & consciē
 tia bona, & fide nõ simulata, consistit & perficitur tota
 lex, adeoq; omnes prophete.

At quia ueræ huius dilectionis causa est renascētia
 cuius autor est Spiritus. iã uidendū est ne in his reb. quæ
 quæ nostris uirib. aut conatibus adscribamus sicuti faci
 unt operarij homines cæci & ignari in negocijs Dei.

SUMMARI LOC.

- 1 Renascentia in causa est, quod credamus Iesum esse
 Christum, uel quia renati sumus.
- 2 Fidei ex renascentia fructus sunt: diligere Deum, et
 proximum natum ex Deo. Dilectionis erga Deum, res
 cogna

cognata est dilectio in proximum.

3 Fides nostra uincit mundum, hoc est, peccatum, mortem & Satanam, non dilectio nostra, quam tñ Ioannes necessario requirit.

4 Tria de Christo testantur in hac terra, & ipse filius Dei sit, & nos in eum credentes uincamus mundū, ne de certitudine uictoriæ nostræ dubitemus, sed ut fortiter credamus, nos fide in Christum uicturos mundum.

DE OCCASIONE huius epistolæ.

Huius epistolæ textus, clarior est explicatio præcedentium de dilectione Dei & proximi. Nam hic textus addit dilectionis causas. Omnis qui credit.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus agit de renascētia ut causa, quæ facit nos credere Iesum esse Christū. Neminem enim latet, nos nasci natura in peccatis, in iniusticia, in omnium rerum spiritualium extrema ignorantia: quare & reuera nostris uiribus uendicari non potest, quòd credamus Iesum esse Christum: ut autem hoc credamus, nostra natiuitas opus habet renascētia, per quam renascimur, Spiritu sancto & uerbo accedente, in hoc, ut intelligamus ea, quæ Dei sunt, & fide apprehendamus promissiones de Christo, tandem & in certa fiducia stamus Iesum esse Christum. Nam ante renascētiā omnes Nicodemi sumus, qui credimus quidem Christum à Deo uenisse magistrum: neminem posse ea signa face-

IN EPIST. DOMINICA

re, quæ faciat Christus: At hæc fides historialis tantum est, & qui hanc habent, adhuc cum Nicodemo extra regnum coelorum agunt, cui respondet Christus: Amen dico tibi, nisi quis natus fuerit è supernis, nõ potest uiderere regnum Dei: id quod hic alijs uerbis enunciat Ioannes: is non potest credere Iesum esse Christum.

Est autem credere Iesum esse Christum ex certa fiducia statuere, Iesum ut saluatorem tibi esse primũ: deinde et regem oleo laticiæ unctum, ut porrò saluatam te perpetuò regat, tueatur atque defendat. Et uult Ioannes hic discernere inter fidem historiam de Christo, quam & Satan habere potest, atq; sic omnes hypocritæ, & inter fidem ueram seu salutarem, quæ credit Christum & saluare nos, & salutis nostræ perpetuam curam agere. Alij opifices absoluto semel suo opere, secedunt & relinquunt hoc ludenti fortunæ: alij Epicuræi & Luciani homines fingunt Christum ociosum rerum mortalium spectatorem supra nubes sedere: uerum talis opifex & ociosus spectator Christus non est, sic imaginatur Iesum, qui nõ credunt eum Christum esse. Paulus ad Romanos 10. exponit proxime, quid sit non credere Iesum esse Christum, cum ait: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cælum: hoc est Christum ex alto deducere. Aut quis descendet in abyssum: hoc est Christum ex mortuis reducere &c. Nam sic loqui, est negare, aut non credere Iesum esse Christum, id est, saluatorem tuum & dominũ mortuorum.

tis, peccati, & Satanæ simul.

Sed redeo ad renascentiam huius fidei causam, quæ credit Iesum esse Christum. Renascimur igitur ad illam fidem, quãdo Spiritus sancto uocamur per uerbum ad conitionem uoluntatis diuinæ, ut intelligamus Iesum esse Christum, hoc est eum, in quo posita est omnis gratia salus & tutela contra peccatum, mortem, satanam, mundũ etc. hoc qui credit, is dicitur ex Deo natus esse, quasi dicat Ioannes: Credere Iesum esse Christum, non est humanarũ uirũ opus, sed tale, ad quod requiritur uirtus dei & renascentia cœlestis, qua transformat nos spiritus. in nouas creaturas ad credendum Iesum esse Christũ. In summa docet hic locus, nõ renatos per spiritum sanctũ, non posse credere Iesum esse Christum.

Omnis qui credit.

Per inuersionem partium propositionis apertius certatur, huius, de qua hic loquitur Ioannes, fide, causa, in hunc modum. Qui ex deo natus est, is credit Iesum esse Christum: Credere est hic certa fiducia statuere.

Iesum esse Christum.

Hoc est saluatorem et perpetuũ rectorẽ atq; defensorẽ. Iesus saluatorẽ sonat. Christus unctum seu regem, qui contra peccatum, mortem & Satanam regit ac tuetur suos. Credere Iesum tantum, est imaginari Iesum esse sibi ipsi tantum saluatorem, non tibi, sic diabolus Marci. 5. credit ac confitetur Iesum esse filium Dei aliißimi, at sibi ipsi

IN EPIST. DOMINICA

ipsi talem esse non credit. Credere Iesum esse Christum
est credere Iesum tibi esse saluatorem & regem.

Ex Deo natus est.

Id est, ita credere Iesum esse Christum, est singulare
Spiritus sancti donum, quod tantum renati habent.

Et omnis qui diligit.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus tractat fructus fidei ex renascentia
acceptæ, & quia enim prior diligit nos deus, reuelato
nobis per Spiritum sanctum Christo, & saluatore, &
rege nostro, ut credamus eum esse Iesum Christum, ideo
renati nunc ad hanc fidem, uicissim incipimus nostram in
Christum fidem bonis operibus declarare. Hinc dilectio
in deum, quæ tum etiam generat dilectionem in proximum,
quæ certissimè cognoscitur, & adest præsto, quando
nos diligimus deum. Sophistæ hoc ordine abutuntur
& statunt à nostra dilectione ordiendum esse, quò ad
dilectionem dei pertingamus. Reclamat Ioannes in præcedenti
quarto capite, ubi inquit: In hoc est charitas, non
quòd nos dilexerimus Deum, sed quòd ipse dilexerit nos
et miserit filiū suum propiciationem pro peccatis nostris
&c. Ad Rom. 11. Quis prior dedit illi, & reddetur ei.
In summa docet hic locus de dilectione nostra erga deum
& proximum, quæ est fidei ex renascentia affectus seu
res cognata. Loquitur enim Ioannes hic de charitate, quæ
procedit ex puro corde, & conscientia bona, et fide nõ
simulata

simulata. Quam obsecro charitatem quis nisi per spiritum sanctum renatus, prestabit? Item monet hic locus, quod non sit difficile seruare precepta Dei homini renato ad ueram fidem et charitatem.

Dilectionis formam, quam hic requirit Ioannes, lege i. episto. ad Timoth. cap. 1.

Qui genuit. Scilicet renascendo.

Diligit & eum.

Scilicet proximum eiusdem renascentiae participem. Est enim sensus huius loci, renatum diligere eum, qui genuit, et reliquos, qui ad similem modum ab uno eodemque Deo sunt geniti.

In hoc cognoscimus.

Connectit dilectionem Dei et proximi, ut causam et effectum. Obiter hic discite dilectionem proximi sine dilectione Dei uere subsistere non posse.

Et precepta eius seruamus.

Id quod fit, quando renati diligimus Deum et proximum. In dilectione. n. consistit finis precepti, ad Ro. cap. 13. Consummatio itaque legis est dilectio. Item priore ad Timotheum cap. 1. Porro finis precepti est charitas etc.

Hæc est enim charitas Dei.

Videlicet, qua nos diligimus Deum. Exponit Ioannes quid sit Charitas erga Deum, et in quem finem se extendat, nimirum, ut seruemus precepta dei. Item per inuersionem exponit quid sit seruare precepta Dei, scilicet diligere

IN EPIST. DOMINICA

diligere Deum.

Et præcepta eius grauiã non sunt.

A facili hortatur Ioannes ad præceptorũ dei obseruationem, quæ perficit charitas. Sum autẽ præcepta dei facilia, sed renatis tantum, de quibus hĩc loquitur Ioannes. Qui enim ex renascentia fidẽ ueram habet & charitatem perfectam, illi non sunt præcepta dei grauia.

Quoniam omne quod natum est.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus est de efficacia ac potẽtia fidei in homine renato, et simul dilectionem tam erga deum quàm erga hominẽ exercente. Item de fidei ualore, quæ credit Iesum esse Christum. Verum hic fit credenti nihil esse impossibile. Item nos propter fidem in Christum esse dominos peccati, mortis, satanæ & totius mundi. Ioannes quanquam mirum in modum requirat dilectionem, tamen non adscribit illi uictoriam nostram seu iustificationem, & cum hanc dilectioni in renatis non uendicat, quanto minus uendicabit dilectioni in non renatis?

Summa est huius loci, solam fidem subsistere contra peccatum, mortem, satanam, & mundum: item solam fidem ualere contra portas inferorum, item solam fidem iustificare &c. Quod natum est.

Per spiritum sanctum & uerbum. Omne inquit, ut scias ante renascentiam omnia nostra mortua esse.

Vincit mundum.

Genera

Generali uoce comprehendit, & mundum & rector
rem mundi, unâ cum rebus, per quas rector mundi Satan
agit efficaciter in mundo.

Et hæc est uictoria.

Medium seu res uincens. Fides nostra.

Quæ sola ualet contra mundum, peccatum, mortem
et Satanã. Apertus locus, soli fidei tribui iustificationẽ.

Quis est qui uincit mundum.

Latius & fusius exponit Ioannes præcedentia: uide
licet fidem in Christũ Iesum, ualere cõtra mundũ & oĩa
mundi: itẽ iustificare nos, Vtitur autem Ioannes uocabu
lis militaribus, uictoria & uincere, ut potentiam uicto-
riæ nostræ in uincendo nobis commendet.

Filius Dei.

In quo solo bene complacitum est Deo patri, & qui
peperit nobis hanc uictoriam. Credere Christum esse fi-
lium Dei, est non offendi uilitate personæ Christi in
speciem contemptæ: sed est credere Christum esse æqua-
lem Deo patri, æque cum Deo potentem, uiuificantem
saluatorem & omnium bonorum cum Deo patre parti-
cipem naturaliter. Sic Petrus Matthæi decimosexto his
uerbis: Tu es Christus filius Dei uiui, credit prædicta in
Christo omnia. Obiter alludit Ioannes ad Christum, qui
meruit nobis uictoriam contra mundum, & ut fide mi-
dum uincamus.

Hic est qui uenit.

IN EPIST. DOMINICA
EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus est de signis, quæ certo testantur
q̄ Christus uerus dei filius sit, cōfirmans nos de
Christo ut dei filio, & de uictoria nostra in Christo.

Per aquam & sanguinem.

Per sanguinem ait, in cruce scilicet emissum. Ad san-
guinem referri debent omnes passionēs Christi.

Aqua est baptismus Christi, cui se subiecit, ut cōple-
ret omnem iusticiam. Mat. 3.

Non per aquam solum.

Occupatio ne quis hæc de Mosaica mundatione in-
telligat. Sed per sanguinem.

Scilicet proprium, non hircorum, Ad Heb. 9.

Et spiritus est qui testificatur.

Ioannes. 15 Cum aut̄ uenerit paraclētus & c. ille testifi-
coniū phibeat de me etc. Ad Ro. 8. Idē spiritus testatur
unā cū spiritu nostro, q̄, simus filij Dei & c.

Quoniam spiritus est ueritas.

Ætiologia certi Testimonij Spiritu sancti testatoris
& ob signatoris animorum nostrorum de uictoria Chri-
sti contra mundū, Spiritus est ueritas, natura uerax &
qui alios ueraces facit.

Cui testimonium dant.

De Christo uero Dei filio.

Et hi tres simul sunt.

Hoc est, suscepto uno ex his testibus, cogere & alios
suffici

*fuscipere, quemadmodum coram iudice, si tres sunt testes
idem testificantes, nemo ex eis reijci potest.*

Si testimonium hominum.

A minore ad maius.

Quoniam hoc est testimonium.

*Ætiologia quare testimonium dei maius sit, quia in-
quit: testificatur de filio suo, qui maior est oibus hoibus.*

Habet testimonium in se.

Recipit testimonium Dei.

Quoniam uitam æternam.

*Ætiologia explicans finalem causam testimonij dei,
scilicet nos habere uitam æternam in Christo filio.*

Qui habet filium Dei.

Qui credit Christum filium dei esse.

Habet uitam.

Videlicet ex promissione in Christo factam.

Qui non habet filium Dei.

A contrario. Extra Christum non est uita.

IN EPISTOLAM PE-

TRI QVAE LEGITVR DOMI-

nica Misericordiae cap. 2. epist. 1.

Avdiumus per elapsas hinc ferias de Christo
ut dono. Petrus autem postquam de Christo
ut dono in primo capite satis egit, etiam in
principio secundi, è quo hodierna epla deprompta est.

IN EPIST. DOMINICA

incipi nunc in hac epistola propriè agere de Christo ut ex
 emplo imitationis, ne in cruce aut impatientes simus, aut
 nostris persecutionibus malè precemur, aut faciamus.
 Deinde ut totam nostram uitã ad exemplũ Christi cõpo
 remus. In his quidem operibus, quæ nobis imitanda pro
 ponuntur, nam quædam Christi opera talia sunt, quæ
 nobis nulla imitatione exprimi possunt, imò in hoc etiã
 non proposita. Si quidem non facere peccata, à peccati
 prorsus alienũ esse, eff. cere ut in ore nostro nullus inue
 niatur dolus &c. Quæia opera Esa. cap. 53. tribuit Chri
 sto, & hic Petrus repetit ex propheta. Quare quæ ratio
 nunc sit imitãdi Christũ, hic dici debet. Quantiũ ad imi
 tentiã Christi imitandam atmet, ut habeamus uitæ mo
 res iuxta exemplũ Christi formatos, sic sentiendum est,
 non quòd statim in nostris uiribus sit, per omnia & ex
 ctè sequi uestigia Christi. Sic enim hypocrita cum audi
 um Christũ nobis in exemplũ propositum esse, confestim
 accurrũt, et statuunt se id posse, quod suo exemplo re
 gret Christus, nec simpliciter posse, uerũ perfectissimè, in
 de et apud blasphemos illos religiosos, status perfectiõs
 p̄dire cõepit, quæsi uero in hac uita aliquis ad perfectiõs
 suis operibus sæpe ex corde pleno impietatis exeuntibus
 cõtingere possit. Ast in hũc modũ D. Petr. nõ sensit imi
 tandũ esse Christum in uitæ moribus, q̄ credẽtes ut imita
 tores Christi domũ spirituale uocat, sacerdotiũ sanctũ,
 ad offerẽdũ spirituales hostias, idq; à spiritu sancto autu
 ri,

re, qui sanctificat imitatores Christi ad bonos uitæ mores ut fiant hostiæ acceptabiles deo per Christum Iesum, et faciant opera grata Deo, idcirco imitaturus Christum ut exemplum in uitæ moribus & operibus, non à tuis uiribus, sed à Spiritu sancto ordieris, at in quæ finem? num quo ad statum perfectionis in hac uita peringas? id quod humanæ fragilitati impossibile est, sed ut imitando Christum, tantum à lōge ostendas, et in maxima infirmitate, te gratum, cum confessione tuæ infirmitatis, ut quotidie et semper dicas. Remitte mihi debita mea. Item: Seruus inutilis sum, feci in magna fragilitate, quod debui &c. quam tamen deus boni consulit in nobis propter Christum fide à nobis apprehensum. Et hæc de uitæ moribus ad exemplum Christi formatis.

Et quia Petrus de imitatione crucis in Christo exemplo potissimum hic loquitur, restat nunc declarare quomodo Christum in cruce sequi debeamus. Vulgus hominum atque sic totus mundus, cum audit exemplo Christi crucem ferendam esse, statim sibi de cruce multa persuadet, & imponit sibi crucem, credens ea impositione se deo placere.

Sed cum exemplum Christi per omnia imitandum sit, longe aliter sentiendum est de cruce, atque sentit mundus. Primum quantum ad causas crucis attinet, nemo debet sibi imponere crucem, quemadmodum hætenus fecerunt iustitiarum in mundo, satis enim crucis sua sponte accurret, modo nos ut donum apprehedamus Christum, siquidem Satan

IN EPIST. DOMINICA

inimicus Christi, non quiescet, donec omnia ab imo usque
 fundo miscuerit, sicut facies hodiernæ Ecclesiæ satis testatur,
 cuius status post renatum hodie Euangelium, factus
 est inexplicabile indigestumque chaos, in quo nihil suo
 loco & ordine positum est, quapropter proposito Christo
 ut dono, et præsentè puri uerbi prædicatione, de cruce
 non est sollicitandum, nec conuenit nobis, ut simus au-
 tores crucis, autor erit deus suo uerbo, qui permittit Sa-
 tanæ potestatem seuiendi in pios, ut exerceantur, in fide
 robustiores fiant, tandem ut sint p̄ij tales semper, qui de-
 um inuocent et magnificent, exemplo Christi, Davidis
 & aliorum sanctorum.

Porro sic considerare causas crucis ualde consolato-
 riū est, quo sciamus beneuolam dei uoluntatem esse nos
 cruce adfici, teste & Petro in principio hodiernæ episto-
 læ, ubi ait. Hæc enim est gratia apud deum, et in hoc no-
 cati estis, ut exēplo Christi patiamini etc. Cæterū quæri
 nunc possit, quomodo exemplo Christi crux ferenda sit.
 Respondeo ex Petro, ut ad exēplum Christi innocentes
 simus, in cuius ore cū nō inuentus sit dolus, & maledic-
 tis lacebitus, non remaledixit &c. Sequitur Christum
 tulisse crucem innocenter & patienter. De innocentia
 docet Petrus infra quarto capite, in hæc uerba: Ne afflic-
 gamur, ut homicide, fures, facinorosi &c. Ad patientiā
 hortatur his uerbis: Cum maledictis incessetur, non
 remaledixit &c. Sed patientia in cruce singulare donū
 Dei

Dei est uel iuxta uulgare illud prouerbiū. Gedult wechset nit in aller leut garten.

Verum ne desint in cruce solatia, refert scire, ut nūc crux Christi ad nos pertinet, quo illā innocenter et patienter feramus: ita & gloriosissima Christi uictoria, quæ crucē suā secuta est ad nos spectat, ut sciamus et nos aliquando secuturam gloriam: & quemadmodum Christus in cruce non occubuit, sed dextera dei liberatus, constitutus est super omnes creaturas, super oues & boues, dominus potētissimus: sic & nos dominos futuros, iuxta illud ad Ro. 8. Heredes quidē dei, cohæredes autē Christi. Siquidem simul cum eo patimur, ut et unā cum illo glorificemur.

Quis igitur, ut tantæ gloriæ cum Christo particeps fiat, Christum in cruce sequi abhorreat? Nec uideo, quid simile habeant momentaneæ & temporales, nostræ afflictiones, ad tam sublimem et æternam gloriam? Et sic uti dictum est, uerè imitamur Christum ut exemplū in cruce, non quando nos flagellis cedimus, ipsi nobis crucem imponimus, fetosa indusia induimus &c.

DE OCCASIONE seu cohærentiæ
huius epistolæ.

Quod Petrus in primo capite & in secundo usq; ferè ad hodiernam epistolam, in uniuersum ad oēs dixit, id porrò spargit in certas personas. Et quia mittū hodiernæ epistolæ præcedit institutio famulorū, eos hic solatur

IN EPIST. DOMINICA

ab exemplo Christi, ne detrectent suis dominis etiã prauis obtēperare, sed ut sciant se in hoc uocatos esse, ut ubi ipsi benefecerint, in exemplo Christi malis adficiãtur.

SUMMARI LOCII.

- 1 Bona uoluntas dei est, ut feramus crucem. Et hæc est omnium piorum uocatio.
- 2 Christus dupliciter nobis in scriptura proponitur, ut donum et exemplum, de posteriore hic proprie agit.
- 3 Usus passionis Christi est, ut nos uiuamus iusticiae, et simus iusti &c.
- 4 Reuocandi sunt pij subinde ad priorē uitam, ne superbire incipiant, & beneficiorū Christi pastoris sui obliuiscantur.

Hæc est enim gratia.

EXPLICATIO I. LOCII.

Primus locus commendat nobis causam crucis, quæ est beneuola dei uoluntas, gratia et beneplacitum. Hac causa contenti sunt pij in cruce, certi se in hoc à deo uocatos esse, ut ubi ipsi profint alijs, malis adficiantur, huius autem causæ cognitio, qua scimus cuncta nobis beneuola dei uoluntate accidere, parit talem in nobis tolerantiam & patientiam animi, ut eò libentius feramus crucem, sæpe in media afflictione laudames deum, exemplo Hiob cap. 1. dicentis: Dñs dedit, Dñs abstulit, sit nomen domini benedictum, exemplo Dauidis, Christi & aliorum sanctorum.

Mundus hanc prædictam crucis causam non cognoscit, sed credit crucem uel casum uel malorum hominū uel neficijs atq; incantationib. accideret, ideo profus in cruce furit, blasphematur, & extremè nunc deo, nunc hominibus indignatur. Docet itaq; primus hic locus, quæ crucis piorum causa sit, n mirum gratia seu uoluntas Dei, item monet à contrario de causa crucis apud mundum, tandem munit nos contra illorum opinionem, qui negant crucem à deo expectandam esse, & commendunt impositionem propriæ crucis festinandam, quasi uero pij in sua uocatione, sine cruce esse possint.

Hæc est enim gratia.

Ætiologia, quæ famuli adficiantur malis, cū ipsi bene faciant alijs. Respondet Petrus: Quia hæc gratia Dei est etc. Gratia hic intelliges fauorē & beniuolentiā dei.

Si propter dei conscientiam.

Ne cōscientia polluatur peccato corā deo, si recusaeritis dñis uestris etiā iniquis obedire. Ad Ro. 13. de subditorum erga magistratum obedientia, similis ferè locus extat. Quia propter oportet esse subditos, non solum propter iram, uerum etiam propter conscientiam, hoc est, ne conscientia polluatur peccato. Dolores per auxesim intelliges acerbos cruciatus animi, quæ res reuera esse solent, qui ab iniquis & impijs præter meritum feruntur.

Patiens iniuste.

Monent hæc de materia seu forma crucis sicut et 4.

IN EPIST. DOMINICA

capite sequetur. Ne quis enim uestrum adfligatur, ut homicida, aut fur &c.

Quæ enim est gratia.

Ætiologia à contrario explicans inutilitatem crucis merita, & discernens meritã crucem à non meritis, quarum altera placet Deo, altera uero displicet.

Sed si benefacientes patienter sustinetis.

Benefacta de materia crucis esse debent, Patienter sustinere crucem, est de forma crucis.

Hæc est gratia apud Deum.

Hæc est uoluntas dei, ut sic feratis crucem. Alij ita intelligunt huc locũ, ut gratiam hic causam faciant, quòd quis propter benefacta crucem patienter ferat, ut sit sensus: donum dei esse, crucem patienter ferre propter benefacta. Fortassis fieri potest, quòd quis meritam crucem ferat patienter, at sanè res ardua est & difficilis, crucem patienter ferre propter benefacta.

In hoc enim uocati estis.

Alia causa crucis à uocatione seu communi sorte piorum. Enthimema sic fit. Vocati estis, ad crucem. Ergo crucem patienter ferre debetis.

Quia & Christus.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus continet uerũ personæ Christi usum quem quere suscipere uult, ille opus habet, ut eum primum donum, deinde & exemplum apprehendat. Et sic pro

sic proponit uniuersa scriptura nobis Christum, ut donum quidem missum à Deo patre cœlitus p̄ peccatis nostris. Pertinent huc omnes scripturæ loci de officijs & effectibus Christi finalibus. Præter hoc autem quòd donum proponitur nobis Christus, etiam exemplar imitationis est, in quo tanquam in speculo contemplari se debent Christiani, ut sciant quomodo hic in terris suam uitam instituât, etiam qua ratione, tam prospera, quàm aduersa, in suis uocationibus ferant. Christus quia deus peccatum non fecit, nos autem, quia filij Adæ & peccati, nobis, quantum possumus, à peccatis cauere debemus, inuocato in hoc deo, ut nos per spiritum suū sanctum à peccatis custodiat. Christus adfectus maledictis, non regeffit maledicta: ita nec nos. Christus obrutus malis, non minatus est, sed omnem uindictam reliquit Deo, & interim fecit in summa patientia suum officium, ad quod uocatus erat: ad eundem ergo modum & nobis uiuendum est.

Verum ut iam utile est, Christum simul ut donum et exemplum apprehendere, sic ualde periculosum est, Christum ut exemplum habere, & Christi ut doni obliuisci. Quemadmodum id patet in iusticiarijs, qui Christum ut exemplum arripiant, quem orando, ieiunando alijsq; operibus faciēdo imitari uolunt, interim ut donum pro peccatis missum excludunt.

Quia & Christus.

Solatur Petrus ab exemplo Christi seruos. Et quia

IN EPIST. DOMINICA

Christus innocenter & patienter crucem tulit. Ergo & uos serui imitatores Christi.

Passus est pro nobis.

His proponitur Christus ut donum. Et summa prudentia præmittit Petrus Christum ut donum, antequam de Christo exemplo agat.

Nobis relinquens exemplum.

Hæc Christum proponunt exemplum, quod tamen nemo exprimere aut imitari potest, nisi prius Christum ut donum apprehenderit, qui fide apprehensus, donat spiritum sanctum, qui generat in nobis novos motus ad ueram imitationem aptos, & ut faciamus opera exemplo Christi digna, in fide uera, conscientia bona, & charitate non simulata: item ut feramus crucem exemplo Christi in patientia & innocencia.

Vestigia eius.

Non quod uobis rectum uideatur in oculis uestris. Ceterum enim recte uidetur, uim uis repellere, & mala malis re compensare: at uestigia Christi aliter docent.

Qui peccatum non fecit.

Quæ sequuntur pertinent ad causam formalem, quomodo imitandus sit Christus. Locus Petri trãsumptus est ex 52. ca. Esa. et docet nos, ut exemplo Christi caueamus nobis à peccatis. Siquidem nouas creaturas, quæ Christum ut donum acceperunt, decet etiam noua uita.

Tradidit autem iudicanti iuste.

Hoc

Hoc est, deo patri iusto iudici, reliquit uindictam. Iuste iudicat Deus, qui neq; secundum personarum respectum iudicat, exemplo mundi, neq; tamũ iuxta externa opera sed iuxta cor & externa opera simul. Hinc & iudicium dei secundum ueritatem dicitur, ad Ro. 2. De uindicta soli deo relinquenda loquitur dominus Deute. 32. *Mihi ultio, et ego rependam.*

Qui peccata nostra.

EXPLICATIO III. LOCI.

TERTIUS locus agit de beneficijs, seu usu passionis Christi, quasi per occupationẽ præcedentibus adiectus. Potuissent. n. serui obieciſſe: quid igitur Christus effecit sua passione, in summa paciẽtia, magna? Respõdet Petrus, ut ex mortuis in peccatis, uiuos ad iusticiam faceret. Est aut̃ totus hic locus hortatorius à bñficijs Christi, ut famuli quietiorib. animis sint in cruce et anxietate, sciẽtes se habere aliũ dominũ, qui redemit eos ab æterna seruitute, & quia redemit, in hoc redemit, ut peccatis mortui, inobediẽtiæ et reliquis uicijs, uiuãt iusticiæ. i. paciẽter, fideliter, et quieti seruiant suis dominis. Huc spectat totũ 6. caput ad Ro. ut qui per Christum mortui sumus, uiuamus iusticiæ. In summa locus hic tertius est de fine iustificationis nostræ, qui est bene atq; in noua uita operari. Ad Ephe. 2. Figmentum dei sumus, conditi ad bona opera &c. Est c: totus hic locus effigiatus ad uerba Esa. cap. 43. & 53.

IN EPIST. DOMINICA

Peccata nostra.

Nostra magnam habet emphasim, quã satis explicat
Esa. cap. 53. Ipse, quoq; emphasim habet, ut excludat alia
media, quæ excogitantur ad tollenda peccata.

Super lignum.

Per contemptum seu extenuationem.

Ut peccatis mortui, iusticiæ uiuamus.

Finalis usus liberationis nostræ seu iustificatiõis per
Christũ, ne amplius uiuamus peccatis sed iusticiæ. q. d.
Petrus ad seruos: Vos uultis esse Christiani, quos redem-
mit Christus: igitur non decebit uos amplius per inobedi-
entiam erga homines uestros peccatis uiuere, sed iustici-
as, ut illis sitis obedientes, & feratis ab eis crucem.

Cuius liuore sanati estis.

Expolitione Rhetorica idem dicit.

Eratis enim.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus remedium subministrat cõtra su-
perbiam, quæ solet ex beneficiorum Christi co-
gnitione oriri, igitur ne serui, audiis Christi beneficij,
superbire incipiant, ponit illis Petrus ob oculos priorem
uitam, plenam peccatis & cœcitate. Relinquit uero hic
locus omnibus fidelibus prædicatoribus exemplũ ut ita
loquantur de redemptione nostrã per Christum factã, ne
obliuiscantur causarum redemptionis nostræ, seu occa-
sionum, quæ sunt peccata nostra, in quibus stetit ante
liber

liberationem nostram. Paulus ad Ephesios diligentissime hanc prædicandi rationem est secutus.

Eratis enim,

Ætiologia liberationis nostræ. Nisi enim fuissetmus oves errantes, & peccatores, non opus habuisset Christus venire.

Sed conuersi.

Liberati à peccatis uestris, & reducti in uiam, igitur decebit etiam nunc uos oves aliquando errantes, sequi pastorem uestrum, & curatorem animarum uestrarum. Locus hic est contra tyrannidem Papæ, qui contra æternum pastoratū Christi, pastorem se constituit. Episcopus est Christus, à specularando & curando dictus.

IN EPISTOLAM PETRI
TRI CAPITE SECUNDO,
epistolæ prioris Dominica iubilate.

INsignis est hæc epistola, in qua altera Christianismi pars tractatur, quomodo in hac uita post acceptum Euangelium & iusticiam, uiuere debeamus. In præcedentibus hanc epistolam Petrus alteram Christianismi partem docuit, de fide, & quomodo Euangelio credendum sit: item quomodo ædificati super lapidem angularem Christum, qui quondam eramus filij iræ & abiecti in conspectu Dei nunc autem facti filij D
pc

IN EPIST. DOMINICA

per Christum. Quem quidem thesaurum supra modum extollit Petrus, ita quod bene nobiscum ageretur, si modo post tamarum diuitiarum cognitionem daretur statim è uiuis excedere. Verum quia protinus non morimur post accepta tanta bona, ideo porrò docet Petrus quæ ratione interim hic in terris uiuendum sit, ne moriamur. Satan. n. nullas nõ agit uigilias, ut nos uel omnino à uerbo abstrahat, aut ad minus saltem oscitantes faciat, adeoq; in bonis operib. præstandis, negligētes. Nam ita accidere certo solet, q. statim cū audimus ex prædicatione Euangelij, nos sola fide iustificari, tunc nemo amplius quicquam boni uult facere, id quod sine dubio, etiam tēpore Petri contigit, unde & occasionem arripuit scribendi hæc de Christianæ uitæ institutione, q. d. Apostolus: Optimi fratres postquam nunc accepistis Euangelium, & fide in Christum iustificati estis, iam opere præcatis uobis erit circumspicere de noua uita, & ut abstinatis uos à carnalibus desiderijs.

Sed hoc dictu horribile est, carnalia desideria ne quidem in iustificatis cessare? imò re ipsa comperimus, tū primū magis ac magis pullulascere carnalia desideria: non quia id culpa iustificationis accidit, sed quia satan inimicus est Euāgelij et iusticiæ, quam docet Euangelium, ille sanè nunquam dormit, et si nos dormiamus, sed instar leonis obambulat, quæres quæ possit deuorare, uti sequetur infra in hac epistola capit. 5. Cæterum cū tanta nunc desiderio

desideriorum uis sit, etiam post acceptam iustificationē,
 uitur Petrus militaribus quibusdam uerbis, quibus po-
 tentiam istorum carnalium desideriorum exprimat, quæ
 dicit aduersus nos militare, & sicut uox Græca habet,
 quotidie paratum præliū nobiscum exercere, quod scri-
 ptura aliās conflictum carnis & spiritus uocat, contra
 quem nulla opera ualent, nulli sancti cogitatus, nullæ de-
 niq; missæ. Quemadmodum & id quidam sancti Patres
 de se sunt cōquesti. Diuus enim Hieronymus acerrimus
 operarius, qui quum undiquaque præsens contra dese-
 deria carnis remedium quæreret, tandem post longam de-
 liberationem in syluam concessit, ea spe, ut uel hac ratio-
 ne carnalia desideria uitaret exueretq; , sed in ipsissimo
 cruciatu, & miseria maxima arbitratus tamen est se Ro-
 mæ sedere, & cum puellis choreas ducere. Quare cum
 hic in uiribus nostris non esset, carnalia desideria pror-
 sus pellere, idcirco sancti patres & propheta in summo
 luctu flagitarūt, quò liceret sibi ex hac lachrymarū ual-
 le ad cœlestia et p̄fecta gaudia abire, et sic ad æternā pa-
 triam. Siquidē hic se tantū hospites & aduenas putabāt
 domum habentes spirituales in cœlis, de qua uide Apo-
 stolū 2. ad Co. 5. Tales hospites et hic nos esse uult Petrus
 q̄ ad nostrā patriā p̄petuò adspiremus, cōtendamus, et la-
 boremus, neglectis p̄ reb. terrestribus, curis et p̄sthan-
 bitis desiderijs carnalib. semper stemus parati in ea spe, q̄
 ex nostro hospicio liberemur, ac potiamur æterno domi-
 cilio.

IN EPIST. DOMINICA

Interim tamen non docemus Anabaptistarum more, ut si quis habeat diuitias, eas abijciat, sed ne corde illis adhæreat, sicut monent alij scripturæ loci, & hæc præsens epistola, quæ similitudini ab hospitibus seu peregrinis sumpta, monstrat tantum, ne in hospicio huius mundi admiremur aliquid, ambiamus, & studio in hospitibus nostri ædibus qui mundus est, flagitemus: non aliter atq; peregrinus hospes, qui scit in hospicio nihil ad se pertinere, sed festinat tantum ad suam patriam, peregrinorum more. Qui uero nunc admirantur aliquid in mundo, illi non hospites aut peregrini dici possunt, uerum ciues & incole mundi huius. Stulticia itaq; nunc magna est apud Christianos, ambire res mundi, & in desiderijs carnalibus oblectationem quærere, cum res eiusmodi ad Christianos amplius non spectent. At obsecro quæ uicia hæc desideria uocat Apostolus? Respondeo. Non tantum crassa illa, sed & internos illos prauos adfectus, qui cause sunt externorum & crassorum uitiorum.

SUMMARI LOCII.

- 1 Pij in hac terra aduenæ & peregrini sunt, ideo relictis rebus mundi, et carnalibus desiderijs, ad æternam et non perituram patriam niti debent.
- 2 Suscepto Euangelio cauendum est, ne mala nostra uita præbeamus alijs occasionem nõ recipiendi uerbum aut illud deserendi, sed ut bona nostra uita alliciamus alios ad uerbum.

Euangelium libertas spiritus est, quam uulgus auditorum uerbi plerunq; in carnalem libertatem trahit, idcirco hortandi sunt Christiani ad obedientiam.

Charissimi.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus insignes habet terrores & consolationes. Terrores, quia dehortatur carnem à suis delicijs, quæ à natura inhæret, quales sunt desideria et uoluptates in hac uita terrestres & sæpe beluinae, quas humanus animus libenter deserere non potest. Consolatur uerò hic locus, quia proponit nobis aliam patriam, in qua nihil erit istarum rerum terrestrium, et deliciarum, quibus hic mundus occupatus est, sed in qua erunt æterna gaudia, cum nullis mundi delicijs cõferenda. Hanc patriam proponit nobis Petrus, qui credimus Euangelio, et mundo suas delicias relinquimus, dum uocat nos ad uenas & peregrinos, à debito quidem peregrinationis iure, in qua nihil suspicitur, amatur & colitur, sed qui in ea uersatur, simpliciter & festinanter pergit ad suas ædes. Spectant huc scripturæ loci, qui ad supernarum diuitiarum inquisitionem nos hortantur, ut ad Colossen. 3. Itaq; si surrexistis unà cum Christo, superna querite, ibi Christus est ad dexteram dei patris sedens. Supernæ curate, non terrestria. Mundus quia nihil intelligit æterna patria, igitur magis terrestria diligit, quàm cœlestia. Pij autem gemunt, & ingentes emittunt fletus, quo lib-

IN EPIST. DOMINICA

ceat sibi aliquando exire ex hoc domicilio terrestri, & superindui immortalitate æterni domicilij 2. ad Cor. 5. Charissimi.

Adfectus uehementis dilectionis in Petro erga Iudeos, ad quos scribit.

Tanquam aduenas & peregrinos.

Qui amplius nihil proprij habetis in hoc terrestri mundo, sed qui tenditis peregrinãdo ad æterna tabernacula. Appellat aduenas & peregrinos à debito officio, quod prestare debent post susceptũ Euangelium. Tum enim primum simus aduenæ & peregrini, qui ante Euangelij cognitionem ciues & incolæ sumus in mundo.

Vt abstineatis.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus nunc agit de conuersatione uitæ eorũ, qui facti iam sunt aduenæ & peregrini, hoc est, qui per fidem in Christum statuunt sibi æternam patriam in cœlis repositam esse. Hi inquam cogitare debent, ut honesta sua cõuersatione, & alios à rerũ terrestriũ admiratione abripiãt ad domiciliũ uitæ æternæ nõ manufactũ, & admirandum & amplectendum. Est igitur totus hic locus dehortatorius à mala uita, qua deterreri possunt illi, qui adhuc foris sunt, quo minus suscipiant Euangelium, per quod & ipsi fieri possent aduenæ et peregrini ueri, nisi offenderentur. Et docetur hoc loco generalis & cõmunis ille locus de offendiculo per uitam malã, & mores uitæ

uitæ malos, quibus offenduntur gentes, quæ nondum susceperunt Euangelium, nec leue est hoc offendiculum, certum non est, malam sub Euangelio uitam, nihil non mali cedere postquam homines ferè omnes uel etiã à natura magis animaduertunt in uitam et presentes euenus, quam in ipsum uerbum, quod plerumque omnes ex uitæ moribus et circumludentibus euentibus melimur, et iudicamus.

Anabaptistæ hodie non aliam ob causam ita feliciter promouent suam doctrinam, nisi quia fingunt inculpatam Curij dignam uitam, quanquam interim Bacchanalia uiuant etc.

Hortatur itaque hic locus ad uitam nouam aduenis et peregrinis in hac uita dignam, hoc est, fide in Christum iustificatis, estque hortatio à debito, quod dicit Petrus: Adueniensis, ergo decet uos abstinere à carnalibus desiderijs etc. In eundem modum argumetur et Paulus ad Rom. 6. Item ad Coloss. 3.

Discendus est et hoc loco finalis nouæ uitæ et omnium operum usus, qui ab aduenis et peregrinis, id est, iustificatis sunt, non ut inde iustificentur, qui iam fide iustificati sunt, sed ut noua nostra uita, et bonis operibus alijs ansam præbeamus suscipiendi Euangelium, et ut alij uideant nostra bona opera, glorificent deum in die uisitationis.

Vt abstineatis.

Et corpore et animo, et factis et consensu.

A carnalibus desiderijs.

IN EPIST. DOMINICA

Quæ carni à natura inhaerem. Synecdoche est hic locus, qua complectitur Petrus sub causis & effectus, hoc est, desideria seu effectus internos, et externa uicia simul.

Quæ militant.

Notat uim & efficaciam desideriorum carnalium, ne quis ea ut inertia & inualida contemnat. Locus communis hic tractari potest de pugna carnis et spiritus, de qua lege Apostolum ad Rom. 7.

Aduersus animam.

Nota spirituum et animam confundi. Animam intellige sentientem per tendentem ad uoluntatem Dei perficiendam.

Conuersionem.

Totam uitam. Excludit uitæ particularitatem.

Inter gentes.

Inter quas tum uiuebant Christiani, pmiscuè. Petrus non uult, ut Christiani abeant è gentibus, sed ut honestè inter eas uiuant.

Vt obtrectantes uobis &c.

Hoc est, ut iniuste & falso obtrectem uobis, & obire stando mentiantur.

Coniuncti bonis operibus uestris.

Suscipientes Euangelium, honesta uitæ uestræ cõuersione prouocati. Et hic unus est è finalibus usibus honestæ conuersionis piorum.

Glorificent Deum.

Alius finalis usus honestæ cõuersionis & bonorum operum

operum, ut inde glorificetur Deus. Tempus uisitationis uocat, in quo rectius instituta Gentes per honestam aliorum uitam, incipiunt postea melius iudicare de uerbo, et illud suscipere. Quemadmodum thesaurus sub stercore absconditus à nemine laudatur, donec repertus et cognitus incipit tandem esse admirationi.

Subiecti igitur estote.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus speciatim nunc tractat de una parte honestæ uitæ, de ipsa obedientia, quam certis officijs illustrat Petrus, ut locum de honestate uitæ amplificet. Videtur autem occasio prædicationis de obedientia inde orta apud Petrum, quia dum prædicatur Euangelium, pauci sunt, qui illud rectè suscipiunt, sed maiori pro parte in carnalem licertatem trahunt, quasi uero Euangelium aliam libertatem quam spiritus tradat. Sine dubio ergo tempore Petri dixerunt plerique: nos iam facti sumus liberi per prædicationem Euangelij, ideo amplius non obligamur ad obedientiam Magistratui, & maximè impio præstandam. Contra hos carnalis libertatis autores, sequentia scribit Petrus, et quidè ordine pulcherrimo. Primum enim dixit, pugnandum nobis esse in regno spirituali aduersus desideria carnis. Deinde hortatus est ad uitam honestam: nunc de externo & politico regno ait, et quid in hoc nobis faciendum sit, docet. Verum ita modestè disponit oia, ut sua sparta contentus, quam adornare stu-

IN EPIST. DOMINICA

dui, tantū de ciuili magistratu disputet, ipse uero ciuiles
 leges non præscribat, ne uideatur in alienam segetem su-
 am falcem immittere. Et quia Papa gloriatur se omnem
 suam potestatem à Petro accepisse, diligēter hic locus in-
 tuendus est, ne iustifices tyrannidem Pontificū in depo-
 nendo & confirmando magistratu. Refert & hic separa-
 tionem instituere spiritualis & ciuilis regni, Ciuile cum
 conscientijs nihil habet commune, sed tantum cum cor-
 pore. Spirituale agit cum anima seu cōscientia tantum,
 idcirco & doctrina pro conscientijs talis esse debet, ne
 perturbet politiam & ciuiles ordinationes.

Subiecti igitur.

Digerit in certa officia certarum personarū, quæ pri-
 us in genere dixit de totius uitæ conuersatione. Subiecti
 igitur estote &c. q. d. ita institute uitam uestram sicut
 dictum est, ne alicui offendiculum deis, quod maximum
 datur inobedientia erga magistratum. Et hodie propter
 quorundam falso Christianorum inobedientiam pesti-
 mē audit Euangelium. Subijcere reuerentiæ magne
 uerbum est.

Omni humanæ creaturæ.

Ordinationi seu potestati, quam administrant huma-
 næ creaturæ.

Propter dominum.

Quia domino sic placuit, & ne inobedientia peccato
 polluatur, conscientia uestra corā Domino. Cum ergo
 obta

obedimus Magistratui, sciendum est ex hoc loco nos hoc obedientiæ cultu placere Deo.

Siue regi.

Hoc est, omni magistratui, qualicumq; etiam, siue superiori, siue inferiori circumscripto. Distributio est hic locus,

Ad uindictam.

Effectus hi sunt seu officia magistratus, quæ magistratum ab utili & necessario nobis commendant. Consule locum similem ad Ro. 13.

Quia sic est uoluntas Dei.

Ætiologia nostræ obedientiæ, quæ est uoluntas Dei, ut sciamus nos obediendo placere Deo. Potest et hæc ætiologia causa esse sequentis effectus, ut obediens obmutescere faciant imprudentium hoïum ignorantiam.

Vt beneficientes.

Finalis usus obedientiæ nostræ, ne demus alijs officium diculū inobedientes, & occasionē male loquendi de uerbo & nobis. Imprudentes hoïes per ignorantiam uocant, qui sepe iudicant, quæ etiam non intelligunt. Item qui per imprudentiam & ignorantiam, uerbum è uitæ moribus, non ex propria natura æstimant.

Quasi liberi.

In conscientijs.

Et non uelamen habentes maliciæ libertatem.

Sub prætextu Christianæ libertatis, libertatem carnis & maliciæ introducētes, et nihil non mali p libidine agentes.

IN EPIST. DOMINICA

Sed sicut serui Dei.

Facientes uoluntatem Dei uestri, cui uestra obedientia placet &c.

Omnes honorificate.

Non hos, uel illos, aut si tales, uel tales essent, honorificare est cum quadam reuerentia, & ut ita loquar, subtractione honorare.

Fraternitatem diligite.

Quæ inobedientia & mutuo odio rumpitur.

Deum timete.

Qui fortunat nostram obedientiam, & iuuat nos, ut uerè honorificemus oēs, fraternitatē diligamus, & reges honore adficiamus.

IN EPISTOLAS IACOBI CAP. I. DOMINICA CANTA

te: & Dominica Vocem Iucunditatis propter coherentiam.



X posuimus serè potiolem huius epistole partem in proxima hinc elapsa Dominica, quãdo differuimus de altero articulo Christianismi nostri, nimirũ de honesta Christianorum conuersatione. Quare nunc obiter tantum percurremus Iacobi uerba, quibus agit de Christianorum uita, de qua antequã scribit, subiicit prius quædam de maximo illo thesauro, qui est uera

est uerbum dei, idq; omnium uerorum Apostolorum more, qui non disputant de honesta credentium uita, nisi antea presentur de uerbo, & rebus in uerbo de Christo, promissis, sine quo non placet uita nostra Deo. Scholastici et doctores inueterunt hunc ordinem, & docuerunt à uita ordiendum esse, et postea eundem ad uerbum, fidem & res alias, quas uerbum cognatas habet, cū tamen uerbum cognitum atq; susceptum causa sit unà cū fide, cur uera uita sequatur. Sed uti diximus, Iacobus à uerbo oritur, quod mirificis laudibus extollit, & commendat, ut bonum donum et perfectum, descendens à patre luminū quo genuit nos Deus, ut essemus primitiæ suarū creaturarum in nouo illo regno, & spiritali, idcirco oēm nostram salutem meritò adscribemus uerbo, tanquā unico medio, per quod regeneramur, & fimus certi in conscientijs de uoluntate dei, & quòd sumus filij dei.

Porrò postquam res nunc tanta sit uerbum, uult Iacobus, ut illud factis uerbo dignis celebre reddamus, ne multum gloriemur de uerbo, interim nihil minus facientis, quàm quæ à nobis poscit uerbum. Cū enim auditur uerbum, quisq; sic adfectus est in animo suo: amplius nihil imminet periculi, Satan uictus est, uerbum habemus: igitur non est opus, ut ulterius quicquam boni faciamus sed uiuamus securi. Hanc peruersam præsumptionē corrigi Iacobus, ut adserat illos, qui sic sunt securi apud animos, non uerè suscepisse uerbum, neq; unquam intelle-

IN EPIST. DOMINICA

xisse uerè, uerum tantum obiter audisse uerbum sine omni fructu, non aliter quàm si quis intueatur speculum & consideret faciem suam naturalem, & postquam hoc fecerit, abit, & continuo illius considerationis obliuiscitur, qualis in speculo apparuerit. Nam sic agitur cum illo, qui tantum audit uerbum, & illud non exprimit factis, ille interrogatus postea, quid de uerbo intelligat, & qui fructum inde habeat, nihil sincere respondere potest maxime in necessitate.

Verum et si Apostolus de factis agat, ideo tamen non statim sequitur, hoc uerè esse suscipere uerbum, aut intelligere, quando quis externis operibus accedat, & illis ueram uerbi susceptionem moliat. Verbum enim donum dei est, quod potissimas suas partes perficit interne, quod etsi audiatur externis auribus, tamen illis non intelligitur, quia propter aliud quod est, explere uerbum factis, quam externis operibus illi tantum satisfacere.

Est itaque uerbum factis explere, primum ei corde adherere, et illud pro omnibus amplecti rebus illi fidere &c. Ideo et Iacobus ait: Estote autem factores uerbi. id est uerbum fide apprehendite, quod ubi factum est, inde sine omnium cunctatione sequentur etiam externa bona opera, quae testabuntur nos uerè habere uerbum, et illud uera fide apprehendisse.

Huc spectat parabola illa in Euangelio Matthaei. 23. capite de seminante, quae auditores uerbi & factores faberrime depingit.

Et ex hoc nunc loco nascitur occasio omnium istorū, quæ in hac epistola sequuntur: imò hic locus ceu summa propositio est totius epistolæ: uidelicet quòd uult Iacobus nos nō tantū auditores uerbi esse, sed factores. Obseruata autem occasione seu propositione epistolæ, nō erit difficile excusare nostrū Apostolū contra operarios, qui ex hac epistola quærunt iusticiæ, quæ est ex operibus, defensionem. Siquidem tempore Iacobi ita accidit cum auditoribus uerbi, sicut & hodie accideremus, quòd multi sunt, qui audiunt uerbum: paucissimi uero qui illud aut corde suscipiunt, aut iuxta illud corrigunt pristinæ uitæ mores, non aliter atq; hic scribit Apostolus, contenti, cōsiderasse faciem suam naturalem in speculo, et deinde continuo obliuiscemes earum rerū, quas inter considerandum uiderunt. Idcirco ut Apostolus eleuet uerbi autoritatem, & simul prosternat securas mentes sub uerbo audito, docet longe maiora requiri ad uerbū quàm simplex audire, sed potius ut uerbum corde apprehendamus, & fide intelligamus: interim nihil minus cogitat de operariorū opinione, quasi opere iustificent, aut iustificare possint: præcipuè cum opera nihil ualeant in conspectu dei, nisi in renatis per uerbum, & in iustificationis fide. Igitur necessario requirit Iacobus opera post auditum uerbum, tanquam necessaria testimonia nostræ fidei, & uerbi intellecti uerè.

SYMMARIUM LOCI.

Verbum

IN EPIST. DOMINICA

1 Verbum Dei donū bonum & perfectum, ut nō tantum audiat, sed etiam uere intelligatur, hoc dei opus est, qui dum generat nos uerbo, finis ueræ creaturæ Dei.

2 Regeneratos per uerbum decet noua uita. Est enim regenerationis seu iustificationis finalis causa, bene operari. Ad Ro. 6. Et Ephe. 2. Figmentum dei sumus, conditi ad bona opera. Estq; hic locus à debito.

3 Veri uerbi auditores sunt factores, hoc est, qui fide illud suscipiunt, corde intelligunt, & foris bene operibus exornant. E cōtrario falsi sunt uerbi auditores, qui illud fide non suscipiunt, corde nō intelligunt, & foris bonis operibus non illustrant.

Ne erretis.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus hic locus duo agit potissimū. Ostendit causas uerbi, unde hoc fit, deinde commendat auctoritatem uerbi, tāquam medij, per quod regenerando finis filij Dei & sicut hic inquit Iacobus, primitiæ creaturæ Dei. Quantum ad causas uerbi attinet, sic serres habet Verbum Dei: non est humanum uerbum, non est alius cuius cæsaris, regis aut principis etc. uerbū: nec est meritum uerbū, qd' propter merita nostra contingat: nec est inualidum, inefficax & imperfectum uerbum, quod uel non potens sit satis, uel quod alio uerbo ad suam perfectionem opus habeat: sed est uerbum diuinum, donum Dei

Dei bonum & perfectum, hoc est, quod Deum autorem habet, quod ex gratia donat Deus, & quod est ualidum & efficax: iuxta illud ad Ro. 1. Siquidem est potentia Dei ad salutem omni credenti: perfectum est, quia neque opus habet alio uerbo, neque aliud circa se additum, ut uerbum ferre potest.

Quae omnia nunc seruiunt eo, ut Iacobus commendat nobis auctoritatem uerbi, ne errando nos ipsos decipiamus. quasi satis sit audire uerbum sine omni regeneratione, & uita noua. Longe enim res maior est uerbum: quippe bonum ac diuinum uerbum et perfectum, quod est superius a patre luminum perficitur, apud quem non est transmutatio luminis et tenebrarum, item, qui ferre non potest, ut cum uerbo misceamus & tenebras nostras, hoc est, humanas adinventiones, oscitantiam, securitatem, carnalem libertatem, & malam uitam &c.

Post haec monet et hic primus locus de finali uerbi usu, & ad quid prodest: et ut prodest, unde id accidat. Prodest ergo ad hoc, ut per illud regeneremur, & fiamus primae creaturae Dei, nec id etiam ex nobis, aut quia sumus personae, quae regeneramur, aut quia patimur nos regenerari, sed quemadmodum uerbum bonum & perfectum, nec humanum est uerbum, nec meritum nostrum, ita nec regeneratio opus uerbi, meritum nostrum est, sed opus Dei patris, qui regenerat nos uerbo ueritatis, ut fiamus primae suae creaturae. Vult ergo Iacobus hoc loco, ut oem
 oscitantiam

IN EPIST. DOMINICA

oscitantiam et securitatem erga uerbum deponamus, & oremus Deum, quo ille intellectum uerbi nobis releuet, & det incrementum ut uerbum cum fructu audiamus, illud intelligamus & per illud regenerati, fiamus primitiæ creaturæ Dei.

Nolite itaq; errare.

Quasi satis sit audire tantū uerbū, nec tñ illud corde intelligere, fide apprehendere, foris nō bene operari.

Omne donum bonum.

Hoc est, uerbum donum Dei est, & ut illud intelligas corde, & fide apprehendas, id quoq; donum dei est. Bonum uocat donum uerbū, partim quia natura est bonum, partim quia bonos facit.

Omne donum perfectum.

Hoc est, uerbum est perfectum, quod alio uerbo non eget, & ut illud perfectē accipias, & intelligas, id quoq; donum Dei est. Perfectum dicit uerbū, quia per se perfectum est, & quia perfectos facit.

Desursum est. Donum dei est.

A patre luminum.

Qui est omnis lucis caussa. Sic q; in uerbo intelligendo nos uidemus, à Deo est: Item, q; uerbum illuminat, donum Dei est. Est & pater lumen per se,

Apud quem non est commutatio,
nec conuersio obscurans.

Id est, qui ferre non potest, ut lumen & tenebræ commiscantur.

cōmifceantur: quia ipfe luminū tantū pater eſt, non tenebrarum: itē, qui ferre non poteſt, ut gloriemur de uerbo ut dono, interim faciamus opera tenebrarum. Eſtq; hic locus debortatio ab operibus malis, poſt cognitum uerbum, idq; ab exēplo Dei, qui eſt intransmutabilis, et inconuertibilis, non qui nunc lumen eſt nunc tenebræ, ita nec nos decet lumen & tenebras ſimul ſequi.

Voluntarie enim genuit nos.

Ætiologia exempli ducti à Deo patre intransmutabili & inconuertibili, ad nos, qui ſimiliter adfecti eſſe debemus, & exiſtere tales, poſtq̄ iam per uerbum ſumus reſgenerati. Et eſt locus à debito, q. d. Iacobus: quia Deus reſgenuit nos per uerbū ueritatis, ut ſimus iam ſuæ primitiæ: ſi primitiæ? ergo nō decet nos ſequi tenebras, non decet nos amplius mala uita: & ſicut infra dicit, ut factores ſimus, nō uerbi tantū auditores. Voluntariē excludit meritum. Genuit nos. Nota deum renaſcentiæ cauſam, & ut uerè accipiamus, atq; intelligamus uerbum, Verbum ueritatis dicitur, q̄ per ſe natura uerum eſt, & quia ueraces facit alios. Nota & uerbum medium eſſe reſenerationis noſtræ ad uitam nouam.

Suæ primitiæ.

Suæ, emphafim habet, ut ſimus dei primitiæ non ueteris uitæ &c.

Itaq; fratres mei.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundum

IN EPIST. DOMINICA

Secundus locus urget nunc effectus regenerationis factæ per uerbū, hoc est, uitam nouā & opera uita digna, et quæ decent primitias Dei. Estq; totus à debito, ut postquam regenerati sumus faciamus bona opera. Debitum uero illud promanat à finali regenerationis seu iustificationis causa, quæ est bene operari. Ad Ro. 6. Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo posthac uiuemus in eodem? Ad Ephes. 2. Nam ipsius fructum sumus cõditi in Christo ad bona opera, quæ præparauit Deus, ut in eis ambularemus. Ad Colos. 3. Itaq; si surrexistis cū Christo, superna quærite & c. Superna cõsistunt, non terrestria. Ducit & hunc locū Iacobus à signis externis seu effectibus, ex quibus cognosci debent uerè regenerati per uerbum.

Itaq;

Scilicet sic regenerati per uerbū et facti primitiæ Dei
Fratres mei dilectissimi.

Vehementem adspersit adfectum Iacobus, ut facilius commoueat.

Sit omnis homo uelox.

Præscribit sequentibus catalogum quendam istorum operum, quæ docent uerè regeneratos per uerbum, & simul ostendit uicia, quæ nō decent. Et ne quis sequentiæ opera tantū ad externos uitæ mores trahat, intermiscet Iacobus & animi puritatem, sicut porrò indicabimus. Ad

Ad audiendum.

Hoc primo præcepto de operibus prohibet Aposto-
lus laquacitatem, et adhortatur ad taciturnitatem. Sic e-
nim simpliciter sonant uerba: At sanè potius Thrasoni-
cam illam garrulitatem phibet, qua tẽpore Iacobi, mul-
ti gloriabantur, sicut & hodie gloriamur, de cognitio-
ne uerbi, sine immutatione uitæ, & operibus dignis uer-
bo, illos uult Iacobus ad audiendum ueloces esse, & tar-
dos ad loquendum, donec rectè intelligant uerbum, et si-
mul præstent opera uerbo digna.

Tardus ad iram.

Ira ut causam ponit pro multis effectibus, qui ex ira
proueniunt, quorum postremus est cædes.

Ira enim.

Hoc est, ira eiuſq; effectus non faciunt ea, quæ coram
Deo sunt iusta, aut quæ requirit à nobis Deus. Causa est
addita ab impossibili. Iusticiam Dei uocat, non qua iusti-
ficamur coram Deo, sed quam Deus à nobis iustificatis
requirit ad declarationem illius iusticiæ, quæ iustificat,
& fide impetratur.

Ideo abñcientes omnem immundiciam.

In Græco est *ῥυπαριὰ*, quæ impuritatem et sordiciẽ
quandam animi insinuat, & impuros adfectus, quales es-
se possunt: elatto animi, auaricia, inuidia & c. Immundi-
ciã ut genus posuit Iacobus, pro oĩbus internis malis ui-
cijs, & adfectibus prauis.

IN EPIST. DOMINICA

Et abundantiam.

Regressiva uoce alludit ad sordes et abundantiam corporis intelligit itaq; per *regressiva* oēs ingurgitationes crapulas, aliaq; uicia, quæ e luxu pfluunt, de quibus diligenter præcipit Apostolus ad Ephes. 5.

In mansuetudine.

Mansuetudinem opponit iræ & omnibus reliquis uicij, quæ non conueniunt ad suscipiendum uerbum, aut rectè intelligèdum. Vult ergo Iacobus nos suscipere uerbum omni modestia & reuerentia, non per tumultu aut seditione, nõ animo repugnante susceptioni, neq; ingratu. Vocat Iacobus suscipere uerbũ suo more, hoc est, ita intelligere uerbũ, ut simul & ea facias, quæ sunt uerbi.

Plantatum uerbum.

A deo patre agricola. Verbum plantatũ appellat propter similitudinem plantæ, cuius instar plantatur uerbum & excrescit.

Quod potest saluare animas uestras.

Sumus hic uerbi uerè suscepti effectus est, saluare animas nostras. Nota nos uerbo saluari, et illo plantato, hoc est, uocali & audibili. Paulus idem probat ad Rom. 10. ubi docet nos fide iustificari per ministerium uerbi.

Estote autem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus discernit inter auditores uerbi ueros et falsos. Veri sunt uerbi auditores, qui fide illud suscipiunt.

suscipiunt, corde intelligunt, & foris præscriptis operibus exornant. Et sicut habet parabola Matthæi 13. cap. qui uerbum Dei audiunt & intelligunt, qui fructu quoque reddunt & faciunt: alius quidem centuplum, alius sexagecuplum: alius trigecuplum. Item sicut habet primus Psalmus de uero beato, qui est instar arboris plana tæ iuxta decursus aquarum, ferens fructum suum in tempore suo. Falsi sunt uerbi auditores, qui illud quidem audiunt, sed fide non suscipiunt, corde non intelligunt, et foris bonis operibus non illustrent. Et quemadmodum docet quoque de seminante parabola, qui sinum sibi per Satanam, uerbum è corde eripi, qui tantum tempora riji sum uerbi auditores, qui uerum uerbi intellectum, circa sæculi huius & deceptione diuitiarum suffocant, & uerbum reddunt infrugiferum, dum obiter tantum amplectuntur illud, sicut ille, qui uultum suum naturalem in speculo considerat, & abit, & statim obliuiscitur, qualis fuerit.

Estote factores uerbi.

Hoc est, declarate bonis operibus uos uerbum uerè intelligere.

Et non tantum auditores.

Qui auditis uerbum auribus, & in illius cognitione gloriamini, interim alijs atq; alijs rebus occupati, nihil curatis uerbum, nihil boni facitis &c. In summa requirit Iacobus opera testimonia uerbi uerè intellecti, & si-

de suscepti non tribuit illis iustificationem, sed requirit
ea à iustificatis, testimonij loco.

Fallentes uosmet ipsos.

Ista securitate & falsa persuasione.

Quia si quis auditor est.

Addit causam à simili. Quemadmodum enim nihil
iuuat stare ante speculum & uidere se pulchrum esse, cum
quis abit, & statim illius pulchritudinis obliuiscitur. Sic
nihil prodest audire uerbum, nisi illud corde suscipias fi-
de apprehendas, illius pulchritudinem altius animo inti-
gas, in animo te illo oblectes, bonis operibus uerè intela-
lectum declares & c. Item dū quis ante speculū stat, bene
potest gloriari de sua pulchritudine, q̄ pulcher sit & c.
Ita dum quis audit uerbū, potest quidem gloriari, q̄ pro-
bè uerbum intelligat & c. At ubi speculum postea abla-
tum fuerit, uel ad tempus abstractum, statim excidit pul-
chritudo: sic & tempore necessitatis accidit cum uerbo.

Diligentissimè hic nota & expende collationem uerbi
& speculi.

Qualis fuerit .

Cuius pulchritudinis . Obluiscimur nos auditores
uerbi nostræ pulchritudinis, quando abimus securi, &
reddimus uerbum infrugiferum.

Qui autem perspexerit.

Hoc est, rectè audierit, et intellexerit uerbum, illudq̄
operib. dignis expresserit. Legē perfectam uocat ipsum
uerbum

uerbum, sed non legale, uerum Euangelium, ab effectu, quia perfectos facit, quia corde purificat, quia gignere nos facit al:quo modo perfecta opera, ut aliquo modo respondemus legi, charitate ex puro corde, et conscientia bona, & fide non simulata. i. Ad Timo. i. Non est hic locus intelligendus de lege Mosaiica. Perspicere opponitur simpliciter uidere in speculum: est enim perspicere in legem perfectam, ita intelligere corde uerbum, & fide apprehendere, ut uerbi firmum & certum intellectum habeas, quo possis mortem, Satanam & peccatum uincere, fugare & propellere.

Hic beatus in suo opere erit.

Id est, ex factis suis iustificabitur esse saluus. Sum. n. facta testimonia fidei nostrae iustificantis, & quod recte intelligimus uerbum. Cautè hic agit Iacobus, cū dicit: in opere suo erit beatus, non dicit propter opera, aut ex operibus: sed sicut de fructu dicere solemus: Pomum bonū est, non propter se, uerū ppter arboris bonā naturam. Et etiā arbor ex pomis iudicatur, q̄ testimoniū phibent arboris bonæ: ut poma acerba sunt: igitur arbor nihil ualet. Ast culpa non est in pomis, sed in arbore.

Si quis autem.

Porrò urget Iacobus ut sic uerbum suscipiamus corde, intelligamus, & bonis operibus illud declarem, ne in uanū simus religiosi, cum uera religio non in uana de uerbo gloriatione consistat, sed in declaratione bonorū

IN EPIST. DOMINICA

operum. Religionis uocabulo intelligit Iacobus, non eternam illam caeremoniarum & rituum pompam, sed morem Dei uerum & fidem. Nam hæ duæ res, Religionis sunt propriae partes: item, cum uisitare pupillos etc. uocet Iacobus mundam religionem, non statim definites religionem esse tantum exercitium bonorum operum in proximū, uerū definitionem colliges nō tam ex sequentibus uerbis, quā ex præcedentibus de uera uerbi cognitione. Est enim religio cognitio doctrine & uerbis unde reddimus Deo timorē & fidē, quæ religionis propriae sunt partes, deinde etiā sequetur charitas in proximum, ut effectus fidei alteræ in religione partis. Summa itaq; Christianismi hic describitur ab Apostolo, ut tribuamus Deo quod Dei est, nempe timorem & fidem: postea diligamus proximum sicut nos ipsos, qua de charitate porrò aget Iacobus & in sequenti capite.

Si quis autem putat se religiosum.

Hoc est, uerè colere uerbū, timere deum et illi fidere.

Non refrenans linguam suam.

Multa Thraſonicè iactans de uerbi uera cognitione, de timore Dei, de fiducia in Deum & c. Cum interim nihil minus præstet, quā iactata.

Sed seducens.

Vana gloriatiōe, et psuasiōe falsa ueræ religionis.

Religio munda.

Definitio hæc est religionis à postriori, hoc est, ab effectibus

fectibus alteræ partis religionis, id est, ipsius fidei, cuius effectus sum, uisitare pupillos & uiduas &c.

Et immacularum se custodire a mundo.

Hoc est, non cōmisceri cū uicijs mundi, et sicut Apostolus 1. ad Cor. 5. cap. ait: Scripsi uobis per epistolam, ne commisceremini cum scortatoribus &c. Non uult, ut è mundo exeamus.

IN EPISTOLAM PETRI PRIOREM CA. III.

Dominica Exaudi.

IN communi prouerbio dicitur: Magni thesauri, manus et potentes fures ac insidiatores sotuntur, quod si ullibi uerum est, in Euangelij Thesauris uerissimum est, & uerissimum id esse, quotidie re ipsa experimur, nam uidemus non solum potentissimos huius mundi moliri nobis insidias, ut tollant spirituales ipsius uerbi diuitias, sed etiam ipsum Satanam mundi dominum, qui extreme laborat, ut uel prorsus auferat uerbum, aut saltem interturbet oīa, ne ipsissimæ atq; preciosissimæ diuitiæ Euangelij ad homines perueniant.

Terrestrium thesaurorum fures seu insidiatores suis utuntur medijs, quibus tollant terrestres diuitias, nunc aperte, nunc clā, nunc alijs atq; alijs, quæ tamen media ta

IN EPIST. DOMINICA

lia sunt, à quibus humana prudentia sibi cauere potest. dum munit suos thesauros portis fortibus, seris atq; alijs firmis instrumentis. At media, quibus Satan utitur in tol- lendo Euangelio, neq; caueri, neq; uitari possunt huma- na prudentia. Item ad qd' custodiendum non ualent for- tes portæ, nihil ualent seræ firmæ, nulla deniq; nec pro- pugnacula, nec uires humanæ.

Hodie quidam Euangelici seruari posse credunt Eua- ngelium, si cum magnis principibus ineunt fœdera, si munitas sibi parant urbes, & si has fossis atq; aggeribus munium. Verum hæc omnia præsidia coram satana acce- rimo & fortissimo Euangelij hoste subsistere nõ possunt. Nam si confœderationes Principum in hoc negotio alio- quid possent, nunquam sincera doctrina Constantinõ- polis et Romæ corruisset, ubi aliquandiu uiridissime flo- ruit, & à Cæsaribus egregiè defensa est, tamen successu- temporis perijt, fortassis ut impleretur Psalmographi dictum: Nolite considerare in principibus, in quibus non est salus. Item propheta ait: Maledictus qui confidit in ho- minem, hoc est, qui credit negociũ pietatis posse humana- rum uirium præsidij subsistere.

Quæ autem sint uera media, quibus retineatur Euan- gelium sincerum, porrò docebit in præsentis epistola Pe- trus, qui non præcipit, ut ad hæc uel illa præsidia confu- giamus, sed ut uitam in melius mutemus, & oremus dili- genter. Dũ enim in carnali libertate sub Euangelio pro- libia

libidine uiuitur, sine sobrietate & modestia, sine precibus & fletibus ad deum, fit, quòd magna fenestra aperitur diabolo opprimendi securas mentes in securitate stertentes. Siquidem & si nos dormiamus, Satan tamen non dormit, sed ut leo rugiens (uti sequetur in quinto huius Epistolæ capite) obambulat, quærens quem possit deuorare. Et quia Satan spiritus est, igitur & Petrus præscribit arma spiritualia, quibus cum fructu occurrere licet diabolo. Sed quæris de occasione, qua accepta, Satan accedit? Respondeo. ea est mala nostra uita, qua sumus ingrati erga auditum Euangelium, illudq; segniter curantes. Et sicut habet parabola Matt. 13. nobis dormientibus uenit inimicus ille, & superseminat zizania. Arma, quibus accedit nos Satã, spiritualia sunt, quæ nemo facile uidere potest, nisi dominus aperiat nostros oculos, quos in corde habemus. Quis enim sub regno Antichristi Satanæ arma considerauit? Quis hodie considerat securitatem & oscitantiam nostram erga Euangelium esse certissima media intereundi Euangelij? Apostolorum tempore etiam in summa securitate uiuebatur, tam à prædicatoribus, quàm ab auditoribus uerbi, sed quæ mala inde sunt secuta, notum est. Machumetem excitauit Ecclesiæ securitas. Pontifices uerbum syncerum amiserunt, dum ipsi securi contenderent de primatu & uniuersalitatits nomine. Quare iuxta consilium Petri noua uita inchoanda est, ingratiudo erga Euangelium deponenda, tandè

IN EPIST. DOMINICA

E orandum, ne insidijs Satanæ tollatur nobis syncerum
 uerbum. Postremo, ut quisq; sua uocatione contentus sit
E faciat sua commissa, ut si quis prædicet, prædicet ser-
 mones Dei: ut si quis ministret, ministret tanquam ex uo-
 luntate dei &c. Quod si fit, de insidijs Satanæ nihil erit in-
 mendum.

DE OCCASIONE huius Epistolæ.

Postquam nunc satis docuit Petrus de fide nostræ in-
 stificatione per Christum, monet in sequentibus de bonis
 operibus, more syncerorum prædicatorum, qui antequam
 de uitæ moribus præcipiunt, prius de causis nouæ uitæ
 agunt: tota ergo præsens epistola parenetica est, adhor-
 tans ad bona opera ab exemplo Christi, qui in hoc patien-
 tibus in carne, ut cessaret à peccatis. Quò autem comodi-
 sime à peccatis ad nouam uitam hortetur Petrus, utitur com-
 minatione quadam à metu uenturi iudicij, seu diei extre-
 mi. Au enim: oïum autem finis appropinquauit. Post quod
 sequitur hodiernæ epistolæ initium,

SUMMARI LOC.

- 1 Summa modestia et sobrietas decet Christianos, et ora-
 tio in hunc finem, ut uerbum cum pace in Ecclesia retineatur.
- 2 Charitas in Christianos muiua ac uehemens, que quæ-
 regit delicta, ideo seruat ipsum uerbum, & concordiam
 in Ecclesia.
- 3 Quisq; suo dono contentus esse debet, & in sua uo-
 catione facere, quod sibi commissum est, fideliter. Seruicet
 bot

hoc ad retinendū purū uerbū, et concordia in Ecclesia.

4 Oīm nostrorū officiorū donorū et operū precipu-
us finis esse debet, ut per illa glorificetur Deus.

Estote.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus generalem quandam adhortationem
cōtinet ad oīa ea, quæ decent Christianos in hac ui-
ta: nam modestia et sobrietas non tam sunt bona opera, q̄
ipsa gubernacula, quibus oīa opera regūtur: ea enim sine
dubio recta sunt, et sunt bona, quæ modestè & sobriè fi-
unt, uel etiam iuxta illud poetæ.

Est modus in rebus sunt certi deniq; fines,

Quas ultra citraq; nequit consistere uirtus.

Intelligimus igitur hic p̄ modestiā & sobrietatē: pri-
mum uirtutes illas ciuiles, quæ contraria habent uicia,
arrogantiam & superciliosum fastū: sicut et intelligit ea
uocabula Apostolus ad Rom. 12. Dico enim per gratiam,
quæ data est mihi, cuilibet uersanti inter uos, ne quis ar-
rogantur de se sentiat, supra quàm oportet de se sentire:
sed ita sentiat, ut modestus sit & sobrius, ut cuiq; Deus
partitus est mensuram fidei. Et sic ppriè hic accipi mode-
stiam & sobrietatem, etiam sequentia monstrant, in qui-
bus docet Petrus ut in sua uocatione quisq; suo dono sit
contentus.

Et dum sic modestè & sobriè uiuitur, fit ut syncerum
uerbum retineamus, unà cū pace in Ecclesia: ubi uero cō-

IN EPIST. DOMINICA

trā uiuitur, ibi nec diu syncerū uerbū durare potest, ne
concordia Ecclesiæ, exēpli loco sunt Corinthiorū et Gal
latarum Ecclesiæ.

Secundo significant hic modestia & sobrietas, non
tantum morum externorum uirtutes. Sic modestia hic
est mentis sanitas, ut sentias de uerbo modestè, ne ppri
tuas imaginationes seu intentiões bonas, à uero uerbi in
tellectu discedas, aut te abstrahi patiaris quouis doctri
næ uento: ita modestia hic ferè est prudentia quæ dā pro
conseruando uerbo. Sobrietas etiam ab externis uitæ mo
ribus translata, animi sobrietatem significat cum quada
uigilantia coniunctam. Hinc non satis est, modestè ac so
briè uiuere in moribus, nisi & animum modestum et so
brium habeas. Et hæc de duobus medijs, quæ proponit
Petrus ad retinendū syncerum uerbum, et concordiam
in ecclesia & c.

Tertium medium, quod & hic primus locus comple
ctitur, est ipsa oratio, quæ præcedentia duo media que
dammodo explicat, et sui causas facit. Cū enim sobriè &
modestè uiuitur, tunc est orandum, id est, quādo sumus
modesti & sobrij, tam in uita, quàm in doctrina.

Ante omnia autem.

EXPLICATIO II. LOCI.

SECUNDUS LOCUS ANNECTIT QUARTUM MEDIUM, PER QUOD
S retineatur in Ecclesia uerbum purum, & concor
dia cōstans. Illud uero est ipsa uehemens & mutua chæ
ris

ritas inter Christianos eiusdem Ecclesie membra. Certum
 .n. est, ubi charitas mutua in Ecclesia intercidit, ibi nec
 doctrina pura, nec concordia seruari potest. Refer huc faci-
 ciem Ecclesie primitiue, & illius, quae postea secuta est.
 Opponit autem Apostolus hic charitate oibus uicijs, quae
 charitati contrariantur: qualia sunt, discordia, simultas,
 odium, inuidia, rixa, contentio, arrogantia, inflatio etc.
 quae uicia dum adsunt, non potest sincera doctrina una
 cum concordia durare. Vult ergo Petrus nos uehemen-
 te charitatem habere, ut alter alteri condonet delicta, ea
 tegat, oiaq; inter nos inter pretemur in meliorem parte:
 quod si fit, facile tum cessant discordia, simultas, odium,
 inflatio &c.

Ante omnia.

Q. d. Petrus. Potest fortassis fieri, ut quis se sobriū
 modestum, & diligentem in oratione apud seipsum fini-
 gat: igitur ante omnia charitatem habete, sine qua, mo-
 destia, sobrietas & oratio mentita opera & fucata esse
 possunt, sine qua & nihil ualent, neq; grata sunt Deo.
 Iuxta illud Matth. 5. Si obtuleris munus tuum ad altare,
 & in itinere recordatus fueris, te inimicicium habere
 cum fratre, prius reconcilieris fratri, posito interim mu-
 nere, ad altare, & postea offer &c. Praeponit Petrus cha-
 ritatem reliquis operibus, quia sine charitate non pla-
 cent deo opera nostra: quam etiam sui honori praeposit
 Deus, Matthaei 5. Et in prophetis, ut Esaias 1. Non sa-
 crificabis

IN EPIST. DOMINICA

erificabis mihi ultra sacrificium &c. sed quærite iudicium, subuenite inopi &c.

Mutuam.

Cohærentē mutuo, ne unus diligit alter odio habeat.

Vehementem.

Vehementem charitatem opponit frigida & negligenti, qualis illorū charitas est, qui ore ostentant se diligere, absente corde, aut qui diligunt oportune, comode pro respectu circumstantiarum &c.

Quia. Addit causam ab utili seu ppriissimo charitatis officio, quod est infirmitates proximi tegere. Trāsumpta est hæc sententia de officio charitatis ex 10. cap. prouerbiorum.

Hospitales inuicem sine murmuratione.

Hospitalitas unus ex adfectibus charitatis est. Hospitalitatis uocabulo simul intellige et humanitatē propriam mutuam cohærentiam.

Ministrate.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus subiicit specialia quæ dā officia, quæ unumquēq; decet in sua uocatione: reliqua de quibus hætenus egit, ad oēs in genere pertinent. Qui itaq; prædicator uerbi est, suo dono debet esse contentus & suum facere in sua uocatione officiū, hoc est, nō sua prædicare somnia debet, sed eloquia Dei, & sic de cæteris officijs in Ecclesia, quæ si iuxta modum à Petro præscriptum

ptum peraguntur, & seruabimus uerbum purū, et Eccle
 siā concordē, id quod fieri non potest, dū quisq; non fā-
 cit sua, sed respicit ad aliorum uocatiō. s: hinc discordia,
 similtas, odiū, &c. Monet uero Petrus ita diligenter, ut
 quisq; suū officiū in sua uocatione faciat, quia Euange-
 lium prædicatur, quisq; credit se ad oīa aptū esse, et quis-
 q; uult se in aliorū uocationes ingerere: nec desunt huius
 mali in Ecclesia uiua exempla. Porrò donorū mentionē
 facit Apostolus post charitatē, q; dona plerūq; inflatos s̄c̄
 ciam, q; deinde dissipant Ecclesias. Iuxta illud priore ad
 Cor. 8. Sciētia inflat: dona uero in cuiusq; uocatione sine
 inflatione distributa, consruarent & charitatē edificā-
 tē, et Ecclesiam unā cum puro uerbo concordem.

Pro suo dono.

Quod Deus cuiq; partitus est iuxta mensuram fidei.
 Ad Ro. 12. Nota & hic neminem oīa dona habere. Minē
 strare uerbum subiectionem non dominum ostendit.

Sicut boni dispensatores.

Qui sciunt dona ad se propriē nō pertinere. Iam stul-
 tē facit, qui in alienis bonis inflatur, & gloriatur, cum
 tantum illorum dispensator sit. Bonos uocat dispensato-
 res fideles et prudemes, qui sciunt, quid, quomodo, apud
 quos, & quo tempore prædicare atq; dispensare debent.

Multiformis gratiæ Dei.

Propter multifaria dona 1. Cor. 12. Et ad Rom. 12.
 Si quis loquitur.

Prædicat & docet &c.

Loquas

IN EPIST. DOMINICA

Loquatur quasi sermones Dei.

Nō sua cōmenta, et ut certus sit de uerbo quod loquitur

Si quis ministrat.

Quocunq; ministerio in Ecclesia.

Ex uirtute.

Non quasi ipse possit sua prudentia sufficienter exp
dire suum ministerium. Prohibet Petrus securitatem et
præsumptionē in ministerijs et officijs rite expediendis.

Vt in omnibus glorificetur Deus.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus omnium donorum, officiorum et op
perum nostrorum finem præcipuum indicat, qui
est, ut per illa glorificetur Deus, nō ut inde oriatur con
tentiones, rixæ, simultates &c. Glorificatur autem deus
per nostra dona, officia et opera, quando sic donis, offic
ijs et operibus nostris utimur, ut inde melius habeat Ec
clesia, et Deum glorificandi occasionem ex bona distri
butione accipiat.

Per Iesum Christum.

Medium addit Petrus, ut causam istorum donorum os
tendat. Christus enim Iesus ascendens in altum dona de
dit hominibus. Psal. 67 et ad Ephes. 4.

Cui est gloria.

Quem nunquam deficiet gloria in secula seculorum,
sicut nec Ecclesiam, cuius caput est Christus.

Et imperium.

Seruandi et regendi suos.

139
IN EPISTOLAM ACTO
RVM, CAPITE SECVN
do, Dominica Pentecostes.

Sæpiſimè Christus ſuis diſcipulis promiſerat ſpiri-
tum ſanctum, ut eos in uera doctrina confirmaret et
conſeruaret. Nam ſine ſpiritu ſancto nemo rectè aut in-
telligere, aut certo credere poteſt uerbum, neque apud
uerbum ſine dubitatione, aut ſæpe deſertione, conſtan-
ter, ſine præſidio ſpirituſſancti perdurare, iuxta illud
Ioannis 14. Paracletus autem ille, qui eſt ſpirituſſan-
ctus, quem mittet pater meus, ille docebit uos omnia, et
ſuggeret uobis omnia, quæ dixi uobis. Matthæi capite
10. Non enim uos eſtis illi loquentes, ſed ſpiritus patris
ueſtri, qui loquitur in uobis. Eam igitur frequentem ſpi-
rituſſ. promiſionem diſcipulis factam, in hac die Pente-
coſtes præſtitit Chriſtus.

Verum quia parum prodeſt nobis, quòd diſcipuli ſpi-
ritum ſanctum acceperint, niſi eandem acceptionem et
in uſum noſtrum traxerimus, ſcire refert miſſi ſpirituſſ-
ſancti cauſas, quæ ſanè fuerūt grauiffimæ. Qui olim ante
noſtra tempora hæc epistolam expoſuerunt, tantum ſtu-
dium regionum uocabula interpretari, quorū memio-
nem facit hæc epistola, at uſum et fructum epistolæ pror-
ſus neglexerunt. Sed redeo ad miſſi ſpirituſſancti cauſas,
ut inde cognoſcamus et noſtra commoda, quæ potiſſimū

IN EPIST. DOMINICA

consistunt in hoc, ut sciamus ipsos Apostolos atq; adeo
 sic nos omnes uerbi auditores, natura & uiribus nostris
 in cognoscendo uerbo nihil posse, neq; incognito uerbo
 cōtra tentationes subsistere, nisi accedat spiritus sanctus
 & sedeat super nos singulos, atq; faciat nos alienis lin-
 guis loqui. At mirum quidē hoc fuit in apostolis, qui
 lōgo tēpore apud Christum uersati, tñ ad uerbū uere in-
 telligendū & ad cōstanter in confessione uerbi agendum
 spiritus sancto opus habuerunt. Sed nihil mirum id fuit
 antequam enim mittitur spiritus sanctus, etiam auditores
 uerbi, adhuc illa confessione de Christo: scimus, q; a Deo
 ueneris magister, nemo .n. potest hęc signa facere, que
 tu facis, nisi fuerit Deus cum eo, Nicodemi sumus, uersati
 tes extra regnum cœlorum, in quod nemo uenit, nisi qui
 ex aqua & spiritu natus est. Sic nihil iuuat audire uer-
 bum, nihilq; iuuat illi obiter credere, nisi accedat spiritus
 sanctus, & intellectum uerbi addat, uiuamq; operetur
 dem, aliās subortia tentatione, facillimè offendimur uili-
 tate uerbi, & illud deserimus: id autem ne fiat, opus spi-
 ritus sancto habemus, quo omnes martyres ab initio obse-
 gnati, non dubitarunt dulcissimam suam uitam pro uer-
 bo effundere. Et hęc obiter de causa missi Spiritus
 sancti, quę est naturalis nostra ignorantia, seu cœcitas, imbecillitas
 & infirmitas.

Ceterum quę finalis nunc missi Spiritus sancti causa
 sit, pluribus exponendum est. Non est missus Spiritus
 sanctus

sanctus Apostolis, neq; hodie mittitur, sicut quidem so-
mniant, ut diuersam à Christo doctrinam doceat, quam
aut Christus prius non docuit, aut ad docendam est obli-
tus. Verum missus est, & mittitur propter tres causas.

Prima est, ut doceat, & suggerat oia, exponatq; ea,
quæ docuit Christus. De quo finali Spiritu sancti officio
testatur Ioannes capite. 14. & 15. Deinde ut confirmet,
& obsignet nos de ueritate uerbi. De quo officio memi-
nit hodierna epistola, dum adserit spiritum sanctum su-
pra singulos sedisse, et impleuisse eos, id quod nihil aliud
significauit, nisi quòd spiritus sanctus apostolorum ani-
mos de ueritate uerbi confirmarit et certificarit, unde et
Ephesi. cap. 1. Et posteriore ad Corint. 1. arrabo & arra-
dicitur. Ad Ephes. Obfirmati estis spiritu promissionis
sancto, qui est arrabo hereditatis nostre, in redemptione
nem acquisitæ possessionis, in laudem gloriæ ipsius. Ad
Corint. Porro qui confirmat nos unà uobiscum in Chri-
stum, & qui unxit nos, deus est, qui etiam obfirmauit nos
deditq; arram spiritus in cordibus nostris.

Tertia est missi spiritus sancti finalis causa, & quæ
adhuc hodie credentibus mittatur, ut nos in temptatione so-
letur, & ne animos despondeamus, conseruet: unde Pa-
tracletus uocatur. De quo spiritus sancti officio loquitur
Christus Matthæi cap. 10. Spiritus sanctus est qui loqui-
tur in uobis, meminit huius officij & hodierna episto-

IN EPIST. DOMINICA

la, dum narrat Spiritum sanctum supra singulos discipulos sedisse, eosq; impleuisse, ut loquerentur linguis, hoc est, imperterritè confiterentur uerbum coràm omnibus hoibus id quod postea etiam strenuè præstiterunt, eloquentes magnifica dei, & spargentes uerbum in uniuersum terrarũ orbẽ, quẽ admodũ præceptũ à Christo accepit Marci ultimo: *Ite in uniuersum mundũ et prædicate Euangelium omni creaturæ. Itẽ, sicut antea dixerat propheta: Exhibit sonus corũ in orbem terræ &c.* Si igitur nunc scire cupis, quis sit Spiritus sanctus tertia in Trinitate persona, consule prædicta eius officia, et rectè respondes. Spiritus sanctus est æqualis cum deo patre et filio Deus, in hoc ab utroq; missus, & diuinam patris uoluntatem à Christo mundo apertè diuulgatam, clariùs exponat, eam suggerat, et in cordibus hoium confirmet ad confessionem imperterritam.

Sed quæritur circa hodiernam epistolam, cum Spiritus sanctus in die pentecostes Apostolis uisibiliter apparuerit, quur hodie non similiter appareat? Respondeo. Doctrina Christi tum ut noua & plena offendiculis propter nouitatem, uisibilibus miraculis opus habuit, nõ propter se, quia uerbum Dei, sed propter auditores. Verum doctrina Christi externis miraculis satis est confirmata, quare hodie amplius illis non eget, sed unum est miraculum sufficiens & durans in æternum, mors & resurrectio Christi, quo miraculo nullum neq; excellentius, neq; potentius

potentius fieri, aut potuit, aut fieri etiam possit, ad quod Deus potentiam dextræ suæ adhibuit, ad Ephesios. 1. Et qui hoc potentissimo miraculo non uult esse contentus, is nec ad quodcumq; aliud externum & uisibile acquiescit. Quod miraculum mortis & resurrectionis Christi, ut esset firma doctrinæ Christi confirmatio, spiritus sanctus in hodierna epistola, apostolos instruxit, ut præberent se mortis et resurrectionis Christi testes, sicut & Petrus se & socios discipulos in sequenti concione uocat, cum ait ex Dauide. Propheta igitur cum esset, & sciret, quod iurciurando iurasset sibi deus, futurum, ut de fructu lumbi ipsius, quantum ad carnem, Christus exoriretur, ac sederet super sedem eius, præsciens locutus est de resurrectione Christi, quod non derelicta sit anima eius in inferno, neq; caro eius uiderit corruptionem. Hunc Iesum suscitauit deus, cuius nos omnes testes sumus. Dextra igitur Dei exaltatus, & promissione spiritus sancti accepta à patre, effudit hoc. quod nunc uos uidetis & auditis. Post hoc ergo miraculum mortis & resurrectionis Christi non est aliud expectandum externum, neque post hanc uisibilem spiritus sancti apparitionem alia, quàm quam interim spiritus sancti officia durabunt in Ecclesia perpetuò, ut doceat nos, obsignet de ueritate uerbi, et cõseruet nos apud uerbum. Queritur & circa hanc epistolam, cur Deus mittere uoluerit spiritum sanctum in tanta hominum copia, ex omnibus nationibus cõgregata.

IN EPIST. DOMINICA

Et quur non alio tempore? Respondeo: Id ideo factu pu-
to, ut tam uariæ nationes in signum essent, q̄ Euangelium
in uniuersa terra prædicari deberet.

SVM MARI LOCI.

1. Aduentus spiritus sancti non est alligatus ad certa ti-
pora, igitur de repente uenit. Et quod uenerit non fuit
meritum Apostolorum, neq; ut ad nos ueniat, nostru est
meritum.

2. Fructus aduentus spiritus sancti sunt: ignitas lin-
guas accipere, & alijs linguis loqui, hoc est, regenerari,
& cum efficacia confiteri uerbum.

3. Stupor & admiratio effectus sunt, qui sequuntur o-
pera spiritus sancti, et cõmendant nobis spiritus sancti po-
tentiam in fidelibus qui dicunt: Quid nam uult hoc esse?
Reliqui magis ac magis offenduntur, sicut illi, qui dicunt:
Musto plenis sum isti.

Et cum complerentur dies.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus agit de inopinato, & tamen promissa
so spiritus sancti aduentu, qui quia inopinatè & de
repente accidit, id significat aduentu spiritus sancti non
esse ligatum ad certa tempora, nec ligatus esse potest. cū
spiritus sanctus deus ad nulla tempora neq; circumstami-
as ligetur. Monet & hic repentinus spiritus sancti adue-
tus, de forma seu ratione aduentandi, quæ non est huma-
na, neq; humano more accidit, sed sicut similitudo habet

in Ioanne cap. 3. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, et quò uadat. Ad simile modum & Lucas hic inquit. Et factus est de repente sonitus è coelo, tanquã aduenientis spiritus uehementis & c. Et quia Ioes accommodationem addit similitudini, & inquit: Sic est ois, qui natus est è spiritu, ideo & hic scire refert, spiritum quidem sanctũ uenire ad nos, uerum tuo modo aut qualiter, id extra humanã sensibilitatẽ est quæ neq; modũ aduentantis spiritus sancti cõprehendere potest, neq; actionis q̄litate, quanq̄ interim de actione, et presentia spiritus sancti certi fiamus, quemadmodũ et de flatu uenti certi esse possumus. Docet et hic primus locus quia spiritus sanctus à Christo sæpe antea promissus erat discipulis, q̄ non meritum discipulorum fuerit, quòd uenerit spiritus. sed promissione Dei id acciderit, quæ semper aduentantis spiritus sancti causa manet etiam in nobis. Est et primo huic loco cognatum, disputare hic, quòd tempore uenire soleat spiritus. potissimũ, qui quanquã certa tempora nõ seruet, neq; ad certa tempora alligatus sit, tũ hoc uerũ est, spiritum s. tũ maxie esse presentẽ, qñ auãimus uerbum de Christo: hic uero ascendit in altũ, et captiuitatẽ spiritus sanctum, qui non uenit, nisi missus à Christo, neq; datur nisi à Christo.

Pertinet uero & huc dicere, an uno modo, aut multi-
sariam detur spiritus sanctus, uel an ipse semel det omnia

IN EPIST. DOMINICA

*dona spiritualia, uel an uni omnia. Ad quæ sic responde-
 ri potest. Spiritus sanctus non uno modo datur, sed mul-
 tifarum, non quia spiritus sanctus multiplex sit, uerum pro-
 pter multiplicia & uaria spiritus dona, et propter quo-
 tidianam adductionem uerbi & donorum in nobis. Sic au-
 dire uerbum, opus est aduentus et presentie spiritus san-
 cti. Item auditum suscipere, illud credere, item corde di-
 ligere Deum et proximum &c. Nec omnia sua dona uni dat
 spiritus sanctus, quanquam cuique sufficienter det, tamen cuique
 peculiariter sicut uult iuxta mensuram fidei, ad Ro. 12.
 & 1. ad Cor. 12.*

*Postremo restat circa hunc locum narrare, quomodo
 excipiendus à nobis sit spiritus sanctus aduentans, non
 est excipiendus ut columba simpliciter, quæ miraculose
 è cælo demissa est, sicut quidam hodie sentiunt, neque ut
 uirtus Dei à patre & filio procedens, ut Campanus sen-
 tit, neque in depicta aut fabricata forma, sicuti eum præ-
 fixerunt omnibus suis consilijs, etiam impijs, qui superi-
 ori sæculo ueram religionem conspurcarunt, sed excipie-
 dus est uerus Deus, unà cum patre & filio, eiusdem esse
 sentie & deitatis.*

Dies pentecostes.

*Festum unum ex tribus illud celeberrimum, ad quod
 conuenire solebant omnes Iudæi.*

Vnanimiter.

*Iuxta præceptum Christi. Acto. capite primo præce-
 pit eis, ne discederent Hierosolymis, sed ut expectarent
 promissum.*

promissum patris &c.

Et factus est de repente.

Ex improviso. Notat liberū spiritus. aduentum, qui uenit qñ uult, sicut uentus spirat, qñ uult, adeoq; cuius aduentus ratio ignoratur, iuxta illud Io. 3. et uocem eius audis, sed nescis unde ueniat.

Tanquam aduenientis spiritus.

Similitudine à uento, quam clarioribus uerbis ponit Ioannes, declarat Lucas et aduentū et operationem spiritus sancti à nobis ignorari, unde, quo tempore, et qualiter in nobis operetur regenerationem, doceat nos, cōfirmet &c. ignoramus.

Repleuit.

Sonitu scilicet.

Et apparuerunt illis.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus est de effectibus seu fructibus aduentantis spiritus sancti, qui nō frustra uenit, sed qui diuisas linguas faciat, ignitasq; & efficiat nos alijs linguis loq; hoc est, regeneret nos, creet in nobis nouos motus, certificet nos de audito uerbo, aperiat nostra ora, ut intrepidè cōfiteamur ueritatē &c. Nam illa ipsa nunc dicta uocat figuratis uerbis Lucas, ignitas, et alias linguas. Possunt itaq; sub ignitis linguis cōprehendi oīa spiritus sancti officia, seu ea, quæ regeneratio habet cognata. Lucianici aduersarij nostri hodie suggillant nos, quia spiritus sancti officia magnificiamus, & quia dicimus in

IN EPIST. DOMINICA

omnibus rebus spiritualibus intelligendis et perficiendis opus esse nobis doctore & confirmatore spiritus sancti: at illi Lucianici uidebunt aliquando, quam necessaria res sit in tentatione, adeoque in mortis periculo certum esse in conscientia de uerbo. Nam si apostoli, qui non minus rem uerbi cognitionem habuerunt, quam uel homines habere possunt, tamen pro re ualde necessaria duxit Christus, tandem uisibiliter etiam mittere illis spiritum sanctum.

Dispartitæ linguæ.

Miraculum notat.

Tanquam ignis.

Instar ignis efficaces & penetrantes. Ignitæ dicuntur linguæ ab effectibus, quas prædicatione Euangelij sentiunt conscientiæ. Et ignitæ linguæ opponuntur linguæ legalibus, quæ frigida faciebant pectora.

Seditque supra.

Visibiliter fortassis in specie columbæ, ut Matthæi capite 3. supra Christum.

Repleti sunt omnes.

Spiritus, non frustulatum dat, sed replet, pro ut cuius ad salutem est necessarium.

Spiritus sancto.

Metonymia, qua ponitur causa pro effectibus. Ponitur in Lucas spiritum sanctum, ut causam pro certitudinis effectibus & pro omnibus spiritus sancti donis.

Et coeperunt loqui uarijs linguis,

scilicet

Scilicet nouis, non ueterib. et legalibus: qualis scribitur fuisse lingua Mosis difficilis. Exo. 4. Notatur hic discrimen legis & Euangelij. Mosis lingua una fuit p uno certo populo. At Euangelij uariæ sunt linguæ, quibus Euangelij libertas significatur.

Prout Spiritus.

Spiritus. nõ oibus dedit oia: Sed sicut Paulus ad Ro. 12. Et 1. ad Cor. 12. ait: Iuxta mensuram fidei, p ut uoluit. Amplificandi gratia hic tractari potest utraq; doctrina, et Dei & hoim à sua efficacia.

Erant autem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus communes et uulgares illos effectus continet, qui opera spiritus. sequi solent, qñ opera tur: hi sunt stupor et admiratio, & cõmendant nobis spiritus sancti potentiam in illis, qui operibus spiritus sancti commouentur. Reliqui magis ac magis operibus spiritus sancti offenduntur.

Magnifica Dei.

Que operatus est Deus in Christo suo: nam hunc ut exponeret discipulis, uenit spiritus sanctus, & sine dubio adhortatus est eos, ut libere annunciarent Christum toti mundo, id quod etiam postea strenue fecerunt apostoli, sicut sequens Petri concio docet.

IN EPISTOLAM AD

ROMANOS CAP. XI.

Dominica Trinitatis.



Odierna epistola pathetica est quædam exclamatio, constans uerbis menti admiratione, quæ deus mirabiliter, et præter humanæ naturæ captum, gubernet Ecclesiam suam, præterque humanæ rationis iudicium administret. Ratio docet nos placere Deo nostris operibus, et his nos fieri coram Deo iustos. At longè ab hac opinione rationis diuersa uia agit Deus, quæ non propter opera sinit sibi placere hoïes, neque operibus iustos recipit, sed eos, qui ad misericordiã dei in Christo pmissam cõfugiunt, atque illam fide apprehendunt. Conclufit. n. deus oës in incredulitatem, ut oïum misereatur, sicut habet præcedens initium hodiernæ epistolæ locus.

Et ille scopus est totius epistolæ ad Ro. ut Apostolus Iudæorum argumenta soluat ex fontibus rationis producta: opera scilicet esse media ad impetrandam iusticiam coram Deo ualentem, quibus opponit Paulus misericordiam Dei, et gratuitam imputationem, quam apprehendit fides ad iusticiam. Verum exemplo Iudæorum ualentente inhærere iustificationi ex operibus non prorsus uanitas est, maxime apud Israël selectum Dei populũ nec diuersum sentiunt à Iudæis sapientissimi quique homines

nes, qui aliter iudicare nesciunt, quàm operibus con-
tingere iusticiam ueram. Vnde Aristotelis & reliquorũ
philosophorum grauiſsimæ ſententiæ. Sæpe operãdo be-
ne, ſumus boni. Sæpe iuſtè agendo ſumus iuſti. Virtus ue-
rè beatos facit. Iuſtus eſt qui unicuiq; dat quod ſuũ eſt,
hac operatiua iuſticia fuerunt iuſti, Pomponius Atticus,
Fabius, Cicero, & alij magni ac honeſti uiri apud Ro-
manos, Sed Iudæi præter id quod habebant in animis iu-
diciũ rationis de honeſtate et excellentia operum, cũ ſa-
pientiis mundi commune, etiam apertum dei uerbum
præſerebant, in quo opera illa expreſſa, quæ faciebãt.
Quod quidem argumẽtum Iudæorum grauiſſimum, et=
tam non inanibus uerbis aut nugis refutat Apoſtolus, ſed
per conſeſſionem multas atq; uarias obiectiones tacitas
ante uortit, concedendo ueriſſimum eſſe, habere Iſraël p-
ſe uerbum, poſſidere illos commiſſa oracula Dei, illorum
eſſe adoptionẽ, gloriã, teſtamenta, legiſlationem, cultus,
promiſſiones, & patres, ex quibus Chriſtus natus eſt ſe-
cundum carnem &c. Ad Ro. 3. Et 9. Aſt interim iſtariẽ
rerum uſum diligenter exponit, oſtendens dictam illam
maximarum rerum prærogatiuam, cõducere quidem in
ciuili politia Moſis: uerum non ad iuſticiam coram Deo
ualentem. Oportuit enim eſſe certum aliquem populũ,
in quo promiſſiones de Chriſto reuelarentur: hic uero
populus in ſuo officio retineri non potuiſſet, niſi additæ
illi fuiſſent leges & præcepta, quibus exerceret ſe Iſraël,
donec

IN EPIST. DOMINICA

donec ueniret pmissus Christus. Et hac declaratione docet Paulus, oīum operū apud Iudæos finalem usum qui non est iustificatio corā Deo, sed iusticia corā hoībus et politia Mosis: eā deus seruata uoluit in Israël, ppter eternā et ciuilem honestatē, iusticiā et cōcordiā, usq; ad corpus Christi custodiendā, q̄ debuit aliā docere iusticiam, quæ corā deo ualeret ad uerā iusticiā. Ad Gal. 3. Lex per dagogus usq; ad Christum.

Idem legis usus etiam ipsius decalogi adhuc nos manet, anteq̄ fide apprehendimus Christū, qui adfert nobis cordis iusticiam coram Deo subsistere ualentem.

O B I E C T I O.

Ad quid igitur prodest lex? Respōdet Paulus, ad duo. Primum ut ostendat peccatum et impossibilitatem nostrā. Ad Ro. 5. Deinde ut refrenet à malis operibus, donec accipiamus Christum, qui postea donat spiritum sanctum qui in nobis creat nouos adfectus ex fide aptos operari opera placentia Deo.

O B I E C T I O.

Ad quid ergo ualēt opera nostra post acceptum fide Christum, num ut iustificent? Respondet Paulus, nō: sed ut iustificati fide, amplius non seruant peccatis, et bonis operibus p̄ accepta in Christo per fidem iusticia, grati sumus Deo, et ut per illa glorificetur Deus.

O B I E C T I O.

Cum igitur Iudæi sic inhæserint operum iusticiæ, nō id est

id temeritate quadã acciderit? Et quia operarij hodie tã
 acriter defendunt iusticiam operum, num hoc semper te
 meritas sit? Apostolus de Iudæis respondet. Ad Rom. 10.
 Testimonium illis perhibeo, quòd æmulationem quidem
 Dei habent, sed non secundũ scientiam, ignorantes enim
 iusticiam Dei & suã quærentes statuere, iusticiæ dei nõ
 sunt subiecti. De nostris operarijs, idem responsum dari
 posset, nisi essent quã plurimi, qui defensionem iusticiæ o-
 perũ suscipiunt, tantũ priuati quæstus gratia. Ceterũ cũ
 nũc tãta res sit fiducia in opera quæ maxima operariõrũ
 pars, ad iusticiã, non ex temeritate, sed ex zelo seqtur: in-
 cipit Paulus raptus in admirationẽ, exclamare: O altitu-
 do diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm incõpre-
 hensibilia sunt iudicia eius, et imperuestigabiles viæ eius?
 &c. q. d. Apostolus nonne mirum hoc est, præter iudici-
 um rationis, iustificari homines, non ex operibus, sed ex
 sola misericordia promissa, quam dum homines fide ap-
 prehendant, iustificantur gratuito. Et quia hic Paulus
 admirans exclamat, quid ergo mirum est, et si totus mun-
 dus præ admiratione in simili negocio exclamet? Sed
 quæso, quid in tanta admiratione faciendũ est? nõ manẽ
 diũ in opinione, qua credimur opera iustificare? Absit.
 Exclamandũ est cũ Apostolo. O altitudo diuitiarũ sapie-
 tiæ & scientiæ dei &c. et captiuandus est sensus carnis,
 confitendũ iusticiam esse gratuitã imputationẽ et gratis
 donũ dei, qd' sola fide, sine operũ additione ex mere
 Dei

IN EPIST. DOMINICA

Dei misericordia in Christo promissa olim, & nunc exhibita, præter iudicium rationis, coningit. Et sicut habet præcedens locus hodiernæ epistolæ initium. Conclat fit Deus omnes in incredulitatē, ut oīum misereatur.

SUMMARI LOCII.

1 Ratio nō potest intelligere uolūtatem domini, qui regit Ecclesiam suam: ideo simpliciter dicendum est. Deus minus agit in sua Ecclesia, pro ut uult, præter rationis iudicium.

2 Deus oīum est causa, et qui præuenit nos sua gratia: igitur non est glorian dū corā Deo de re aliqua ppria, aut de meritis proprijs.

O altitudo.

EXPLICATIO I. LOCII.

Erimus locus acerrimè oppugnat rationis iudicium in rebus spiritualibus intelligendis, eo nomine quod ratio semper uult se diuinis rebus ingerere, cum tamen ea non intelligat: quare temeritatis est, opera et consilia dei iuxta rationis dictamen examinare. Verū quia ratio in homine optima pars est, & quia honesta omnia & ciuili- liter bona opera ex ratione promanant, non temere agere uidetur ratio, quia sumit sibi auctoritatem intelligendi & iudicandi opera atq; consilia Dei. At fallitur egregiè, dum ex præsentibus & caducis rebus intelligit & iudicat spiritualia, in quarum operatione, Deus lōge aliam sequitur rationem, quā ratio neq; nouit neq; intelligit.

Et ut illius rei aliquot exempla ponam. Ratio cum specu-
latur de deo, quid aliud adsequitur, quam uel deum esse,
qui habitet in Elysio campo, ubi uescatur Ambrosia, &
bibat dulce nectar, sicut testantur philosophorum & ho-
minum sapientum scripta. De Christo non potest senti-
re aliud, nisi quod purus homo fuerit, contempta & ui-
lis persona, imò stultus planè, qui cum uoluerit esse rex,
tamen pedester nullo equitatu usus sit. De uerbo sic iudi-
cat ratio. Verbum uile & contemptum est, igitur non
potest saluare. Iusticiam nõ ex fide iuxta præscriptũ uer-
bi, colligit, sed ex honestis & præstantibus factis. Et hæc
extrema est rationis sapientia, etiam ubi deprecatur ad
optima. Et libenter concedimus rationem non posse ali-
ter iudicare de rebus spiritualibus, nisi sicut hætenus de-
ximus. At hic rursus quærimus an dictum illud ratio-
nis iudicium de rebus spiritualibus sufficiat? Respondeo
negatiuè. Quatenus ergo recipienda est ratio? Respon-
deo: ut singulare donũ Dei, quo ad honestissima & opti-
ma in rebus rationi subiectis, ducimur: at in rebus dei ni-
hil intelligit, iuxta illud 1. ad Cor. 2. Rationalis homo nõ
accipit ea, quæ spiritus sunt. Et præsens epistola inquit
O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei &c. Si
al titudo, ergo profunditas abscondita ab oculis rationis.
Sic uerbum ait: Deus conclusit omnes in incredulita-
tem, ut omnium misereatur. Ratio interrogata de hæc
sententia, respondet: Deus non delectatur peccatoribus.

IN EPIST. DOMINICA

Deus detestatur peccatores, tãdem negat illis misericordiam Dei. Idem responsum dat ratio de iusticia uera, quã ex operibus colligit, nõ ex fide apprehendente misericordiam. Concludimus itaq; ex hoc loco primo, rationem in rebus spiritualibus nihil intelligere, ut soli Deo maneat gloria in sæcula, & ut obturetur omne os, & obnoxius fiat totus mundus Deo, ad Rom. 3.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei,

Hoc est, sapiencia & cognitio dei abscondita sunt oculis rationis, igitur ex uerbo dei, deposito rationis iudicio, ea discenda sunt. Altitudo diuitiarum separat ueras diuitias à diuitijs mundi, quæ non sunt altitudo. Sic enim oculis & sensibus expositæ. Per sapienciam simpliciter uerbum intelliges: per scientiam cognitionem Dei.

Quam inscrutabilia,

Inscrutabilitatem opponit rationi.

Iudicia eius.

In oibus operib. et consilijs. Eius emphasin habet.

Imperuestigabiles uix eius.

Videlicet rationi. Vias uocat totam dei conuersationem, consilia, opera, & quicquid dei est.

Quis enim cognouit mentem domini?

Qua disponit oia, gubernat, seruat, tuetur &c. quæ mens alienissima est à mente rationis. Ratio credit seruari ciuitates per multa humana præsidia, per ardua maria, per

na, per propugnacula, bombardas & c. Verum mens
domini aliter iudicat, quæ uult, ut primum queramus
regnum dei, & iusticiam eius, & deinde seruari ciuita-
tes credamus. Et quia mentem domini nemo cognouit, sa-
pientiæ et scientiæ dei profunda est altitudo, iudicia dei
incomprehensibilia, uia eius imperuestigabiles, & nemo
à consilijs eius fuit. Vnde ergo mentem domini agnosci-
mus, quum Paulus dicat, priore ad Corinthios capite 2.
Nos mentem Christi tenemus. Item, sapientiæ & cogni-
tio Dei sanè tenenda sunt. Vnde ergo hæc? Item, iudicia
dei & uia in scripturis producantur, quare totus hic lo-
cus sic est intelligendus, quòd uoluntas Dei, opera, consi-
lia, sapientiæ, scientiæ, iudicia, uia & mens dei, abscondi-
ta quidem sunt corà ratione, siunt uero nobis nota ex di-
uina reuelatione idq; per uerbum, idcirco uult Aposto-
lus, ut simplici uerbo credamus, unde prædicta reuelan-
tur, nõ ut dictorum causas inquirere studeamus Sic quæ
sunt causa sapientiæ Dei ignoramus. Item, quæ cognitio-
nis Dei, item quæ iudiciorũ, operũ & consiliorũ dei etc.

Aut quis consiliarius eius fuit.

Vt sciat causas sapientiæ dei, iudiciorũ, operum, consilio-
rum & c.

Aut quis prior dedit illi.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus prohibet oẽm gloriationem rationis
& humanarũ uirũ in rebus spiritualibus, aut in illa
vã causis, nã cũ deus oĩm causa sit, et is prior dederit oĩa

IN EPIST. DOMINICA

nemo sanè quicquam hic sibi adscribere potest in his rebus. Si nihil adscribere quis sibi potest sanè stulticia esset, de illis rebus gloriari, quæ ad te non spectant, quæ ex dono & præueniente gratia accepisti. Id quod ment ratio intermittere non potest, quin in omnibus operibus dei, uel sibi aliquid uendicet, uel in illis aliquantum gloriatur. Similis est locus priore ad Cor. 4. Quod autem habes, quod non accepisti? Quod si accepisti, quare gloriaris quasi non acceperis? Et Ioannes cap. 4. prima epistolæ scribit de præueniente nos gratia. In hoc est caritas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexerit nos, et misit filiū suum, pro peccatis nostris &c. Aut quis prior.

Quod d. nemo. Sensus est, Deum esse causam omnium, et deum nos in omnibus sua gratia præuenisse.

Quoniam ex ipso.

Concludit ab ætiologia Deum esse omnium rerū causam. Sensus autem est, per Deum existere, uiuere, esse, gubernari, et conseruari omnia, nec posse rationem aut humanas uires hic quicquam sibi adscribere, intelligere & iudicare, neq; gloriari. Hic locus pertinet ad providentiam Dei.

Ipsi honor & gloria in sæcula.

Addit finalem tantæ potestatis in Deo causam, & ut sum, ut ipsi sit gloria. Et sicut alibi dicit Apostolus: VI ipse sit qui operetur omnia in omnibus. Item ad Rom. 3. et

ut obturetur oēs os, et obnoxius fiat totus mūdus deo. Itē
David canit: Dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

IN EPISTOLAM IO

ANNIS PRIMAM, C. A. III.

Dominica à Trinitatis prima.



Demonuimus et antea Ioēm peculi
are suū dicēdi genus habere præ
reliquis Apostolis, id quod apud
multos effecit, quòd hæc epistola
Ioānis unā cum duabus alijs ob-
scurior sit iudicata, apud ueteres

aurē à nemine, quantum ego uidi, intellecta, facilē ue
ro intelligitur Ioannes, si adhibeatur Dialectica, ma-
gnificum illud spiritus sancti donum. Præterea si tempo-
rum circumstantiæ diligenter obseruentur, quibus scri-
psit Ioannes suas epistolas. Siquidem non defuerunt tum
qui sub Euangelio inani tantum prætextu uerborum si-
mularent se Christianos, interim nihil minus operibus
testantes, quàm Dei cognitionem ex Euangelio se habe-
re, à charitate tū Dei, tum proximi alienissimi. Hos itaq;
prima hæc epistola reuocat ad uera testimonia cognitio-
nis dei, quæ in charitate consistunt, qua notum fit nos de
um uerè cognouisse. Incipit autē Ioannes à charitate dei,
et ad nostram charitatem abit, tanquam à causa ad effe-
ctum, ne quis à nostra charitate ordiatur, iusticiariorum

IN EPIST. DOMINICA

more, & ait: Quia Deus dilexit, ergo & nos diligamus
 proximum, non externis gestibus tantum, aut ore, sed
 uera, hoc est charitate ex puro corde, & conscientia bo-
 na, & fide non simulata, uel sicut hic inquit Ioannes ad
 exemplo dei, qui ita dilexit nos, quod misit filium suum
 primogenitum pro nobis in carnem, non aliam ob cau-
 sam, nisi ut nos uiueremus, & ex morte eterna ad ui-
 uam abiremus id quod fit, quando liberati per Christum, uic-
 tim incipimus charitate inseruire proximo. Verum ita
 modestè cuncta disponit Ioannes, ne tamè de charitate lo-
 quens, aliquid iusticiæ operum tribuat, priorem dei dile-
 ctionem, & præuenientem nostram, & à debito nos ad
 diligendum uicissim prouocantem, extollens. Hinc quam
 quam uehementissime charitatem nostram urgeat, & ut
 certissimum signum seu regulam agnitionis dei, illa ser-
 tuat, tamen hoc operum charitatis encomio contemus non
 uendat charitati iustificationem, quare ait. Ex hoc cog-
 noscimus, quod Deus manet in nobis, si diligamus proxi-
 mum, non dicit: quia diligimus proximum, ideo iustifi-
 camur. Et quum nos hodie eadem doceamus cum Ioanne
 de iustificatione & charitatis operibus, nimirum iusticiam
 tribuentes præuenienti gratiæ, qua nos prior dilexit De-
 us in Christo, & operibus charitatis suis relinquentes bo-
 norem, uidelicet quod sine testimonia cognite gratiæ, &
 à nobis fide apprehense, ab oibus flagellamur, tanquam
 capitali pœna digni. Sed quid peccati nos hic committimus
 qui

qui tantum Apostolum imitantur? agant operarij cum Ioanne, qui nos eam rationem loquendi de operibus docet quam inimici ueritatis exosam habent.

DE OCCASIONE hodiernæ Epistolæ.

Occasio hodiernæ epistolæ hinc nasci uidetur. Ioānes postquā certā regulā pbandi Christianum uerum, posuit credentem Iesum Christū in carne uenisse, hoc est, nostra causa, humanas infirmitates subiisse, alteram in præsentī epistola probatiōis regulā, quasi per occupationē addit ne quis iā satis esse credat, firmiter credere Christum in carne uenisse, uult ergo ut et charitas in proximum accedat, nō quæ iustificet, cū is iam iustificatus sit, qui credit Christū in carne uenisse, sed quæ testimonium perhibeat, nos uerè credere Christum in carne esse. Hæ autem duæ iam dictæ, pbandi Christianum regulæ, ita sunt coniunctæ, & altera sine altera nihil sit. Qui n. præsumit charitatē pximi sine Christo, huius charitas nihil est. Nam in Christo dilexit nos deus pater, ut per eum uiuamus, id sit, qñ credimus Christo, datur nobis Spiritus sanctus qui regenerat aīos nostros, & facit aptos, ut uerè diligamus proximum dilectione placente Deo. Vnde discrimen discernendū est, inter eos qui diligūt sine Christo, & inter eos qui diligunt cum Christo. Hi uerè diligunt & ex corde, quia acceperunt spiritum sanctum mundatorē cordium, propter Christum, illi uero non diligunt uerè, impijs cordibus præditi & impuris, non aliter atq; Ethnici.

IN EPIST. DOMINICA

SVMMARII LOCI.

1 Quia ex Deo charitas est, quia Deo placet, quia donauit nos hoc dono renatos, igitur nos proximum diligere debemus.

2 Dilectio certissimum signum est ueræ dei cognitionis.

3 Charitas Dei in Christo manifestata est in hoc, ut nos per illum uiueremus in usum proximi.

4 Quòd deus diligit nos in Christo, non est meritum nostrum, sicut nec est meritum nostrum, quod uerè diligamus proximum.

5 Exemplum dei hortari nos debet ad dilectionem proximi.

6 Tum Deus in nobis uere est, quanquã oculis carnis non uideatur, quoniam diligimus proximum, ex qua dilectione etiam certi reddimur, nos uicissim à deo diligi.

Charissimi.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus unica dilectionis uoce, quicquid habet tota secunda decalogi tabula, complectitur, quae quomodo intelligenda sit, et quae seruanda, hoc primo loco monemur. Diligendus ergo est proximus, quia charitas ex Deo est, quia deo sic placet, ut proximum diligamus, et quia uera erga proximum dilectione donat nos. Mundus quoque amat proximum, sed non ex precepto dei, aut quia Deus precepto sic iubet, aut quia dilectio proximi placet Deo, uerum ut mutua illa dilectione quaeratur sua comoda. At charitas, de qua hic loquitur Iohannes

annes, nō ad mūdi regulam cōparata, sed est donū Dei, profluens ex deo, quo donat nos renatos Deus per spiritum sanctū. Et ideo pulchrè uocat Ioēs nostrā charitatē ex deo pmanantem. Nam uerè diligere pximum, nō est humanū opus, sed diuinū, qđ tantū renati per spiritum sanctum possident.

Porro quomodo uerè diligendus sit proximus, docet Christus Matt. 5. cū ait: Diligite inimicos uestros & c. ut sitis filij patris uestri, qui est in caelis: quia solē suū exori & pluiā mittit sup malos et bonos, & iniustos: ubi uult Christus, ut exemplo patris sui diligamus pximū. hoc est in diligendo prorsus uitemus oēs circūstantias personarum, locorum, temporum & c.

Charissimi.

Ad spergit uehementē adfectum, ut facilius persuadeat & commoueat.

Diligamus nos inuicem.

Et corde & factō externo.

Quia charitas ex Deo est.

Ætiologia explicans, cur diligere pximum debeamus, quia inquit Ioēs: Charitas ex deo est, hoc est, donū Dei. Argumentum adhortationis sumitur à charitatis causa, quæ Deus est.

Et omnis, qui diligit.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus præter id, quod urget dilectionem

IN EPIST. DOMINICA

proximi, simul indicat finalem charitatis erga proximi-
 usum, qui non iustificatione consistit, sicut iusticiarij ge-
 riunt, sed ut opera charitatis certa sunt signa cognitio-
 dei ueræ, & renascentiæ indubitati. Qui igitur cog-
 scere uult hominem uerè Christianum, et quia dei ueram
 cognitionem habet, probet illum charitatis operibus, cha-
 ritatis operibus inquam, nõ fucata, sed fluentis ex corde
 puro, & conscientia bona, & fide non simulata prior
 ad Tim. 1. Talis uero charitas donũ Dei est, quod saltem
 habent ex Deo per uerbum & spiritum sanctum nati.

At dicis: aduersarij uerbi hodie sic probant secus
 auditores uerbi, quòd eorũ gloriatio uana sit, qua glori-
 antur de cognitione dei, interim à charitatis operibus ali-
 enissimi, ergo bene probant. Respondeo, rectissime. Verè
 ita probandi sunt auditores ex charitate, ut probatores
 infirmitatis & imperfectiõis in pbandis non obliuiscan-
 tur. Nam non statim sequitur: Hic ex humana infirmita-
 te nõ diligit proximũ, uel non satis diligit, ergo uerbum
 quòd audit, diabolicũ est, et statim condemnatus est, qui
 ex humana infirmitate negligit in proximũ charitatem.

Et omnis qui diligit.

Et corde & factõ externo.

Ex deo natus est.

Rectè credit uerbo, rectèq; intelligit uerbum, cuius
 est regenerare & repurgare corda hominum, ut uerè di-
 ligant, quæ natura non possunt uerè diligere proximi.

Nota

Nota dilectionem proximi esse opus renascentiae & cognitionis Dei uerae testimonium.

Et cognoscit Deum.

Primum ut talem qui liberauit eum in Christo: deinde quod Dei uoluntas sit, ut diligat proximum.

Qui non diligit.

A contrario destruit ea, quae dixit Ioannes de charitate in proximum, ut opere seu testimonio renascentiae uerae & cognitionis Dei.

Nemo nouit Deum.

Primum ignorat Deum suum liberatorem in Christo esse, ignorat uoluntatem Dei, & beneficia, quae exhibuit illi in Christo filio. Deinde ignorat, quid post accepta dei beneficia faciendum sit, quod placeat Deo.

Quoniam Deus charitas est.

Aetiologia à causa nostrae dilectionis, quae est Deus charitas. Videtur Ioannes eò abire, ut diligere proximum, uocet deum noscere, ponens effectum pro causa. Sensus est huius aetiologiae. Deus est charitas, hunc qui nouit, is etiam proximum diligit. Argumentum Ioannis est à causa ad effectum. Simile est, si quis diceret. Petrus nouit doctum uirum et uersatur cum docto uiro, igitur et Petrum doctum esse oportet. Item discipulus est, igitur debet sequi suum praecceptorem.

Per hoc apparuit charitas Dei.

EXPLICATIO III. LOCI.

TERTIUS locus usum charitatis Dei nobis comendat

IN EPIST. DOMINICA

Et ostendit medium, in quo et per quod deus suam charitatem manifestauit: annectitur uero hic tertius locus procedentibus per occupationem. Potuissent enim Ioanni obiacuisse, ad quos scripsit. Tu loqueris multa de charitate Dei, sed in quo declarauit eam Deus erga nos, aut quis illius est usus? Respondet Ioannes, ea charitas declarata fuit in Christo Iesu, in hunc quidem usum, ut nos uiueremus per eum. Ad quid autem et in quem finem? Sane ad nihil aliud, quam ad bona opera, quibus inseruitur proximo. uocat enim scriptura uitam, qua uiuitur bonis operibus. Huc uitae contrarium est, mortuum esse in peccatis. Non igitur ergo hic locus tertius de fine charitatis Dei erga nos in Christo, de fine iustificationis, et de fine regenerationis nostrae. Pertinent huc scripturae loci de fine iustificationis nostrae admonentes nos. Ad Ro. 9. Sepulti igitur sumus una cum Christo per baptismum in mortem: ut quem admodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitae ambulemus.

Vnigenitum.

Hac uoce exaggerat Ioannes uehementiam charitatis Dei.

Vt uiuamus per eum.

Ad uitam nouam, ad opera charitatis, quae placent Deo etc. Nota finalem charitatis Dei erga nos causam. Ad Ephe. 5. Conditi ad bona opera etc.

In hoc est charitas.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quaer

Quartus locus per occupationē tollit omne nostrum meritū in causis charitatis Dei erga nos et in causis charitatis nostræ erga proximum ueræ. Oritur autem illa occupatio ex uocabulo charitatis, quia dicitur Ioānes. Quoniam Deus est charitas: iam queritur, An deus ideo dicatur charitas, quia nos dilexerimus illum priores, an quia ipse prior dilexit nos. Respondet Ioannes, Deum ideo dici charitatem, quia nos prior dilexit in Christo filio suo, quem misit propiciatorem pro peccatis nostris. Si prior dilexit nos: ergo cadit oē nostrū meritū. Alioqui illi, ad quos scribebat Ioannes, obijcere potuissent in hunc modum, Deus charitas est, quia nos priores dileximus eū. Sequitur autem nūc per consequens, nec etiam nostri meriti esse diligere uerè proximum. Nā si deus non prior dilexisset nos in Christo, neq; nos nunc possemus proximum uere diligere, id quod donum Dei est per Christum, qui fide apprehensus donat nobis spiritum sanctum, qui creat in nobis charitatem ex corde, & conscientia bona, & fide non simulata, precedentē. Pri. ad Timot. 1. Totus locus est de gratia nos præueniente.

In hoc est charitas.
Hæc est charitatis nostræ causa, & in hoc dicitur Deus charitas.

Non quod nos.

Tollit nostrum meritum ut causam charitatis eū erga Deum, tum erga proximū. contra sophistas, qui docent à char

IN EPIST. DOMINICA

in charitate nostra exordium esse.

Dilexit nos

Scilicet prior.

Et misit filium suum propiciatorem.

Christus persona est, in qua dilexit nos Deus, quia
tollitur mericum nostrum.

Pro peccatis nostris.

Addit fructum charitatis dei erga nos in Christo filio.

Charissimi.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus ab exemplo Dei patris hortatur nos ad dilectionem proximi. Nam cum Deus pater a deo dilexerit nos, quod non dubitavit filium suum unigenitum in mortem tradere pro peccatis nostris, ergo nec nos grauabimur, urgente necessitate et inferuire proximo, et extrema pati pro proximo. Eandem hortationem ab exemplo Christi tractauit Ioannes in tertio capite.

Charissimi.

Adfectus uehementis charitatis.

Si Deus nos sic dilexit.

Non exigit Ioannes a nobis simulatam uel leuem charitatem, sed talem, qualem Deus nobis suo exemplo praestitit uehementissimam. Et Christus Matt 3. Et Luce 6. uult nos exercere charitatis opera iuxta exemplum patris sui. At quomodo deus pater exercet charitatis opera? Responsum oriri super bonos et malos.

Maria

MUTUO.

Non ut unus diligat, alter non: unde apte hic pro mutuo, alterutrum legitur. Vt autem alterutrum diligamus, alter alteri occasionem diligendi præbere debet, neque satis est, ut tu diligas, nisi & proximo dederis diligendi occasionem.

Deum uidit nemo.

EXPLICATIO VI. LOCI.

Sextus locus occupatio est: docet autem tum uerè in nobis manere & habitare Deum quando diligimus nos inuicem. Ratio est, quia simile gaudet simili: & Deum charitas manet & habitat, ubi est charitas: siue Deum charitas est apud eos qui charitatem exercent. Occupatio est, quia obijci possit. Quomodo deus manet in nobis cum eum non uideamus? Respondet Ioannes. Et si deum non uideamus oculis carnis: tamen manet in nobis, quia Deus charitas ibi manere uult, ubi charitas exercetur. Præterea indicat hic sextus locus ex uerbis: & charitas eius in nobis perfecta est, quod cum nos diligamus proximū certum id esse argumētum nos uicissim à deo diligere. Sicut enim oratione dñica oratur. Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris: ita ex nostra dilectione certi esse debemus, Deū et nos diligere. Et quæstio hic oritur, postquā deus sæpe legatur cū patribus locutus, ita quæ patres dicantur eū à facie ad faciem uidisse. Sic Iacob inquit. Vidi dñm à facie ad faciem etc. Exod.

IN EPIST. DOMINICA

Exod. 33. loquebatur dominus ad Moſen facie ad faciem
ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum: quur ergo lo-
nes hic dicit: Deum nemo uidit unquam. Reſpondeo. De-
us uiſibiliter nemini apparuit. Et lex act. 7. legitur per
angelos data. Iacob angelum uidiffe conſtat. Exod. 33. in
eodem capite ſequitur. Quia non uidebit me homo ui-
uet, Quare firma ſtat ſententia Ioannis. Deum nemo ui-
dit unquam. Manet igitur Deus in nobis inuiſibiliter.

Et eius charitas in nobis perfectã eſt.

Id eſt, quia nos diligimus uere proximũ, id certum
gnũ nobis eſſe debet, ſuiciffim nos à deo perfectẽ diligi.

IN EPISTOLAM IOHANNIS

ANNIS I. CAP. III. DO

minica à Trinitatis 2.

VRget in hac epiftola diuus Ioannes ſuo more alte-
ram Chriſtianiſmi partem de bonis operibus, hoc
eſt, de dilectione in proximum exercenda, quam adu-
extollit, ut etiam homicidam fratris appellare audeat
eum, qui odio habet fratrem proximum. Comprehen-
dit uero ſub odio, nõ tantum communem odij adfectum,
qui aliàs hac uoce intelligitur, ſed omnia uicia alia, qui-
bus peccatur contra charitatem proximi, ut ſunt. Simu-
las, lites, contentiones, fraudes, inuidia, deceptio, adeo-
quicquid ſoluit dilectionis uinculum. Loquitur autem
Ioanna

Ioannes de his uicijs et malis adfectibus, non qui aliàs frequentissimi uagantur in mundo, uerum de his, qui oriri solent inter fratres post prædicationem Euangelij. Nam ut omnium maximus est thesaurus ipsum uerbum, ita sine dubio & acerrimos & maximos habet hostes, qui nõ dormiunt unitatis uinculum disturbare, quare diligentissime uigilandũ est sub Euangelio puraq; uerbi prædicatione, ne odium aliãq; uicia, quibus perire solet charitas, in Ecclesiam irrepant, unde postea dissoluta charitate, etiam sensim ac sensim praua dogmata irruunt, donec tandem & priuamur uerbo, ad pristinasq; tenebras relabimur. At cui acceptum potissimum ferimus charitatis disruptionem? Respondeo: sanè ipsi satanæ, qui ne à principio quidem mundi ferre concordiam, quæ est ex dilectione, potuit: sed quare hoc? quia uidit Satan unitate coalescere uerbum, suasq; profundius agere ratas. Hinc nec uerbum & iusticia è uerbo per fidem parata diu locum habere potuit inter Abelem & Cainum, quorum alter alterum occidit, sub ea Satanæ spe, quòd tum credidcrit hac ratione uerbum extinctum iri, quando iustus è medio sublatus, iniustus superstes maneret, & sic in Abele & Caino tum dissecta fuit charitas, quæ dissectio peperit in Ecclesia duo hominum genera, ad finem usq; mundi duratura, Cainos & Abeles, hoc est, uerè pios & hypocritas, quorum illi offerunt Deo grata & accepta bñficia: hi uero impij hypocritæ in externo cultu

IN EPIST. DOMINICA II

occupati sine fide simulant se fratres, & in omnibus uolunt uideri amicè agere, donec Abeles pios & synceros fratres è medio tollant.

Veniunt igitur hic probè meditando causa, quæ dicitur pax Ecclesiam, & soluunt charitatem inter fratres, hæc non sunt remota, si animaduertas in qualitate sacrificiorum Abelis & Caini, quorum uterq; offerebat sua dona, nisi quia alter ex fide, alter ex impietate animi sacrificabat, in cultu externo pares, in uotis imparcs. dñi alter suo sacrificio exauditur, alter negligitur, sequitur itaq; externū cultum, ritus externos, aliaq; cæremontas præcipuam esse occasionem, quær charitas inter fratres rumpatur, & quær unus alterum odio habeat, unde tandem interitus uerbi.

Fratres qui hodie ab Ecclesia rursus desierunt, nõ ex alia occasione moti fuerũt, nisi quia in externo cultu cæremontisq; externis à nobis dissentiebant. Item propter uitæ quædam opera, uel quia nostri externos illos cultus, quos ipsi uolebant, non seruabant, uel non æquã liter sanctè uel quia inutiles esse putabant, ut in Ecclesia instituerentur. Et papistæ sanè hodie facile nobiscum de fide iustificante coirent, si modo approbaremus & recipere illorum cæremontias externas, sæpe etiam impii: at cum uident se suis externis cæremontis negligens ab omnibus suis ingra. is Deo cultibus, teste etiam ipsorum conscientia, disirahi. Hinc malunt Abelem piũ pro-

re, quàm ut illorum ceremoniarum periculum patiantur.

Veniunt idcirco hoc in loco diligenter admonendè prædicatores, quo euitent causam istam propter exterius nos cultus accidentem, qua perturbatur Ecclesia, & soluitur plerunq; charitas. Siquidem hæc ut soluatur, non alio utitur feliciori medio Satan, quàm externorū rituum dissensione, qua præsentæ, nõ est disputandū de interitu uerbi. Exempli loco sunt hodie Anabaptistæ, Campanistæ, & alij id genus furiosi apostatæ, qui relicta sana doctrina, ex mero odio, tantū propter leuissimas res, easq; externas, ab Ecclesia desciuerunt, nouaq; & hæretica dogmata spargere cœperunt.

Idem igitur ne & accideret in Ecclesia sua, summa diligentia adhortatus est Ioãnes ad charitatem, et dissuasit odium inter fratres, adducta simul causa odij in exemplo Abelis & Caini, alterius iusti, alterius iniusti. Abelis imitatores Apostoli subinde synceros fratres appellant. Caini secutores falsos fratres, à quibus cauendum esse suadet Paulus passim in suis epistolis. In posteriore ad Corinthios cap. 11. In catalogo suarum persecutionum anxie queritur de periculis à falsis fratribus perpetratis, quibus sine dubio utitur Satan ad tollendum purum uerbum, & usus est à principio mundi.

Contra tanta mala hac epistola munit nos Ioãnes ipsa charitate, quæ seruata in Ecclesia mirificè alit sinceram doctrinam. Et quia Ecclesia ab initio mundi

IN EPIST. DOMINICA II.

semper habuit suos Abeles & Cainos, & hodie cum suis Abeles, quare non est sollicitandum de Cainis, qui ut si fratres persequantur Abeles pios. Hi autem ne abiciantur animos, solatur eos Ioannes, quòd sciant se translatores se è morte ad uitam. hoc est, quòd sint filij Dei dilecti, quorù est uita: de hac uero ut sint certi, uult suos ad quos scribit Ioannes, diligere proximum in signum translationis ex morte ad uitam ueræ.

SUMMARIUM LOCI.

- 1 Veræ Dei cognitionis signum est, uerâ iusticiam, iustum esse, & diligere proximum.
- 2 Corde diligendus est proximus, ut seruetur, non ut perdat, quemadmodum Cain Abelem fratrem perdidit, quo loco & causa ois persecutionis in Ecclesia notatur.
- 3 Summa consolatio est in persecutione, scire nos esse filios Dei, translatores è morte ad uitam.
- 4 Mortui sumus & homicidæ Caini, cum non diligamus fratrem, quantumuis interim gloriamur de uerbis dei cognitione, & translatione facta per Christum è morte ad uitam.
- 5 Adeo diligendus est proximus, quod exemplo Christi pro illo in necessitate animam ponere debeamus.
- 6 Non iuuare proximum cum possimus, certissimum est signum nos à Deo non diligere.
- 7 Forma charitatis in hoc consistit, ut non lingua, sed opere & ueritate diligamus proximum.

Omnis qui non.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus signa seu opa testimonia alia tractat, unde in nobis uera dei cognitio cognosci debet, que non hoc facto aut alio, neq; his atq; illis ceremonijs cognoscitur, sed tantum ex duobus illis signis seu opibus, que hic prescribit Ioanes nobis, uidelicet, ut simus uera iusticia iusti, & diligamus proximum, horum aut nihil prodest alterum sine altero. Qu. n. diligit proximum sine eo, & simul uera iusticia iustus sit, is in uanum currit, sicut & ille, qui opinatur se iustum esse, et interim negligit proximi dilectionem, que est finalis iustificatiōis causa seu res cognata, is seipsum decipit opinione uana in conspectu dei. Est aut iustum esse, non his aut illis operibus preeditum esse, sed est fide apprehendere promissionem in Christo, & sic imputatiōe ex mera dei misericordia iustificari. Et qui sic iustus est, is potest postea etiam proximum uere diligere. Siquidem Christus fide apprehensus donat spiritum sanctum & generat in nobis dilectionem ueram, qualē describit Apostolus 1. ad Timoth. 1. Docet igitur primus hic locus duo precipua Christianismi nostri capita, seu signa, ē quibus uere Christiani cognoscimur. Alterum ut simus uera iusticia iusti; alterum, ut diligamus proximum. Prudentiæ est in Ioanne duo hæc capita Christiani misericorditer coniungere, quorum alterum sine altero non placet Deo.

Omnis qui non est iustus.

IN EPIST. DOMINICA II.

In Græco est: *ὅτι μὴ ποιῶν δικαιοσύνην*, quæ si uertas, sonant: Omnis qui non facit iusticiam: pro quo Lutherus legit ppter uitandos malos errores: omnis qui non est iustus. Nam aduersarij ueritatis, statim ubi inueniunt in scriptura uerbum facere, illud ipsum ad iusticiam trahunt, quasi uera iusticia talis res sit, quæ operibus externis paretur, manibus & corpore præstetur. Est, legas: Omnis qui non facit iusticiam, posita causa pro effectibus, nec sic potest ex hoc loco operibus tribui iusticia. Ioannes simpliciter hic dicit: qui facit iusticiam, ex Deo est. non dicit: qui facit iusticiam, iustus coram Deo est.

Non est ex Deo. Non uerè cognoscit Deum.

Et qui diligit.

Vides hic separari dilectionem proximi, & ueritatem iusticiam, quæ duo si unum essent, Ioannes non separasset eas.

Quoniam hæc est.

Ætiologiã adiicit Ioannes ab initio prædicationis sue q. d. q. proximum diligere debeat, hoc nunc primum nunc dico, sed sic docui uos ab initio prædicationis meæ.

Non sicut Cain.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus occupatione quadã annectitur præcedenti, nam statim, quum proponitur diligendus proximus, quæri solet dilectionis forma, de qua agit hic locus unã cum septimo sequenti. Vult ergo Ioannes nos sic diligere proximum, ut dilectio nostra nihil contineat

mune habeat cum Caino, hoc est, cum impio mundo, cuius typus est Cain. Mundus diligit, quia diligitur, et quia commoda accipit inde, amore prosequitur alios, seruat in diligendo circumstantiarum respectum, quæ omnia hic damnat in Exemplo Caini Ioannes, & uult nos uerè proximum diligere ex corde, non hypocritice, sicut Cain diligebat fratrem suum, quem amicis uerbis uocabat in agrum, ut eum postea occideret. Horribile autem dictum est, tanta mala oriri inter fratres.

Secundo monet hic locus de causa persecutionis inter fratres quæ est: animaduersio cultus grati deo, quem cū uident impij hypocritæ placere Deo, indignantur Abelibus, donec eos & tollant è medio, sub ea spe, q̄ credant postea melius consultum suæ hypocrisi.

Tertio notat hic locus finalem hypocrisis causam, quæ est occidere et perdere pios. Similia exēpla habes in Herode Mat. 2. & in Iuda proditore, quia osculando perdidit Christum.

A contrario autem docet nos hic locus de finali effectu, dilectionis in uerè pijs, qui est seruare proximum, nō perdere exemplo Cain.

Cainus typus est totius regni hypocritici in externis cultibus sine fide occupati.

Qui ex maligno est.

Hoc est, qui non potuit ferre fratris sui sacrificia magis arri dere Deo, quam sua ipsius. In græco est: *ἐκ τοῦ*

IN EPIST. DOMINICA II.

ῥωνος ἡρ, sonat uero *ῥωνος* calumniatorem seu puer sum, qui omnia rapit in deteriorem partem, oīaq; inuidiose interpretatur & accipit, cum uidet se non tantū existimari atq; alios.

Et occidit fratrem suum.

Effectus hypocriseos Cainæ, cædes et persecutio proximi.

Et propter quid occidit eum.

Causam necis addit, sanè nō sine magno mysterio, ut inculcet nobis causas omnis persecutionis in Ecclesia inter fratres. Sunt uero illæ causæ, propter quas soluitur charitas inter fratres, & oritur persecutio, odium & inuidia ex cultu externo, cæremonijs & donis, quib. unus præ alio donatus est in Ecclesia, cōtracta. Opera ipsius sacrificium uocat, quod obtulit Abel ex fide Deo. Caini opera iniusta erant, quia fiebant impio animo.

Ne miremini.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quia à principio mundi sic comparatū fuit, teste Abelis exemplo, quod pij ab impijs sint persecutionē, igitur Apostolus tertio hoc loco ad patientiam hortatur, in persecutione, ne abijciamus aīos, quia uidemus nos ab impio mūdo affligi, nec temere adhortatur Ioānes ad patientiā, nam ardua res est in cruce subsistere posse aliquem, ne desperet, aut ad minus dubitet de ueritate uerbi, propter aduersos euentus undiquaq; circa eum ludentes. Et præter quod in hoc loco horretur Ioēs

ad patientiã, simul & cõsolatur oēs in cruce propter ueritatem cõstitutos, summo illo bono, quod acceperunt ex uerbo, nimirũ quòd ex morte translati sint in uitã, et iã sint dilecti dei filij, ad quæ commoda non possumus omnes totius mundi persecutiones conferri.

Ne miremini.

Sicut plerũq; in cruce fieri solet. De admiratione mo-
net, qua itur postea etiã ad dubitationem de ueritate uer-
bi, ad desertionem uerbi, & alia mala.

Nos scimus.

Ineffabile solatium est, scire nos iam uiuere deo, et si co-
ram mundo mortificemur quotidie, tanquam oues, quæ
occiduntur ad uictimas. A cõtrario magni est horroris,
mundum persequentem mortuum esse.

Quoniam diligimus fratres.

Id quod signum est translationis nostræ.

Qui non diligit fratrem suum, ma-
net in morte.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus quartus à contrario per incommoda dehor-
tatur ab odio fratrum. Tales enim, qui non dili-
gunt fratres, illi adhuc homicidæ sunt & mortui, quan-
tumuis interim gloriantur & iactent se de uerbi cogni-
tione, et reformatione facta per Christum ex morte ad ui-
tam. Docet ergo hic locus non esse regeneratos dei filios,
qui nõ diligunt pximũ, imò tales adhuc mortuos esse. Si

IN EPIST. DOMINICA II.

quidem regenerantur ad nouã uitã & opera bona, quæ
lia postrema nõ sunt in secunda tabula charitatis opera.

Manet in morte.

Nondum resurrexit à morte cum Christo ad nouam
uitam, ad Rom. cap 6.

Omnis qui odit.

Odium ponit pro omnib. malis adfectibus, quibus sol
uitur charitas.

Homicida est.

Si non opere externo, tamen corde.

Vitam æternam in se manentem.

Quæ ad tẽpus uideri potest adesse ppter hypocrisin.

Per hoc cognoscimus charitatem.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus hortatorius est ad charitatẽ pro
ximi, ab exemplo Christi, quem ideo Ioãnes ad
exemplum imitandum proponit, ne nos nouã diligendi
proximum formam excogitemus nobis, sic enim fieri so
let, ut quando audimus proximũ diligendum esse, accu
rimus statim, et hic sibi hanc formã diligendi, alius aliam
sibi fingit. Hæc anteuortit loës, & Christum in exemplũ
proponit imitandi, qui non leuiter amauit nos suos frã
tres, sed etiã cũ periculo uitæ, ita & nos non obiter tã
tũ diligemus pximum, uerum postulante necessitate, etiã
non dubitemus animam pro salute proximi ponere.

Per hoc cognoscimus charitatem.

Scilicet Christi erga nos, & qualis nostra charitas esse debeat.

Quod ille animam,

Exaggeratio uehementis charitatis Christi ab effectu.

Ponit hic postremum charitatis effectum ipsam uitam,

pro omnibus alijs charitatis operibus, quibus debet diligere exemplo Christi, proximus.

Animas ponere.

Neceſſitatis tempore quæ uis etiam pericula nomine proximi subire.

Qui habuerit substantiam.

EXPLICATIO VI. LOCI.

Sextus locus continet unum quendam charitatis fructum, qui est, nostris bonis iuuare proximum: quæ quomodo & quatenus in proximum distribuenda sint, partim hic Ioannes docet, cum ait. Qui habuerit substantiam: ergo qui non habent exempti sunt à præcepto Ioannis: partim Christus ab exemplo patris sui cœlestis monet Lucæ 6. Estote misericordes, sicut pater uester, qui in cœlis est: extat & forma distribuendi nostra bona. Mat. 6. Item ad Corint. 2. epistola capite 9. Non ut alijs relaxatio sit, uobis inopia. Beneficentia quoq; ubi adest in proximum, certissimum signum est, nos uicissim diligere Deo, et Deum uicissim nobis bene uelle. Econtra ubi abest, nihil magis credendum est, quàm deum non diligere tales neq; illis bene uelle, qui non iuuant proximum.

Et clauerit uiscera sua,

Quibus

IN EPIST. DOMINICA II.

Quibus tamen commouetur aliquis ad commiserationem, & ad uiuandum proximum.

Quomodo charitas Dei manet in eo? Quomodo is possit uicissim à Deo diligi? & quomodo possit Deus tali uicissim bene uelle?

Filioli mei.

EXPLICATIO VII. LOCI.

SEPTIMUS locus totus est de forma dilectionis, ut proximum non tantum lingua, sed potius opere et ueritate diligamus. Paulus hanc formam dilectionis exponit. Ad Timot. 1. Veritatem opponit hypocrisi. Cor lingua.

IN EPISTOLAM PETRI I. CAP. III. DOMINICA 3. à Trinitatis.

HÆc epistola non est difficilis, modo obseruetur ordo totius scripti à Petro elaborati, qui cum antea docuerit in quibus articulis salus nostra consistat: porro docet nunc quomodo ciuilitate uiuendum sit, ne sub Euangelio insolenter uiuamus, quemadmodum (prohibitorum dolor) etiam hodie fieri solet, sed ut quisque in suauitate catione maneat, & suum officium in ea diligenter exerceat: ubi autem interea aliquid accidit, illud quisque bona dei uoluntate euenire credat, in spe certa, quod ali quando liberetur. Item, docuit Apostolus in precedentibus

tibus, quomodo si ij parentibus, uxores maritis, serui
 dominis, & subditi suis Magistratibus obedire debeant:
 nunc autē in hac episto. a monet prædicator de suo of-
 ficio, quomō hi erga suæ fidei cōmissos auditores agant,
 ut cuncta rectē in Ecclesia administrantur. Vult uerō ut
 prædicator modestē se gerāt erga suos, nec dominētur
 in eos, nec tyrannide aut ferocitate opprimant, seuientes
 in suos auditores pro imperio & libidine, nihilq; nō im-
 ponentes conscientijs, quo eas grauent & c. imō à con-
 trario uult ut pascant gregem Christi fideliter, curā illo-
 rum agentes, nō coacti, sed propenso atq; uoluntario ani-
 mo, nullum dominum in oues Christi exercentes, à quo
 uic o & Apostolus. ad Cor. cap. 1. se alienum esse testa-
 tur. Ego uerō testm Deum inuoco in animam meam, q̄
 parcens uobis nondum uenerim Corinthum: non q̄ do-
 minemur uobis nomine fidei, sed adiutores simus gaudiij
 uestri, nam fide statis.

Cæterum ne prædicator in molestissimo suo officio
 desperent, subiicit Petrus quasdam cōsolationes à spe fu-
 turorum præmiorum: scilicet futurum aliquando, ut im-
 marcescibil. in uitā ac nō peritura gaudia accipiant. Hæc
 unica solatia uult prædicatoribus esse contra molestias
 in suis officijs, & contra ingratitudinem suorum audito-
 rum, quæ semper tanta esse solet, quanta nunquam aliās
 maior, quando purē prædicatur uerbum, tum nihil mi-
 nus curatur, quā seduli pro suo grege prædicatores.

IN EPIST. DOMINICA III.

Sed ideo tamen non est abijcienda uocatio & ministerium uerbi, uerum apprehendendum est remediū illud, quod in hodierna epistola post se reliquit Petrus omnibus fidelibus prædicatoribus.

His expeditis transit Apostolus ad iuniores, & docet eos quomodo presbyteris obtemperare debeāt. Vocat uero iuniores, qui in Ecclesia non docent, nec habent publicum aliquod ministerium, siue nunc illi iuuenes uirili sexu sint, siue iuuenulæ.

Debent itaq; cūcta sic fieri in Ecclesia, ut iuniores audiant presbyteros docentes, instituentes, corrigentes, admonentes in omnibus. hoc ubi fit, non habemus opus ciuili maagistratu neq; licitor. b. & c. Et ne quis nascitur hic mihi obijciat potestatem Papæ quare illi non præbeamus obedientiam? Respondeo. Petrus hic non loquitur de Papa, neq; de Cardinalibus alijq; ociofis uentribus, sed de illis loquitur, qui præsumunt in uerbi ministerio, quiq; pascunt gregē Christi, et fideliter instituunt in ueritate. Quare et hic Apostolus uult iuniores obedire presbyteris, non quia ætate sunt seniores, aut quia plura dona habent, sed officij causa: item, non ligantur iuniores ad obedientiam erga presbyteros adeo, quod cum iuniores aliquid melius intelligant, aut maiora dona habeant, eandem proferant: unde et Petrus inquit. Omnes inuicē subiecti & presbyteri iunioribus. Nam ætas non alligat ad obedi-

aliam sed doctrina.

Porrò quia Petrus hic propriè de spirituali, ut ita lo-
 quar. obedientia disputat, quam quisq; iuniorũ debet pre-
 sbyteris in doctrina sincera ambulanti- in regno Chri-
 sti, ideo diligenter spiritualis regni magistratus à civili
 separandus est: item obedientia erga prædicatores, ab o-
 bedientia erga magistratum. Si quidem hic non ualet ar-
 gumentum. In spirituali regno iuniores anteuertere seni-
 ores possunt, ubi habent maiora dona: idcirco & in ciui-
 li regno iunioribus licet anteuertere seniores: quod qui-
 dem argumentum in speciem plausibile, multas seditio-
 nes nostris temporibus excitauit.

Postremo quia Petrus præcipit de obedientia: simul à
 contrario humiliationem subiicit, ut causam obedi-
 tiam. n. bene obeditur, quãdo quisq; in natã suam in-
 flationem deponit, qua quis in animo inflatus est, et cre-
 dit se scire omnia: unde postea aliorũ contemptus, contẽ-
 ptiones, odia & nulla non uitia alia quæ successu tempo-
 ris ipsum uerbum sincerum tollunt, eiusq; in locum cõ-
 stituunt horribiles sectas: ubi uero adest animi humilia-
 tio, ibi quàm optimi sequuntur fructus, ut nos inuicem
 honoremus, magnificiamus, alter alterum prosequatur
 benignis operibus & uerbis &c.

S-VMMARII LOCI.

1 Mutua obedientia inter Christianos esse debet.

IN EPIST. DOMINICA III.

2 Ut spontaneam obedientiam inter se Christiani do-
re possint, humiliatione animi opus habent, quæ est spot-
taneæ obedientiæ causa.

3 Sobrietas & uigilantia optima remedia sunt contra
aduentum Satane.

4 Satanam sola fides pellit.

5 Vnicū et ualidissimū solatiū piorum est in adflic-
tione, ut sciant se communi oīum fratrum sorte pati.

6 Solus Deus qui uocauit ad gratiā pios, seruat quæ
que eos ne in cruce pereāt aut succumbant.

Similiter Adolescentes.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus de mutua obedientia est, quæ ut oīs
in commune Christianos decet inter se, ita maxime
iuniores erga suos maiores. Occasio autem cur moneret
Petrus de obedientia, non est temeraria: nam sic fieri
solet, quod sub sinceri uerbi prædicatione, ipse Satan
omnia sursum deorsumq; commisceat, adeo quod pro-
sus nemo amplius aut discere uelit, aut ab alio moneri
aut obtemperare alter alteri. Est autem Satan huius ino-
bedientiæ autor, qua utitur tanquam medio ad perden-
dum uerbum: nec scio etiam, an Satan possit ullo alio fe-
liciori gradu uti ad submouendum uerbum, quam ut obe-
dientiam tollat, & omnes homines inobedientes faciat,
ut ex philautia, seu inflatione persuadeant sibi, se id oī-
mne & scire, & scire posse, quod sui seniores: hinc con-
temp-

Tempus eorū, qui præsumunt in uerbo: hinc se et, hinc in si-
 nua alia mala, quæ uero ut uideatur, mox et hic Petrus de
 obedientia, quæ non solum ad eos, qui præsumunt in Eccle-
 sia, pertinet, sed etiam erga magistratum, dominos & he-
 ras, ut unaquæq; uocatione. Sic discipuli iuniores sunt su-
 orum præceptorum: filij parentum, serui dominorū etc.
 De quorum omnium obedientia supra specialiter docuit
 Petrus, id quod nunc in genere repetit.

Iuniores.

In quaq; uocatione. Iuniores sunt hic, quibus nihil ad
 huc publici officij commissum est.

Subditi estote.

Cum reuerentia quadam, non obiter tantum.

Senioribus.

Qui præsumunt in quaq; uocatione.

Omnes mutuo subiecti sitis.

Formalem causam obedientiæ per occupationem sub-
 ieci Petrus, & docet quomodo obediendum sit, scilicet ut
 alter alteri subiiciatur. Prohibet igitur seniorum priua-
 tum et tyrannicum dominium ac imperium in iuniores
 qui etiam audiendi sunt in rebus dei: in ciuilibus, ut dixi,
 aliares est, quare & oportet hic diligenter se parare spi-
 rituale regnum & ciuile, ne iuniores inde accipiant occa-
 sionem agendi temere contra suos seniores in regno ciuili.

Et connectentes humilitatem.

EXPLICATIO II. LOCI.

IN EPIST. DOMINICA III.

Secundus locus est de humiliatione animi, quæ spon-
 taneæ obedientiæ & subiectionis inter Christianos
 causa est, quæ ubi abest, non diu durare potest obedi-
 tia, quæ sola animi humiliatione conseruatur. Et quia hu-
 miliatio res odiosa & molesta est carni, et, ut ita loquar,
 crux quædam, idcirco adspersit Petrus consolationes quor-
 dam, quibus erigit infirmas consciencias, ne, quia con-
 temptæ sunt in mundo, et humiles coram illo, desperent
 aiosq; despondeant, quapropter certò futurum aliquan-
 do promittit, quòd Deus humiles in gratiam æternamq;
 gloriam positurus sit. Huic contrarium est uicium, elati-
 tio animi, quæ inflati insolentes redimur & inobedien-
 tes contra nostros maiores, arbitrames nos æquè peritos
 esse & aptos ad presbyteratus et matoratus officia, atq;
 illos &c.

Sed quid in græco est: ἡ ταπεινοφροσύνη ἐν
 κοιλίᾳ αὐτοῦ, animi humilitatem innodate, uel conu-
 ctite: intelligendus est hic Petrus, q; loquatur de animi hu-
 militate, quæ est uerus timor dei, quo territæ iudicio dei
 cōscientiæ propter peccata, abiectum omnem suam fidu-
 ciam suarum uirium, suæ sapientiæ &c. Et hæc humilis
 at o causa est ciuilibus humiliationis, quæ nō contēnimus a
 lios præ nobis. Qui enim ex animi humiliatione non au-
 det oculos ad Deū eleuare, is neq; audebit proximum eō-
 temnere. Humiliationē animi opponit hypocriticæ &
 fictæ. Nam satis nō est foris obedire senioribus in specie
 nq;

nisi & id corde facias, & in ueritate.

Connectendi uoce utitur, ut ostendat oim humiliatio-
nem, non ut unus humilis sit, alter inflatus.

Quia Deus superbis resistit.

Causam subijcit ab utili, qua studet nos prouocare ad
humiliationē animi causam obedientie, quia inquit: De-
us superbis resistit, humilibus aut dat gratiā. Quia deus
resistit superbis, hac causa uult deterrere Apostolus à su-
perbia seu inflatione, idq; à periculo. Superbiam primū
ut animi uiciū opponit Petrus humiliationi animi, de in-
de superbiam externam humiliationi externae. Superbia
animi hic pprie est, qua inflati nemini cedere uolumus,
sed oia pro arbitrio habere ratissima. Hoc uicium super-
biae hodie mirificè regnat inter quosdam praedcatores,
qui relicto sincero uerbo, inflati spiritus disturbāt oia.
Dauid diligenter orat, ne dñs permittat illi uenire pedem
superbiae.

Humilibus autem dat gratiam.
Illorum miseretur Deus, illis benefacit, illos tuetur,
atq; protegit. Exempla ubiq; aperta sunt in scripturis,
tam de poenis elatorum spirituum, quam de humilium p-
tectione.

Humiliamini igitur.

Petrus diligenter urget humilitatem animi cōtra su-
perbiam, nam haec nobis innata est à natura, nec .n. ali-
ud sumus à natura, quam ipsissima superbia, ab omnis su-
perbiae patre diabolo. Est autem humiliari sub poten-

IN EPIST. DOMINICA III.

ti manu dei, scire nos obedientiae cultum non hominibus, sed ipsi Deo exhibere, et unicum solatium hoc nobis esse debet, ut sciamus nos obediendo non tantum hominibus placere, verum et deo ipsi. At obijcis: Quis non optaret deo obedire? Respondeo: Bene est. Colimus uero deum obedientiae cultu, quando proximum nostrum honoramus obedientia, quem Deus honorandum praecipit.

Ut uos exaltet.

Consolatorius locus, quo solatur Petrus nos in humilitate constitutos, scientes futurum aliquando ex humilitate exaltemur. Manus igitur Dei perpetuo contemplanda est, qua scimus nos aliquando liberatum iri.

Cum erit opportunum.

In graeco est: ἐν καιρῷ, id est, in tempore opportuno non quando nobis uidetur, certa sequetur nostra exaltatio.

Omnem sollicitudinem.

Hoc est, commendantes deo uestram causam, qui persequatur et curabit pro uobis. Cura non deficiet nos, sed non nocebit. Mundus est contra in cruce desperat.

Quoniam ipsi est cura de uobis.

Aetiologia à prouidentia Dei. Locus contra Epicureos negantes prouidentiam Dei.

Sobrius estote.

EXPLICATIO III. LOCI.

ET quia nihil aequae odio prosequitur Satan, quam mutuam obedientiam, et subiectionem in Ecclesia.

monet nunc Petrus. ut sobrii simus & uigilemus, ne concordiam nostram disturbet. Damnat ergo hic locus tertius securitatem, qua præsente, uenire solet diabolus inimicus noster, teste etiã parabola de seminante Mat. 13. Sed dormientibus uenit inimicus &c.

Estote sobrii.

Tam in doctrina, quam in uitæ moribus.

Et uigilate.

Estote prudentes tam in doctrina, q̄ in uitæ moribus.

Quia aduersarius uester.

Adiicit causam à necessario. Vester emphasin habet.

Nã mundũ nõ admodum agitat Satan, qui aliq̄ eius est.

Leo rugiens.

Comparatio à leone, qua exprimit Petrus fortitudinẽ studium, & desiderium Satanæ, ut deuoret nos.

Obambulat.

Studium, sedulitatem, & indefatigationem notat in diabolo &c.

Quærens.

Finis insidiarũ Satanæ, deuorare nos. Deuorare est prorsus perdere. Postremus effectus positus pro infinitis alijs nocendi generibus.

Cui fortes resistite fide.

EXPLICATIO III. LOCI.

DE Satana aduersario nostro, sicut auditum est haftenus, nullum erit dubium, quin extremas suas

IN EPIST. DOMINICA III.

uires tētaturus sit, ut deuoret, quare porrò docet Petrus
 quarto hoc loco, quomodo diabolo, ubi accesserit nos
 molestare, resistendum sit, qui cum existat spiritus, nō po-
 test externis armis fugari, fide itaq; fugandus est Satan,
 & firmiter fide adherendum Christo domino & uictori
 ri Satanæ.

Fortes.

Prohibet inconstantiam dubitationem et hæsitantiam,
 quibus cum rebus non potest etiã fides subsistere. Damna-
 tur opinio monachorū de fide cū dubitatione existente.

Scientes.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus consolatorius est cōtra scandala
 crucis et tentationū, quibus aduersus nos uictor
 tur Satan, ne credamus nos solū tentari & affligi, sed id
 ferre nos cōmuni oīm fratrum sorte, qui credunt uerbo.

Deus autem omnis gratiæ.

EXPLICATIO VI. LOCI.

Sextus locus quoq; consolatorius est contra crucē,
 et tentationes, ut sciamus Deum, qui uocauit nos ad
 æternam suam gloriam, nos aliquando liberaturū, et nō
 permissurū tentari nos ultra uires, et ubi permittet, tamē
 ipse perficiet nostras tentationes, & in illis confirmabit,
 corroborabit et stabiliet nos, ne pereamus aut succumbā-
 mus.

Deus autem omnis gratiæ.

Qui in tentatione et seruire et liberare ex illa potest.

Conclus.

Concludit Apostolus epistolā à uoto, seu deprecatione.

In æternam gloriam.

Hanc opponit caducis aſſertionib. et tentationibus.

Paululum passos uos ipse perficiet.

Forma liberationis, quæ consistit, in perficiendo, confirmando, fulciendo roborando & stabiliendo.

IN EPISTOLAM PAV

LI. AD ROM. CAP. VIII.

Dominica à Trinitatis, quarta.



Odierna epistola difficilis est, cū propter uerba, ū ppter res ipsas. Est tñ summa præsentis eplæ, futurū aliquñ, ut ex mortali hoc corpore liberemur, in quo præter miseriaſ & calamitates nihil aliud

experimur, id qd' etiā sæpe sapientissimi huius mūdi conuesti sunt, credentes nullū aīa. æquē infelix et calamitosum, atq; hoīem. Vnde et Plinij nobilitata sentētia: Optimū est nō nasci, aut q̄ ocissime mori. Causa aut huius sententiæ, et similiū ab ipsa experiētia pmanuit, cū uiderēt philosophi hominem natura nihil scire, nō ingredi, nō eſſe, neq; aliud quicquā operis ex se facere posse, quā miserere, nisi edoceretur ab alijs hoībus. Fecit et philosophos ita queri de calamitate hoīs, q̄ multi ex illis crediderunt aīam simul cū corpore interire, neq; esse post hęc uitā aliā.

IN EPIST. DOMINICA III.

Nos ergo si uoluerimus philosophos simpliciter scire, qui, nemo seruabit se, quin in eandem opinionem cum philosophis incidet, & quæuis animalia præferet ipsis hominibus. At nos, qui uolumus Christiani esse, alia decet ratio, diuersa à iudicio sapientum mundi, in uerbo fundata, quod solū nos solari potest contra humani generis calamitates: docet. n. pios non ideo dici calamitosos, quia patimur, sed beatos eo nomine illos dicit, hæredes dei, & cohæredes Christi, sicut paulò ante hodiernam epistolam dicit Apostolus. Siquidem cum eo patimur, ut & unà cum illo glorificemur: Item, docet uerbum, animam non simul cum corpore interire, sed post hanc uitam fore æternam, à qua solatur hodierna epistola omnes pios in hac uita calamitosos. Debet itaq; hæc epistola referri ad articulum fidei de resurrectione ad uitam æternam.

DE OCCASIONE præsentis Epistolæ.

Ceterū ut occasionem huius epistolæ uobis certam atq; apertam exhibeam, connectenda sunt præcedentia cum sequentibus. Apostolus in superioribus per totam epistolam docuit nos iustificari fide, & ne Romani, ad quos scribit, de hac re dubitarent, fecit spiritum sanctum arrabonem & confirmatorem, qui faceret eos certos de iusticia ex fide, et de rebus cognatis iusticiæ, ut puta, quod essent filij dei, hæredes dei, & cohæredes Christi, per adoptionem Christo suscepti. Post quæ sequitur sententia. Siquidem cum eo patimur, ut & glorificemur. Quod filij dei sumus hære

heredes dei, & cohæredes cum Christo, qui fide sumus
 iustificati, nullū est dubium, sed quia tales effecti, nō sta-
 tim morimur, neq; hereditatem statim à facie ad faciem
 accipimus, imò adhuc manemus in mortali corpore, igitur
 multa interim pati nos oportebit, non temere, quem-
 admodum mundus patitur suam crucem, uerum exem-
 plo Christi, qui cum non potuerit ad æternam uitam at-
 que gloriam ingredi sine cruce, quare eadem fortuna &
 nobis subeunda erit, ut ad æternam uitam ac gloriam
 transeamus. Firma enim stat sententiā. Siquidem cū eo
 patimur, ut & cum eo glorificemur. Hinc & nullus in-
 ter Christianos status esse potest, qui cruce careat, quæq;
 enim oportet habere crucem suam, siue nunc priuatā, si-
 ue publicam. Quæ igitur cum sint certissima, ideo ut Ro-
 manos, & sic nos omnes à desperatione uindictet, ne pro-
 pter crucem succumbamus, aut prorsus desperemus, sub-
 iicit Apostolus ingentes consolationes ab argumentis se-
 prem fortissimis, quorū tria absoluit in præsentī epistola.
 Vnum est à præmijs æternæ uitæ, quæ sequetur exēplo
 Christi adflictos post hanc uitā. Secundū ab exemplo u-
 niuersalitatē oīm rerū, ut cōmuni oīm creaturarum sor-
 te consoletur. Tertiū est ab exemplo illustriū sanctorū,
 qui præ alijs dona habent in Ecclesia, & qui præsumt in
 publicis officijs. Nam quòd ferimus crucem, nō ideo feri-
 mus, ut pereamus, sed ut glorificemur, nec cum patimur
 soli patimur, uerū simul nobiscum omnes patiuntur cre-

IN EPIST. DOMINICA III.

aturæ Dei, idq; propter abusum, qui est in mundo contra creaturas Dei, patiuntur etiam non infirmi in Ecclesia tantum, sed & doctores, & prædicatores uerbi, & alij qui præ cæteris pluribus donis fulgent. Et sic Petrus in priorè epla cap. 5. tota fraternitas patitur.

Insigni uero crucis extenuatione utitur Apostolus, qua facilitatem & leuitatem crucis uult ostendere, quæ nullo modo respondet futuræ gloriæ, quæ post hanc uitam reuelabitur erga filios Dei. Quis cum esset diuitis alicuius filius, dubitaret in peregrina regiõne infinita etiam pericula subire, modo sciret aliquñ se ad maximas diuitias rediturũ? Sic nunc, quis Christianus abhorreat à cruce, cum sciat se æternam gloriam adepturum, & ut cum diuo Petro loquar, uitam inmarcescibilem?

Ast neminem offendere debet, quòd hæc tanta bona æternæ uitæ non sint oculis exposita, sunt .n. longè maiora, quàm ut carnis oculis cernamur, cerio tamen sequentur omnes pios, quemadmodũ peregrinum filiũ cerio sequuntur, reuersum in patriã, sui parentis bona, siquidem dũ hic uiuimus, adhuc in hospicio uersamur, in peregrina terra, quæ relinquenda est prius, antequam ad æternam patriam pertingamus. Qui autem sortem cum Christo & omnibus sanctis communem ferre non uult, & ignorat, cur ferat, is propter calamitates, quibus plenus est mundus, uel desperabit, uel in aquam se precipitabit, uel alio atq; alio malo se conficiet.

SUMMARI LOCII.

1 Gloria, quæ manebit pios post hanc uitam longè maior est & excellentior, quàm omnes adflictiones in hoc mundo, igitur tanto bono nos solari contra adflictiones debemus.

2 Omnes creaturæ dei nobiscum patiuntur, igitur merito solari nos debemus communi omnium creaturarum sorte.

3 Omnes sancti non solū infimi, sed et donis et publicis officijs præ alijs fulgentes, ex æquo ferum crucis, igitur solari nos debemus communi fraternitatis periculo.

Existimo enim.

EXPLICATIO I. LOCII.

Locus primus extenuat nobis crucem à spe futurorum præmiorum, plenus omni consolatione q. d. Apostolus, adflictiones sanè non deficient uos in mundo, quibus agitabimini: at si collatio instituenda erit, licet adflictiones habebitis grauius mas, tamen nullo pacto erunt conferendæ ad futuram gloriam & liberationem.

Proponit itaq; primus hic locus consolationis argumentum, quo adflicti in cruce animi se erigere debent, scientes futuram glorificationem & exaltationem æternam: hæc autem licet certissime sequetur, tamen præsto in hoc mortali corpore, oculis carnis non uidetur, quanquam spiritu percipiatur atq; intelligatur ideo & adij.

IN EPIST. DOMINICA III.

adiicit Apostolus. Ad futuram gloriam, At obijcis, unde
 certificabor de futura gloria certò secutura? Respondeo.
 Vita æterna seu gloria cū est res talis, quæ in nihilo cre-
 dedit ad rationē et sensus humanos, neq; etiam ad res mū-
 di huius, idcirco ad uerbum fugiendū est, unde certifica-
 tio de futura gloria concipi potest: nam solum uerbum
 reddit nos certos de uita æterna, nō ratio, quæ uitā æter-
 nam non credit quidem, tantum abest, q; sperare possit.

Mundus in afflictionibus constitutus, nō potest se so-
 lari præ sente argumento Apostoli à præ ijs futuræ glo-
 riæ, neq; certificari de futura gloria potest, quia uerbo
 caret et dū hoc spoliatus est mundus, non solatur se fu-
 tura gloria, neq; certò credit eā certò secuturam, sed sibi
 ipsi ex afflictionibus mederi cupit, quærit liberandi me-
 dia, confugit ad rationis consilia, inquit nunc hæc nūc
 illa præsidia, quæ solatij & liberationis media cuncta ne-
 gligit Paulus, & inuisibile coram oculis carnis relin-
 quit pijs afflictis, sumptum ab æterna gloria, quæ nunc
 non uidetur, tamen certò reuelabitur erga pios suo tem-
 pore, nunc uero certè discenda è uerbo. Et hoc argumen-
 to consolationis, quo hic utitur Apostolus, nō est aliud
 efficacius, quo non tantum Christiani ex uerbo certi se cō-
 solantur, sed quo olim etiam solati se sunt illi philosophi
 qui crediderunt post hanc uitam, aliam futuram. Sic So-
 crates innocens, sicut legitur apud Ciceronem in Tuscu-
 lanis quæstionibus, cicutam ueneni hilari animo ebibat,
 dicendo

dicendo, se perire non posse: aut enim habiturum e ter-
nam uitam, aut amplius nihil passurum. Pertinet ut dixi
& amea, hic locus unà cum duobus sequentibus ad arti-
culū fidei de resurrectione seu uita æterna, confirmādū.

Existimo enim.

Ætiologia extenuans crucem, argumento à spe futu-
re gloriæ, ductum ab impari.

Passiones huius temporis.

Per contemptū à circumstantia temporis Paulus ex-
tenuat crucem, ut à circumstantia temporis & eleuet su-
turam gloriā æternam.

Ad futuram gloriā.

Gloriā opponit ignominie in cruce. Illustranda sunt
hæc exemplis. Quis enim non libenter ferret ad breue tē-
pus, sicut Petrus cap. 1. ait: crucem, qui sciret se aliqñ re-
gnum possessurum.

Quæ reuelabitur in nos.

Quæ oculis non est exposita. Mundus si futuram
gloriā palparet, aut oculis carnis uideret, sine dubio,
aliquid pateretur, gaudet enim præsentibus, & rebus sen-
sibus expositis: at quia non uidet illā gloriā, ideo auer-
satur crucem, qua itur ad gloriā. Reuelationem intelli-
ge, quæ continget, dum dabitur à facie ad faciem cogno-
scere uitam æternam et possidere, interim in spiritu intel-
ligitur & capitur sub spe certa.

Refert & hic scire Apostolum futuram nostram libera-
tionem

IN EPIST. DOMINICA III.

rationem simpliciter uocare gloriam, nullis additis circumstantiis, nec apertiore descriptione, quare stulte multi agere uidentur, qui de hac gloria, nescio quos thronos, sedes, gradus, hierarchias fingunt atque refingunt.

Nam expectatio creaturæ.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus alterum consolationis argumentum aduersus crucem continet, ductum à communi omnium creaturarum sorte, hæc, testante scriptura, in nostrum usum nobis subiectæ sunt, ut seruiant nobis, id quod tamen non libenter faciunt, sed quia dominus subiecit nobis illas, Genesis 1. & 2. igitur uolentes etiam coguntur nobis inseruire.

Præterea creaturæ Dei omnes bonæ sunt, in nostrum usum creatæ, ad sustentandū pro necessitate corpus, quibus si sic utimur: bene utimur: ubi uero sic non utimur, fit quod creaturæ Dei propter nostrum abusum, patiuntur: hinc gemitus et querelæ creaturarum infinitæ, quæ omnes posthaberentur à creaturis, si illis rectè uteremur. Et quemadmodum nos iniuste et non rectè adfligimur à mundo, quando propter ueritatem adfligimur, sed nobis abutitur mundus: ita panis adfligitur, cum editur in abusu: sic & reliquæ creaturæ, quarum serè hodie à nostro abusu nulla est tuta.

At obsecro quid facimus creaturæ, quæ nostro abusu

ita miserè tractantur, num desperant? non. Verum expectant suam liberationem, qua liberabuntur olim à servitute corruptionis et ab abusu. Ita et nos facere decet, certo scientes futurum ut aliquñ liberemur ab afflictionibus, & constituamur in gloriam æternam.

Meritò nos pudeat, q̄ creaturæ dei nobis hic in doctoribus proponantur.

Nam expectatio creaturæ.

Anxia & laboriosa propter abusum.

Revelationem filiorum Dei.

De qua multis agit Apostolus 2. ad Corint. 9.

Expectat.

Non desperat, non fatigatur.

Vanitati enim.

Ætiologia abusus.

Non uolens.

Quia in bonum & necessarium usum creata.

Sed propter eum, qui

subiecit eam in spe.

Periphrasis dei, qui Ge. 1. subiugas nobis fecit omnes creaturas. Obserua per accommodationem & nos subijci vanitati & abusu à domino sub spe liberationis, item diſce hic finalem usum afflictionum, qui est, ut firmius speremus de liberatione.

OBIECTIO.

Si Deus subiecerit mihi omnes creaturas, ergo cum illis

IN EPIST. DOMINICA III.

illis agere mihi licet, ut libet? Respondeo. Non. subiecit enim tibi Deus omnes creaturas in necessarium tuum ^{ut} sum, non in abusum.

Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis.

Ab abusu, quem cogitur in hoc mundo ferre.

In libertatem filiorum Dei.

In usum filiorum Dei, nam post hanc uitam omnia elementa, omnes creaturae, caelum & terra innouabuntur et illustrabuntur in usum filiorum Dei. Posteriori Petri. Sed caelos novos, & terram nouam iuxta promissum ipsius expectamus, in quibus iusticia habitat. Consula Lutherum in locum hunc Petri scribentem.

Scimus enim.

Re ipsa experimur.

Congemiscit.

Propter abusum.

Vsq; adhuc.

Ad tempus liberationis. Paulus ut uehemens desiderium pro liberatione exprimat, uti ur parturienti uoce.

Non solum autem illa.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus tertium argumentum habet consolationis aduersus crucem, ab exemplo praedicatorum, adeoq; omnium illorum, qui praeter alios in ecclesia singularia dona habent. Dedit Apostolo occasionem ponendi hoc argumentum, communis auditorum de uulgo utriusque, suspicio, qui semper putat praedicatores & reliquos suos

suos ministros in uerbo, melius habere, quam se uulga-
 ria Ecclesie membra. Quam opinionem hic tollit Apo-
 stolus, & simul ab exemplo maiorum in Ecclesia solatur
 Romanos. Est autem usus huius loci, totam fraternitatē
 pati, cum patitur unū membrum, sicut & Petrus ait pri-
 ore Petris, cap.

Primitias spiritus habentes.

Id est, maiora dona spiritus uel inchoata. Est hic lo-
 cus periphrasis prædicatorū uerbi propria, aliās omni-
 um sanctorum singularibus donis fulgentium in Eccle-
 sia. Nos ipsi, hoc est, ego Paulus a deoq; omnes prædica-
 tores &c.

Expectantes redemptionem corporis.

Ab afflictionibus & terreno hoc domicilio. Postero-
 re ad Corint. cap. 5.

IN EPISTOLAM PE-
 TRI I. CAP. III. DOMI-
 nica 5. à Trinitatis.

Subinde tractat scriptura, quasi per uices, nunc
 fidem, nunc fidei fructus, ut declaret totū Chri-
 stianismum in his duabus partibus potissimum
 consistere, quæ quia natura unum esse nō possunt, sicut
 nec causa & effectus, quantum ad eorum substantiam
 attinet, igitur ualde periculosum est, fidem & opera cō-
 fundere, nam ex hac confusione oriuntur horrēdæ sectæ

IN EPIST. DOMINICA V.

contra ueram iusticiam quæ ex sola fide est, & sine respectu operum, quare posteaquam nunc Petrus copiose dixit de fide, iam de fructibus eius disputat, qui fidem etiam, & de præsentia eius testantur.

Est itaque præsentis epistolæ textus de bonis operibus quæ quid sint, & in quem finem à nobis fieri debeant, hoc diligenter disputandum uenit. Hactenus ergo, ut dixi, apostolus tractauit, quomodo in Christo per fidem iustificemur, nunc subiicit uera bona opera, quibus iustificati debent uitam suam instituere placentem Deo. Nihil sibi proprium operantur, quibus uult colere deum, idem faciunt & hypocritæ, sed quia hæc opera uel excogitant, uel homines ociosi & securi, sine uerbo Dei, ideo nihil sunt, nec ualent aliquid in conspectu dei, in causa peccatissimum est, quia mundus & hypocritæ fide carent, in re qua non placent Deo opera nostra etiam in uerbo scripta, iuxta illud ad Rom. 10. Quicquid sine fide fit, peccatum est, & ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Porro postquam nunc scimus, quod sint bona opera, & quatenus arrideant deo, refert iam scire, & quis scripturalis illorum usus fit, cuius scriptura passim meminit, & licet usus ille nullibi non occurrat, tamen hactenus ab impijs hypocritis non est uisus, qui sine omni scriptura testimonio adhuc hodie audent operibus iustificationem describere. Sed Petrus alium bonorum operum finem docet, qui uult nos bene operari, ut benedictionem hæret

ditatis accipiamus, & uideamus dies bonos. Et dum sic loquitur Apostolus de finali operum usu, bene loquitur: Siquidem opera sequitur certò hereditas, aliud uero est operari, ut hereditatem accipias, & aliud est iustificari ut sis iustus coram deo. Hoc necessario ut causa præcedit illad ut necessarius effectus, & res cognata sequitur suam præcedentem causam. Opera placent Deo, quia ei credis: uem displicent, quia nō credis Deo: et quia credis iustificaris, cuius iusticiæ res cognata est hereditas æterna, quæ bene operantes ex fide conueniatur propter promissionem, non ex opere operato ppter opera, imò ne propter fidem ut opus operatum. Et hæc de finali operum postremo usu. Alij adhuc sunt finales bonorum operum usus, de quibus alias diximus. Restat porrò, ut introspeciamus ordinem, quem seruat Apostolus in hodierna epistola, qui cum in præcedentibus scripserit unicuique in sua uocatione sua opera, quid uxores, quæ maritos, quid seruos, quid ancillas, heros atque heras deceat, nūc in specie specialiter dicta in præsentis epistola, ceu in summa repetit, addita cōgerie operum præcipuorum, è quibus Christiana uita firmata est, maximè autem uult pios unanimes esse & patientes, quòd hæc due uirtutes, scilicet unanimitas et patientia seruet Ecclesiã in pura doctrina, & in tranquillitate statu. Et cum sic unanimes et patientes incidant etiam in afflictiones, aut in his uersentur, ne desperent, addit Petrus solatia à spe futuræ beatitudinis.

IN EPIST. DOMINICA 7.

SVMMARII LOCI.

- 1 Verissima & optima sunt bona opera, quae charitatem iuuant & conseruant: uerum quia haec opera mala sunt carni, igitur summa patientia hic opus est.
- 2 Bona opera sequitur aeterna hereditas propter uocationem, quia ad eam uocati sumus, non quia bene operamur.
- 3 Contraria opera charitati de decem Christianos, qui displicent deo, & uitanda, quia punit deus os foros proximi, e contra diligit iustos seruientes proximo.
- 4 Iusta operantibus nemo nocere potest iure, et si quis noceat, id fit maximo illorum bono, scientes se beatos esse & uersari in eo statu, qui placet Deo.

In summa omnes unanimes.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus est de operibus, uere bonis, quibus iuxta praecipitum Dei seruitur proximo. Nam haec uel sola praeter opera primae tabulae merentur dici opera bona. His enim & uiuatur ex mandato dei proximo, & tranquillitas conseruatur. Oriuntur uero haec opera charitatis omnia, de quibus hic Petrus mentionem facit ex unanimitate, quae causa est misericordiae, ad stabilitatem aliorum operum. Siquidem ubi ego huius sum animi, aliter dicitur, ubi non possum sequi praedicti fructus, ubi autem unanimes sumus omnes, ita quod in multis corporibus, ut dicitur, unus sit animus, ubi uere diligitur proximus, ubi stabilitas exercetur, ubi non redditur malum pro malo, ubi autem

dem oīs generis charitatis fructus perficiūtur. Exempla non desunt, tam in ciuilibus q̄ spiritualibus populis.

Loquitur aut̄ hic Apostolus de unanimitate, quæ in animis consistit, non quæ in rebus externis: in his enim fieri non potest, ut oēs simus unanimes, & omnes idem sentiamus. At quæras unde pueniat unanimitas? Respondeo: unanimitas, de qua hic loquitur Petrus, non aliunde est, quam ex solo Dei uerbo, quod et est unanime, & unanimitatem parit, & unanimes facit, quod uero diuisum id qd̄ fit, quando falsus intellectus accedit, tum nō tantum res spirituales, sed & ciuiles turbantur, unde postea tot sensus, quot capita, & tot quoq; pericula, quot hominum corpora. Exempla ne uiua hodie quidem desunt. Et quale uerbum est, ita & necessaria sunt omnia opera, quæ sequuntur. Hinc pro unanimitate, discordia: pro affabilitate, morosa similtas: pro misericordia in pximū, tyrannis: pro patientia, impatientia: deniq; pro operibus spiritus, opera carnis, quæ oīa pessima uicia unica unanimitas fugat atq; propellit, sub qua floret uera charitas, et reliqui boni fructus omnes.

Cæterū unanimes esse nos, adeoq; nos reliq; bonis operibus seruire pximo, non est carnis potentia, quæ natura potius discordiam amat, quam unanimitatem, & uicia auidius, quam uirtutes, iuxta illud: Caro à natura procliuis est ad mala. Quare diuus Petrus patientiam hic requirit, quæ medetur carni, ne bona opera in pximi-

IN EPIST. DOMINICA V.
mum intermittat, aut à se prorsus rejiciat.

In summa,

In genere comp'ectitur nunc Petrus, quid omnes in
cōmune Christianos deceat. At quia hic præscribuntur
bona opera, nō statim sequitur, ea esse in nostris uiribus
ut illa igitur uerè fiant, id donum spiritu sancti est.

Unanimes.

In doctrina eundem intellectum habentes, qui iuxta
analogiam fidei formati sit. Estq; hæc animi unanima
tas, quæ ubi adest præsto, parit & unum uelle & nolle
externū, quantum permittitur unanimitas in reb. externis
in quibus non semper requiritur unanimitas, nā liberū
est, ut hic grisea utatur tunica, alter rubea &c.

Compatientes.

Patientiam inter uos mutuam exercentes. Nam paci
entia opus est ad exercitium bonorum operū, quia hec
carni sunt molesta.

Fraterna charitate præditi.

Non de omni charitate loquitur Petrus, sed de chari
tate fraterna, in qua oriri quidem possunt dissensiones
uerum diu non subsistunt. Sunt & aliæ plures circūstan
tiæ fraternæ charitatis hic non negligendæ.

Misericordes.

Proximo malè habenti & egeno succurrentes. Mis
ericordiæ uocabulo hic non significatur repentinus ad
fectus, sed uehemens & diuturnas.

Adhibe

Adfabiiles.

Et animo & externis operibus. Adfabilitati opponitur morosa & Demeaca austeritas.

Non reddentes malum pro malo.

Hactenus dicta opera fortassis in specie seruari possunt, at hic labor, hic opus est, ut laesus contra non laedas. Hic ut nullibi alio in opere magis, patientia opus est. Summa est huius operis, ferendam esse aequo animo iniuriam, & omnem uindictam esse deo resignandam.

Sed e contrario benedicentes.

Quid deceat, subijcit operi, quod non decet. Benedicere est bene loqui hic iniurioso, bene illi precari &c.

Quia in hoc uocati estis.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus puocat bene operantes ad porro bene operandū, et quia carni nihil molestius ē, quam illata iniuria obliuisci, et uindictam resignare deo, ideo isti molestiae cupit Petrus hoc secundo loco mēāri promissionē a spe prēmiorum, quae sequentur aliquando bene operantes. Duo uero docet hic locus, nostra quidem bona opera certò secuturam hereditatem uitae aeternae, & ne quis eam propter nostra bona opera coningere putet, facit diuus Petrus mentionem uocationis, Quia enim uocati sumus ad hereditatem, idcirco sequitur nos &cetera.

Quia.

IN EPIST. DOMINICA V.

*Ætiologia quur bene operandum sit, quur non red-
dendum malum pro malo, sed potius benedicendum ini-
riosis, à spe futuræ hæreditatis, quæ bene ex fide operan-
tibus, promissa est.*

Vocati estis.

*Vel per electionem antequam iaceretur fundamenta
mundi, ad Ephesi. 1. cap. uel per prædicationem Euang-
lij, quod ex fide bene operantibus promittit æternam hæ-
reditatem.*

Vt benedictionem hæreditate
accipiatis.

*Finis uocationis nostræ, qui est benedictio hæreditatis.
Benedictionem hæreditatis uocat uitam æternam per
riphrasticôs. Benedictionem hanc opponit Petrus bene-
dictioni mundi, qui pro benedictiõe putat ulciscendum
esse de iniurijs. Hæreditas ad nos spectat, non ut ad natu-
rales filios, sed ad adoptiuos.*

Qui enim uult.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertio hoc loco Petrus ponit contraria charitati
opera, qui postquam præcepit de operibus, quæ
decent pios, ut salubria, nunc de noxijs monet. Adhuc
uero huic loco Apostolus et promissiones, & cõminatio-
nes: His ut deterreat ab operibus malis contra chari-
tatem: illis ut alliciat ad opera charitatis bona. Dominus
enim iustos diligit, & benefacit eis, secus autem agentes
edificat

odit & punit suo tempore.

Qui enim uult.

Ætiologia quæ certificat nos, hereditatem secuturã bene ex fide operãtes charitatis opera, non eò spectat ætiologia, quòd propter opera sequatur hereditas. Est. n. uita æterna donum dei. ad Ro. 6. Et loquitur hic Petrus de hereditate legaliter, hoc est, iuxta morem legis, quæ promittit bene operantibus præmia.

Diligere uitam, & uidere dies bonos.

Periphrasis uitæ seu hereditatis externæ. de qua paulò antè dixit. Possunt & hæc trahi ad præsentem uitam, ut sit sensus: Qui in hac uita uult beatus esse, et iustus haberi coram hominibus, is curet, ut coërceat linguã suam.

Coërceat linguam.

Coërceat linguam, & sua labia cohibere à dolo, hæc generaliter ponuntur pro omnibus uicijs, quæ charitatem rumpunt. Coërtione linguæ uidetur alludere potissimum ad obtrectationem pessimum uicium contra charitatẽ: Per labia sine dubio intelligit hypocrisin, qua decipitur proximus.

Quia oculi domini.

Addit causam bonæ operationis ab utili, quia deus facit uet rectè agentibus cum proximo.

Et aures eius ad preces eorum.

Deus non exaudit non diligentes proximũ, Matth. 23. cap. 5. Itaq; si obtuleris munus tuum ad altare &c.

IN EPIST. DOMINICA V.

Vultus autem Domini.

Alia causa, qua deterret ab odio proximi, sumpta à iudicio dei in osiores proximi.

Et quis est, qui uobis noceat.

EXPLICATIO III. LOCI.

QUARTUS locus proponit duplicia commoda, quæ sequuntur eos, qui bene operantur: ciuilia, quia nemo potest carpere eos, & hæc est commendatio apud homines. Deinde spiritualia, quia tales sciunt se beatos esse, ut uersari in eo uita statu, qui placet Deo. Et consolatorius est hic locus, ut si quis benefaciat, et tamen iniuria obruatur, is sciat se beatum esse, non quia patitur ex opere operato, sed quia iusticiam habet, rem otiosam mundo. Excludit & hic locus meritum seu impossibilitatem crucem,

Noceat. Scilicet iure.

Sed & si quid patimini.

Correctio addita per occupationem in hunc modum. Quid si rectè egerimus, & tamen afflicti fuerimus iniuria, quid tum erit faciendum? Respondet Petrus à commo modo istius iniurie, quod est beatitudo apud Deum.

Propter iusticiam.

Non ut fur & homicida, ut infra capite 4.

Beati estis.

Bene habetis coram Deo, placetis Deo, estis dilecti Dei &c.

A TRINITATIS. 176
IN EPISTOLAM PAU

LI, AD ROM. CAP. VI.

Dominica sexta à Trinitatis.



Pistolæ huius textus difficilis est, nō tā
q̄ breuis & obscurus est, sed q̄ nō illi
us sumus adsueti: & sub regno impieta
tis nullus eius in Ecclesia usus extitit:
imò hic textus à Sophistis nunq̄ fuit ue
re intellectus: nā non obseruato scopo, trruebant in hanc
epistolam, non aliter atq̄ homines insensati, omni synce
ro intellectu spoliati: nos aut̄ paucis huius epistolæ sco
pum & occasionem indicabimus, qua cognita, oīa erunt
in præsentī epistola, faciliora.

Paulus huc usq̄ ad sextum caput docuit legem et Eu
angelium, quomodo unum cessit alteri: nimirum quòd o
portuerit esse legem, & externū Israëlis regnum, ad con
seruandas promissiones de Christo in populo certo: non
quòd lex aut opera legis conficerent iusticiam corā deo
ualentem, sed ut esset tantum pædagogia quædam usq̄
ad Christum promissum, qui deberet iustificare & saluū
ficere populū Israël à peccatis. Itaq̄ uiriusq̄ rei tā legis
quàm Euāgelij officia diligēter depingit Paulus, quo ex
mutua officiorū collatiōe, inde sui instituti basin eruat,
uidelicet nos fide iustificari in Christo Iesu sine operū re
spectu. At hæc expedita accurrat nūc stultus mundus et
securus

IN EPIST. DOMINICA VI.

securus, postquam audiuit, nos sola fide sine operibus iustos fieri. Et obijcit: Si gratia iustificamur, non opus est, ut amplius bene operemur: igitur manebimus in peccatis, quia peccatum occasio est, ut abundet gratia? Huius impiæ et securæ obiectioni opponit se Apostolus in præsentis diei epistola, atque reiicit consequentiam, quam securus mundus ad gratuitam iustificationem colligit, & negat hoc sequi. Iustificamur gratia: ergo manebimus in peccato? ergo nihil amplius operabimur? Et colligit contrarium in hunc modum. Quia iustificamur gratia, quæ modo igitur mortui peccatis, uiuimus in iisdem? Et hic uerus est ordo tractandi scripturas, & docendi in ecclesia: uidelicet. Primum bene instituere auditores uerbi de iusticia, deinde ratione bene operandi subiungere, solutis argumentis, quæ stulta ratio producit, in hoc ut securæ & ociosa uiuat. Nos qui hodie prædicamus uerbum, eundem sequimur ordinem docendi. Siquidem primum iusticie fundamentum ponimus: postea tractamus opera: tertio contrarias discutimus contra iusticiam fidei obiectiones, quæ nostro tempore non sunt pauciores, quam uel Pauli temporibus: nam maxima pars auditorum uerbi è uulgo eò labitur hodie, quod eadè obijciat: Manebimus in peccato, ut gratia abundet? item gratis iustificamur, ergo amplius non requiruntur opera.

Sed quia hæc obiectiones in speciem grauissimæ sunt: ideo non uulgares confutationes huc adhiberi debent.

Artis

Arripit ergo Apostolus in hac epistola firmissimas solutiones à pœnitentia seu baptismo, qui est signum pœnitentiæ, & ait iustificationē sine pœnitentiā nō contingere: agnus uero nostrorū peccatorū pœnitentiā, nō ut rursus ad peccata pœnitendo exuta, relabamur, sed ut peccata odio habeamus, et pro peccatis Dei uoluntatem faciamus: unde et dicit Paulus, nos in Christo baptizatos esse, & mortuos factos pœnitentiā, quo per illū, et illius exemplo surgamus, non ad peccata, quibus mortuus est Christus: uerum ad nouitatem uitæ. Nam peccatum non amplius dominabitur Christo. Et ut exemplis omnia ad periora faciamus, simile adducemus. Vt si quis te liberasset è periculo, aut ex luto extraxisset, et tu rursus ex temeritate uelles te in periculum et lutum conijcere. Sic Christus nō liberauit nos è peccatis, ut rursus in peccata prolabamur, sed ut in nouitate uitæ ambulemus, idēq; exēplo Christi.

Vnde pœnitentiæ duæ partes emergunt, quæ sunt mori in baptismo: et rursus resurgere ad nouitatem uitæ.

SUMMARI LOCII.

1. Gratuita iustificatio plerunq; parit in animis hominum securitatem & ocium ex intellectu falso.
2. Christus liberauit nos sua morte, ut daret nobis occasionem ad uitam, non ad mortem: & huius rei signum est baptismus seu pœnitentiā.

Quid ergo dicemus?

IN EPIST. DOMINICA VI.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus oritur ex gratuita iusticia falso intel-
lectu. docet uero generale illud & commune, in
naturale uicium, quo ex æquo omnes laboramus, quod
ex gratiæ uocabulo reddamur securiores, otiosiores &
ad facienda bona opera segniores: ita cõtigit à principio
mãdi, et durabit illa opinio siue ille ex opinione deficiat,
donec mundus steterit: uidelicet non amplius requiri bo-
na opera, posteaquam ex gratia contigit salus.

Sed hoc uicium sub regno impietatis non erat tam in-
frequenti usu, nec esse potuit, tum enim gratuita iusticia
prorsus obfuscata iacuit, et tantũ operibus confecti sunt
hoïes: quare etiam tũ maior operũ diligentia fuit, uehes-
mentius studium, & inde fatigabilior in operando labor.
Nunc uero renata gratuita iustificatione, quæ fide sine
operibus paratur, nemo est qui quicquam amplius opera-
ri uult, etiã uera bona opera & in uerbo præscripta, cũ
tũ sub regno tenebrarum, nemo nõ grauißima quæq; o-
pera subiret. Hanc aut̃ segnitiam ad opera bona, cũ uide-
mus, oïes quidem ex æquo admiramur, pauci uero sunt,
qui illius segnitiei causas requirunt. Sanè mirũ non fuit
superiori sæculo, oës ad opera procliuiores fuisse, cũ iu-
sticia ex operibus quærebatur, item cum iusticia in uniu-
uersum operibus uendicabatur: at hodie quæ gratuita
iusticia proponitur, nec ulterius adscribitur operibus iu-
sticiæ, igitur non est mirum, homines ad opera segniores
fieri.

feri. Nihilominus utrinque est peccatum, si modo ueritatem dicere licet. In alijs uehemens studiū pro operibus ad iusticiam peccatū fuit, nostri quoque grauius peccant, homines securi, & ad bona opera ociosi alterum tamen peccatū altero leuius est, si paucos illos spectes, quos post acceptam gratuitam iusticiam seruat deus ad bona opera sedulos. Alij solitaria operū fiducia perire nisi quos deus singulariter seruauit: nostri nisi resipuerim à uana illa persuasione de gratuita iusticia, & peribunt, & simul occasio erunt, uel ut denuo tollatur purum uerbū, & sterentibus nobis, sine dubio sua interseminabit zizania. Mat. 13. in parabola de seminante.

Postremo hæc securitas, sicut et ante ea diximus nō est noua, sed de qua etiam prophete passim sunt conquesti.

Quid igitur.

Occupatiōe anteuertit Paulus ipsos Romanos ad exēpū oīm auditorū gratuita iusticie, adfectos, qui nihil roferre credunt an opentur aliquid boni uel quomodo.

Manebimus in peccato.

Quia dicitis Paule, abundantiam delicti occasionem præbere, ut superabundet gratia?

Vt gratia abundet?

Accepta occasione ex abundantia delicti.

Qui enim mortui sumus in peccato.

Respondet occupatione Apostolus obiectioni origine trahens

IN EPIST. DOMINICA VI.

trahenti ex quinto capite, de altero legis usu, qui est ostē-
dere & augere peccatum. Nam lex inquit Paulus, subij-
to ut abundaret delictū, ut inde ex abundantia delicti ma-
gis exuberaret gratia, quibus uerbis uidetur Apostolus
ipsum peccatum occasionem gratiæ facere, & facit quibus
dem illis peccatū occasionem gratiæ, qui adhuc sunt sub
lege. Siquidem cognitum peccatum illis gradum parat ad
beundi pro gratia: uerum non sequitur, quia filijs legis
peccatum est occasio ad gratiam: ergo et filijs Euangelij
consequentia autem non ualeat, quia filij Euangelij et cre-
dentes in Christum non sunt amplius sub lege: nō legi
peccatis sunt mortui.

Qui enim.

Responsio ad obiectionem est ab incoūuenienti. Mor-
tuus non potest uiuere: sic nec mortuus peccatis, amplius
peccato uiuere potest, aut debet.

Anignoratis fratres.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus pergit obiectionem refellere argu-
mento ducto à poenitentia seu baptismo signo poeni-
tentiae, in hunc modum. Nos qui credimus in Christum,
baptizati sumus in Christum & mortem eius. Christus
est mortuus pro peccatis, et exuscitatus est ad gloriā pa-
tris, ergo & nos moriemur peccatis, & uiuemus exem-
plo Christi in nouitate uitæ. Est itaq; simplicissimus hu-
ius argumēti usus, Christū moriendo peccatis reliquisse
nobis

nobis exemplum moriendi. Item Christum resurgendo à peccatis seu morte reliquisse nobis exemplum ambulandi in nouitate uitæ. Et huius rei signū est bapismus, nã in bapismo abluimur à peccatis, non ut nos rursus de- scedamus, sed ut abluti & lauati per totam uitam maneamus. At quia bapismus est signum pœnitentiæ, præterea quia peccata non cessant, donec hic uiuamus, idcirco non satis est semel pœnituisse aut peccatis mortuū fuisse, sed oportet quotidie & per totam uitã pœnitentiam agere, nō autem bapizari, id quod semel satis est, modo pœnitentiæ uim retineamus.

O B I E C T I O.

At Christus non amplius uexatur peccatis, neq; ei amplius peccata dominantur?

R E S P O N S I O.

Neq; nobis dominantur ulterius, quia sub gratia sumus, & non sub lege, sicut sequetur in hoc capite.

In Christum Iesum.

In nomen Christi, in imitationis exemplum &c.

In mortem ipsius.

Vt exemplo illius moriamur peccatis.

Consepulti enim.

Ætiologia nōstri bapismi in Christum Iesum, & in mortem eius. Et hic bapismus altera est pœnitentiæ pars.

Consepulti, scilicet in peccatis.

Per bapismus.

IN EPIST. DOMINICA VI.

Qui est signum mortificationis seu mortis.

Vt quemadmodum.

Aliera in pœnitentia pars resurrectio à morte seu à peccatis. Possit hic quæri. O Paule, tu dicis nos consepultos esse cum Christo per baptismum in mortem: quid ergo nunc porro faciendum est, manendū ne in peccatis: Nō sed exemplo Christi resurgendū est à morte & peccatis per gl'oriam patris ad nouitatem uitæ, & ut nouæ creaturæ fiamus. Si Christus non resurrexisset ex morte, uerum esset argumentum, quod obijcitur, ergo manebimus in morte? At quia à morte resurrexit ad nouitatem uitæ, ergo & nobis resurgendum est, ut in noua uita ambulemus. Sensus est simplex totius instituti Pauli. Iustificatio fide decet noua uita. Similis locus propemodū est ad Colossen. 3. cap. Itaq; si surrexistis cum Christo, superna quærite &c.

Si enim complantati sumus.

Urget similitudinem exempli Christi ad nos. Christus mortuus est & resurrexit. Ergo nobis moriendum est resurgendum in peccatis & à peccatis.

Hoc scientes.

Christus crucifixus est ad crucem cum peccatis & propter peccata, ita & uetus noster homo simul crucifixus est cum peccatis. Illi qui uolunt manere in peccatis, & tamē resurgere cum Christo, illi inquam, tantum partem hominis cōfitentur cruci adfixam, nō totum hoīem. Sed

Sed hec non quadrabunt ad similitudinē exempli Christi
 qui totus crucifixus est. Resurgere nemo nō optat, at
 pauci sunt, qui mori uolunt. Vt rem hominem intelligit
 totum hominem ante cognitionem Christi & acceptiōē
 spiritus sancti, non partem.

Vt destruat corpus peccati.

Hoc est, natura uiciosa.

Quia enim mortuus est.

Vrget institutum, nos nō amplius debere seruire pec-
 cato, idq; ab usu seu effectu mortificationis, qui est iusti-
 ficatio a peccatis. Item quia mortui sumus, igitur pecca-
 tis uiuere nō possumus. Reliqua sequentia idem urgent.
 Cōsolatoriū est, peccatū nobis nō amplius dñari. No-
 ta aliud esse dñari nobis peccatū, aliud esse, peccatum in-
 mortali nostro corpore etiā post iustificationē manere.

IN EPISTOLAM PAU-
 LI AD ROM. CAP. VI.

Dominica septima à Trinitatis.



Hæc epistola facilius erit præcedē-
 ti, postquam nunc ex proxima
 cōcione intellexerimus occasiōē
 huius & capituli, et quid tractandū
 in hoc capite instituit Apostolus,
 quòd deceat iustificatos noua ui-
 ta, et ut in nouitate uitæ ambulent, scientes se cū Christo

IN EPIS. DOMINICA VII.

ad nouam uitam resurrexiffe, quæ omnia ualidiffimo & doctiffimo argumento profecutus est Apostolus, sumptio à baptifmo feu pœnitentiâ, quæ mortificationem & uiuificationem inſeparabiles duas pœnitentiæ partes continet, quas qui unâ non accipit, is nec alteram quidem habere poteſt, ſed poſteriore nemo nõ libenter apprehendit, priorem etiam quiſq; natura odit. Diſto nunc arguam memo annectit Paulus aliud in hodierna epiftoia, docens, quod ſuperius, uidelicet poſt acceptam gratuiâ iuſtificationem eſſe bene operandũ. Et ſumptio eſt hoc argumentum à finali cauſa iuſtificationis, ſeu uiuificationis noſtræ. In hoc enim iuſtificamur à peccatis, ut ſiſmus miniſtri iuſticiæ. Item ductum eſt hoc argumentum à iuſtificationis noſtræ re cognata, hoc eſt, à uita æterna. Fieri uero miniſtrũ iuſticiæ, & uitam accipere æternam, præmia ſunt iuſtificationis, à Deo iuſtificandis præmiſſa. Conſtat uero tota ſerè hodierna epiftoia collatione quadam duarum rerum hoc eſt, legis & gratiæ: mortis & uitæ, idq; à finalibus cauſis. Qui ſub lege adhuc detinentur, ſeu ſub morte, aut ſub iſtis peccatis, illi habebunt legis, mortis & peccatorum ſtipendium, quod eſt ipſiſſima mors cum condemnatione. Qui uero ſub gratia ſciliç Euangelio militant, illi & ſua habebunt ſtipendia, ſciliç cet iuſticiam, ſanctificationem & uitam æternam. Eſt itaq; præmijs tã à lege, ſeu à morte ſumptis, quàm ab Euangelio ſeu uita, deterret Apoſtolus à ſecuritate, & gloria

glectu bonorum operum, et ad uigilantiam & opera bona prouocat. Verum quia hic agitur de finalibus præmijs, quæ accipient sub gratia constituta, nõ statim ita accipiendus est hic locus, quasi præmia illa sequantur propter opera. Sed quia liberati sumus à peccatis, & facti sumus serui iusticiæ, igitur cõcomitabuntur nos. Siquidem sanctificatio & uita æternæ sunt illius libertatis seu iusticiæ cognatæ.

Et quanquam Paulus hic adhortetur ad bona opera, tamen nõ adscribit illis liberationis seu iusticiæ præmia securæ, sed hæc liberationi seu iusticiæ in Christo, & per Christum tribuit. Hic quia liberauit nos, & fecit nos seruos iusticiæ, ideo manebit nos promissum præmium, uita æterna: uicissim non liberatos manebit mors et æterna cõdemnatio, quantumuis interim multum operetur: idcirco pendet totus hic textus, de finalibus gratiæ, seu Euangelij præmijs, non ex nostris operibus, uerum ex liberatione, qua liberati & iustificati sumus per Christum, ad bene operandum, ad aliquo modo respondendum legi, ad sanctificationem & postea etiam ad uitam æternam. Interrogatus itaq; de causis iustificationis nostræ, & de finalibus præmijs illius, respondebis, liberationem per Christum esse causam, & uitam æternam ut præmium sequi propter liberationem. Item interrogatus, quæ sint causæ & præmia peccati. Respondebis, non liberationem in Christo, quam ut certum præmium sequitur mors.

IN EPIST. DOMINICA VII.

Cæterum liberatis à peccatis per Christum & seruis factis iusticiæ, ad sanctificationem, & uitam eternam, num liceat illis amplius peccare? Respondeo: Non. Peccare enim illis non licet, sed ut sint sancti. At dicit: Peccata tñ nos non deserunt? Respondeo: Non deserunt quidem nos, uerum longè aliud est, peccata nos non deserere, & illa non dominari nobis amplius, peccata sanè non quam deficient nos in hoc mundo, quare & in Oratio- ne dominica oramus: Et remitte nobis debita nostra. At cautè uigilandum est, ne rursus peccata imperium in nos recipiant, & sic promissis de uita eterna præmissis fraudemur &c.

Præterea & hoc discendum uenit ex hodierna episto- la ad quid prosint opera seu lex ipsa. Esto, non amplius si- mus sub lege, ergo nullus usus bonorum operum, seu lo- gis? Respondeo: Non. Verum quidem id est, nos amplius sub lege non esse. Siquidem lex nihil prodest ad confere- dam ex se gratiam seu iustificationem. At sub gratia sus- mus reconciliati Deo & iustificati, ut inde legis iusticia in nobis sequatur, in quem obsecro usum, ut inde iustifi- cemur? Non, sed ut testemur legali iusticia nos uerè per Christum liberatos & iustificatos, & nos uiuere non Deo in nouitate uitæ, non in peccatis.

SUMMARIUM LOCI.

1. Iustificati debent facere bona opera. Sunt enim libe- rati à peccatis, & serui iusticiæ facti.

Peccati

2 Peccati stipendium & præmium mors est. Iusticiæ & bonorum operum præmium & stipendium, sanctificatio & uita æterna.

3 Vita æterna donum Dei est.

Liberati autem a peccato.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus adhortatur ad bona opera à finali liberationis nostræ causa, & dehortatur à peccatis, quæ liberatos ab illis, & seruos iusticiæ factos, amplius non decent, estq; locus totus à debito in hunc modum dispositus, & argumento inclusus: liberati seu iustificati debent habere bona opera. Vos Romani estis liberati seu iustificati, igitur debetis habere bona opera. Præcedenti à poenitentia seu baptismo argumento, uoluit Apostolus, ne Romani ulterius peccarent, nunc hoc loco uult, ut necessario bene operentur, idq; propter finalem iustificationis seu liberationis causam, quæ est sanctificatio et bonorum operum sancta operatio, quam postea sequitur etiam uita æterna. Argumentatur uero Paulus simpliciter ex præcedentibus in hunc modum: Iustificati debent habere bona opera. Hæc maior est propositio instituti sexti capitis, quam hætenus aliquot argumentis, sententijs, & exemplis ductis à baptismo, seu poenitentia, à sublato peccatorum dominio, et ab ipso Christo confirmauit. Nam baptizati inquit estis in mortem Christi ad uitam, peccatū fugatum est, dominium amiserunt peccata,

IN EPIS. DOMINICA VII.

et Christus mortuus est peccatis, & resurrexit ad uitam.
 Minor est propositio initium hodiernæ epistolæ: Iustificati uos estis, quæ propositio probatione non eget. Siquidem Romani iam audierant uerbum aliquamdiu, et translati erant in gratiam. Sequitur itaque ex necessitate conclusio. Ergo habebitis bona opera. Valet autem dicta ratio à finali causa. Nemo enim iustificatur ad iniusticiam, sed iusticiam.

Et discimus hoc loco finalem iustificationis usum, qui est bene operari, de quo copiose hoc caput, & tertium ad Coloss. & 2. ad Ephes. Gratia enim estis seruati per fidem & cæt. Nam ipsius figmentum sumus, conditi ad bona opera & c.

Item discimus hoc loco, quo tempore bona opera locum habeant, nimirum tum quæ iustificati sumus, ut illis testemur de nostra iustificatione. Item docet hic locus causam iusticiæ nostræ, quæ est liberatio per Christum expedita, non meritum nostrum. Nam quia liberati sumus, ideo iustificati, non quia bene sumus operati.

Liberati autem.

Mediator liberationis Christus non est negligendus hic. Liberationis et seruitutis uocabula Apostolus inter se opponit. Obserua & hic, de qua libertate loquatur Paulus non de carnali, sed de spiritali, quia à peccatis liberati sumus, non à iugo ciuilibus obedientiæ. Opponuntur & hic inter se peccatum & iusticia.

Humana

Humanum aliquid dico.

Occupatio, qua excusat improprietatem uocabuli serui, quo appellauit Romanos seruos iusticiæ, cū hæc proprie non sit seruitus, sed libertas.

Propter infirmitatem.

Qua adhuc laboratis, & propter quam non potestis ita omnia capere, nisi sic crassius atq; pinguius dicatur.

Nota hic, quid deceat prædicatorem circa infirmas conscientias, quibus se accommodare debet, uerum ita, ne propter infirmitatem impia doceat.

Carnis uestræ.

Quæ in hac uita ad perfectionem non potest accedere, exemplo Christi etiam, qui discessurus ex hac uita, cōquestus est de carnis infirmitate.

Sicut enim.

Similitudine declarat Paulus quæ opera nunc deccant iustificatos & liberatos à peccato, & quæ non deccant. Antè iustificationem eram Romanorum opera, immundicia & iniquitas, pro quibus peccatis iam habere debent iusticiam & sanctificationem. Similitudo pendet ex collatione fructuum seruitutis sub lege, & fructuum, seu operum liberationis sub Euangelio seu gratia. Quæ ergo sunt opera nostra sub lege? Respondeo: Impura sunt, immunda, non placent Deo, iniquitates sunt. Quæ sunt opera nostra sub gratia, aut qualia esse debent? Respondeo: Iusta, sancta placentia deo, sanctificationes

IN EPIST. DOMINICA VII.

sunt & esse debent. Exhibuistis.

Sponte & uliro, id enim est exhibere.

Membra uestra.

Ex partibus intellige totum corpus.

Seruire.

Legale uerbum. Lex seruitus est. Vide similitudinem ad Galatas cap. 4. de duobus Abraham filijs, & testamen- tis duobus. Immundicia & iniquitas hic non sunt tam externa uicia, quam interna. Immundicia enim et iniquitas animi uicia faciunt, ut cause, quod externa opera sunt immunda etiam.

Et iniquitati ad iniquitatem.

Nota hic legis effectum, qui est augere peccatum, ad Romanos cap. 3.

Ita nunc.

Altera pars similitudinis explicans qualia esse debent nostra opera sub gratia in nobis iustificatis, nimirum sancta &c. Item, cuius rei serui esse debeamus, scilicet iusticie in sanctificatione.

Seruire.

Occupatione prius excusauit improprietatem uocabuli serui. Alias pro seruire magis quaerat ad iusticiam, liberè studere, & simile uerbum. Iusticiam opponit iniquitati, sed arduum aliquid est in oculis operariorum, legi iniquitati nos seruire, cum adhuc sumus sub lege, at quo modo possunt esse alia sub lege opera sine fide in Christo

sum, quàm iniquitates? Sanctificationem opponit immū-
 ditiæ. Servire iustitiæ hic est, & studere iustitiæ, & illi
 diligenter inhaerere. Et ne credas te servire iustitiæ sine
 bonis operibus, additur in sanctificatione. Vocat autem
 sanctificationem illa bona opera, quæ in renascenib. effi-
 ciuntur uerè & sanctè, dum per Spiritum s. creantur in
 illis noui motus, qui uere quamquam in magna infirmita-
 te, respondent aliquo modo legi, ut corde diligant, et cō-
 scientia bona & fide non simulata.

Cum enim.

Addit causam à conditione pristinae seruitutis.

Liberati fuistis iustitiæ.

Nihil iustitiæ habentes.

Quem ergo fructum.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus per collationē finalia præmia et ser-
 uitutis sub peccatis, & liberationis sub gratia seu
 iustitiâ proponit. Duo uero agit Paulus in hac collatio-
 ne: deterret præmijs seruitutis à peccatis: & liberatio-
 nis præmijs hortatur ad iusticiam in sanctificatione, hoc
 est, ad bona opera, fructus seu effectus iustitiæ sanctos,
 opera spiritus s. sanctificatos & creatos. Est autem totus
 hic locus secundus sumptus ab illis, qui militant pro sti-
 pendijs, aut qui contendunt pro pacta pecunia. Bene
 operantes sancti erunt, beati erunt & uitã habebunt æ-
 ternam: contraria præmia secus facientes accipient.

IN EPIST. DOMINICA VII.

Et loquitur hic Apostolus de uita æterna, tanquam de præmijs. certo secuturis bona opera in iustificatis. sed uide quomodo se quaerit uita æterna & quibus de causis, & propter quas. Sequitur itaq; ex hoc loco uita æterna eos, qui liberati à peccatis, serui facti sumus iustificatis habentes fructus in sanctificatione. Et quia de fructibus hic memio fit: quare ne quis credat uitam æternam sequi propter opera: igitur subiicit. Gratia autem Dei uita æterna per Christum Iesum dominum nostrum. Refert hic scire aliud esse certiò sequi credentes in sanctificatione operantes, uitam æternam: aliud quoq; esse uitam æternam bonis operibus demereri.

Quem ergo fructum.

Quod habuistis quidem fructum: uerum malum & periculosum, scilicet ipsam mortem.

De quibus nunc erubescitis.

Videlicet peccatis. Nunc scilicet sub gratia constituti.

Nam finis illorum mors.

Finalis peccatorum fructus, ipsa mors. Pulchra uos est, erubescitis. Nam tunc primò erubescencia de peccatis oritur, quòd sumus iustificati, aliàs sine pudore peccamus.

Nunc uero liberati.

Liberatio à peccatis & seruitus qua facti sumus deo serui, causæ sunt sequentis uitæ æternæ uti rei cognatæ. Et ut nunc liberatio & seruitus illa, ut causæ, non sum meriti nostri, sic nec uita æterna.

Habetis fructum uestrum.

Finales libera. tionis seu iustificationis nostræ causæ, sancta opera & æterna uita. Opera sancta effectus sunt iustificationis: uita æterna, res cognata iustificationis.

Stipendium enim.

Peccatum causa est mors finalis effectus.

Gratia autem Dei,

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus apertis uerbis ostendit uitam æternam esse donum dei, neq; illam sequi propter nostra opera aut merita. Ratio uero quod uita æterna donum dei sit, hæc est, quia gratia, fides apprehendens gratiam, iusticia & sanctificatio ad bona opera non sunt merita nostra: quod ergo causæ non sunt, ut gratia, fides, iustificatio, & effectus istarum nunc dictarum rerum, id nec uita æterna ut res dictis cognata, esse potest. Valet argumentum à causis & effectibus ad rem cognatam.

IN EPISTOLAM PAULI

AD ROM. VIII. DOMINICA

à Trinitatis octaua.

Quia Dominicales epistolæ saepe sine ulla deliberatione et ratione congestæ sunt, nõ aliter atq; auulsa à corpore membra, quæ qui non nouit aptè accommodare corpori, is pro digesta forma, nescio quæ
mon

IN EPIST. DOMINICA VIII.

monstra efficit. Quare ut & hodierna epistola ornata
aliquis sit, occasio ex præcedentibus repetenda est.

Hactenus usq; ad octauum caput potissimum sermone
cupatus fuit Apostolus in effectibus legis explicandis
quanquam & subinde mentionem gratiæ fecerit: in octa
uo uero capite, e quo de præcepta est præfens epistola, redit
nunc ad gratiam & ostendit nos gratuita Dei acceptio
ne iustificatos esse in Christo Iesu, sine operum respectu
quorum impossibilitatem apertissime indicat in negotio
iustificationis, ita quod dicat Paulus, legem ne potuisse
quidem reddere nos iustos. Siquidem imbecillitas erat lex
per carnem: & manet adhuc hæc imbecillitas omnes
qui sunt sub lege: id autem quod lex non poterat præ
stare propter suam imbecillitatem, hoc Deus in proprio
suo filio misso in similitudinē carnis peccato obnoxia
præstitit, & de peccato damnauit peccatum, ut iustitia
legis impleretur in nobis, hoc est, propter Christum iusti
ficaremur, tanquam si nos legi satisfecissemus. His subi
cit nunc Ap[osto]lus in hodierna ep[isto]la nostræ iustificationis
fructus, ad quorū executionem hortatur nos à debito, &
iustificati simus ad uitam, seu ut in nouitate uitæ ambu
lemus. Item monet q; rectore donauerit nos iustifica
tos deus: nimirum spiritus sancto, quo iustos donat Chri
stus ut porrò habeant, qui defendat, tueatur et regat eos
simulque certificat de fauore & beneuolentia Dei in
Christo.

Ante iustificationem rectore Satana utimur, qui rapit nos pro libidine ad omnia flagicia. Sumus enim natura diaboli mancipia. Iustificati autem fide per Christum accipimus spiritum sanctum ductorem atque rectorem, qui creat in nobis novos motus, regenerat nos, operatur unum nobiscum uitæ & pacis opera, fructus iustificatione dignos, ducit atque regit nos.

Valde itaque scire refert duas illas finales causas, ad quas iustificamur: nimirum ad opera bona præstanda, et ad accipiendum spiritum sanctum unicum nostrum ductorem ac rectorem, quem dat Christus fide apprehensus ad iusticiam, iuxta illud ad Ephe. 4. Et psalmo 67. Ascendit in altum & captiuam duxit captiuitatem, ut dona daret hominibus. Ascendere uero in altum dicitur Christus et captiuare captiuitatem, quando nos iustificat à morte, et Satana: quibus rebus in nos collatis, donat etiam nobis spiritum sanctum seu dona spiritus sancti uaria, quibus facit nos aptos spiritus ille sanctus, ut seruiamus Deo uere.

De hoc ergo spiritu sancto præ seps epistola maxima ex parte agit, quæ docet spiritus sancti in iustificatos officia: hæc autem sunt. Agere, ducere & regere nos. notum facere nobis, quod simus adoptiui filij dei, testari cum spiritu nostro, quod simus filij dei, hæredes Dei & cohæredes Christi: item consolari nos, certificare nos de hæreditate nostra, ad inuocandum propellere etc. ut dicamus

Abba

IN EPIS. DOMINICA VIII.

Abba pater, hoc est, certò persuadeamus nobis, quòd deũ placatum ac beneuolũ habeamus, qui nos inuocantes exaudire uelit paterno & p'acido uultu.

In fine huius epistolæ addit Apostolus signa quædam, è quibus uult iustificatos cognoscere, quòd sine hæresis Dei & cohæredes Christi, tum enim cognoscimus nos uerè esse filios Dei, quia cum Christo patimur. Hic quia non potuit iuxta beneuolam patris sui uoluntatem sine cruce glorificari: ita nec nos glorificari possumus sine cruce. Idcirco qui non detrectat hæreditatem cum Christo accipere, is neq; crucem cũ Christo ferre abhorrebit, quæ sola est ad hæreditatem uia. Mundus quia alia præmiarum actionum habet: uidelicet externa et peritura, hinc quoq; alias glorificandi formas tenet.

Ille suam glorificationem gloriosis & sumptuosis modis quærit, pij ipsa cruce, contemptu & uilitate suã quærum gloriam.

SUMMARI LOCII.

- 1 Iustificatos & donatos spiritu sancto decent operibus, spiritus, quorũ stipendiũ et præmiũ uita est, secus agerentiũ et uiuentiũ secundum carnẽ, ipsa mors est præmiũ.
- 2 Qui spiritum sanctum accepit, et ducitur ab illo, uocatur est dei filius, quia audet accedere deum patrem, et inuocare eum sine omni timore.
- 3 Officiũ spiritus sancti præcipuũ est, certos nos reddere de hæreditate nostra, quam cum Christo & in Christo

sto accepimus &c.

4 Crux unica est uia, qua glorificantur pij exemplo Christi,
Ergo fratres.

EXPLICATIO I. LOCI.

PRImus locus hortatorius est ad bona opera, & à debito, & à finali præmio, ad opera inquam, quæ decent iustificatos ac donatos spiritus sancto, quæ quia pij habent in cordibus suis, teste præcedente initium hodiernæ epistolæ loco. Propter inhabitantem spiritum eius in uobis, igitur & debent sancta operari opera, ut uasa spiritus sancti sanctificata, & possunt, quia habent spiritum sanctum uiuificantem & nouorum motuum in cordibus creatorem.

Totus ergo primus hic locus, postquam spiritus sanctum pij acceperunt, à debito urget bona opera, quæ cordi respondeant rectori nostro spiritus sancto. Pij antequam donantur spiritus sancto carni seruiunt, & rectori eius diabolo, sub quo qui agunt, non possunt non sui ducis opera conficere & præstare. At qui iam acceperunt spiritum sanctum, illi iam facti sunt debitores & subditi spiritus, à quo non minori potentia rapiuntur ad bona opera pij, quàm antea rapti fuerunt ad mala opera sub diabolo. Proponit uero Apostolus in harenam promissiones & terrores simul, quibus pios & deterret à carnalibus operibus, & adhortatur atque allicit ad mortificationem carnis & ad opera spiritualia, spiritu digna. Carnalibus

IN EPIST. DOMINICA VIII.

operibus pro præmio tribuit mortem, & rem ei cogna-
tam æternam damnationem. Spiritualibus operibus et be-
nis, loco præmij, uitam adscribit, qua hic pij uiuunt san-
ctè, et post hoc sæculum, uita potientur æterna. Et quia
de mortificatione & uiuificatione totus est hic locus, &
fert hic scire totam piorum uitam esse mortificatione &
uiuificationem quandam, Spiritu sanctus enim uiuifica-
tor quando uenit, nõ statim ita uiuificat in pijs ois, quod
prorsus tollat peccandi naturam oem, sed relinquit illis
tam nostram uitam subinde mortificamur, & resistimus
peccatis, ne rursus dominium in nos accipiant.

Est & hoc obseruandum circa hunc primum locum
Paulum hic formare Christianum, idcirco illum loqui de
uita in spiritu, aliàs Christianus duplex uir est, spiritua-
lis et carnalis, hoc est, qui in duplici regno æque bene ui-
uere potest: in spirituali spiritualiter, in carnali uero
uuliter &c.

Ergo,

Quia habitantem spiritum sanctum in nobis habemus

Debitorum sumus

Debitorum uocat propter creditores. Qui secundum
carnem uiuunt, carnem creditorem habent. Qui secundum
dum spiritum, spiritum habent creditorem. Expende hic
diligenter circumstantias creditoris & debitoris, qui cre-
dit. cu pius debiuit, qui mutuo accipit, cogitur persolvere.

Non carni.

Propter inhabitantem in nobis spiritum & uiuificā-
tem nos, & creditorem nostrum.

Vt secundum carnem uiuamus.

Aliud est secundum carnem uiuere, aliud etiā est in
carne uiuere. Carnem nunquam potest exuere homo in
hac uita, potest tñ in carne uiuere, ut non secundū car-
nem uiuat, hoc est, nitatur carne ductor, rectore, dome-
no etc. Est igitur secundum carnem uiuere, carni ut cre-
ditori obligatum esse, carne nni, carni fidere & c.

Si enim.

Ætiologia quur non sit uiuendum secundū carnem
a finali effectu seu premio.

Moriemini.

Mors premium carnis & carnalium operum.

Quod si spiritu.

Spiritus creditor & rector piorum est, cuius prestā-
dio mortificant carnem, id quod fit, quando ope spiritus
sancti regeneramur, incipiunt exuere ueterem Adamū,
uiuentem secundum carnem. Nota & hic mortificatio-
nem esse donum spiritus sancti, quod præsens esse non po-
test, ubi abest spiritus sanctus.

Mortificaueritis.

Damnaueritis ea omnia, in quibus caro negociatur
ante aduentum spiritus sancti, & confidit.

IN EPIST. DOMINICA VII

Viuetis.

Fic in terris sancte. & post hanc uitam eternaliter.
nam hi duo effectus sequuntur mortificationem spiritus
factam.

Quicumque enim,

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus per causam exponit, quid sit uere ui-
uere, aut quid illius uitae usus post factam spiritus mor-
tificationem, uidelicet ut simus filij Dei, quicumque per
spiritum sanctum uiuimus, qui est huius uitae causa. Et
est summa huius loci: Viuentes secundum spiritum esse fi-
lios dei, secus autem uiuentes a contrario esse filios seruitu-
tis. Verum quia hic uariè proponitur spiritus: alius enim
legitur spiritum seruitutis habere, alius spiritum adop-
tionis, quare hic refert diligenter separare spiritus. Qui
spiritum timoris seu seruitutis habent, illi coactè omnia
faciunt, & præ timore non audent accedere deum et ui-
care illum patrem, & tales sunt legis filij. Qui uero spi-
ritum adoptionis habent, illi sciunt se esse filios dei ex gra-
tia adoptatos, & quia sciunt se esse filios dei, igitur au-
dent accedere Deum patrem, inuocare eum in necessitate
& omnia necessaria ab eo petere.

Docet ergo uarietas hæc spiritus de duobus hominum
generibus. De ueris Dei filijs, qui audent accedere Deum
patrem, & illum inuocare. Et de hypocritis seu filijs le-
gis, qui serui sunt meticulosi.

Totus locus ad duo potissimum referrí potest, ad pa-
triam

em conscientie, qua iustificati, qui à spiritu ducuntur, certo statuunt se habere in Christo placatum patrem, qui iuuare & exaudire uelit, de hac pace loquitur Apostolus ad Ro. 5. Iustificati igitur fide, pacem habemus erga Deum per Dominum nostrum Iesum Christum &c. Et ad timorem seruilem, quo non audemus accedere Deum, nondū spiritu sancto donati, de hoc timore loquitur Iohannes, prima epistola, capite quarto. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras eiecit timorem, quoniam timor cruciatum habet &c.

Spiritu Dei.

Qui efficit nos filios dei. Nam ante acceptionem spiritus sancti seu ante regenerationē per spiritum sanctū, etiamsi confiteamur Christum Rabbi esse, & si sciamus Christum à Deo uenisse magistrum &c. tamen Nicodemus sumus extra regnum cælorum adhuc agentes, omnia nostra opera adhuc mortua sunt & plena timore.

Aguntur.

Agere pulcherrima uox est, & digna longa explanatione, natura enim non libenter imus &c.

Hi sunt filij Dei.

Qui certo sciunt se deum placatum patrem habere.

Non enim accepistis.

Ætiologia quare sint filij dei, qui aguntur spiritu dei à causa efficiente.

Spiritum seruitutis.

IN EPIST. DOMINICA VIII.

Terrores legis uel adfectus serui captiui erga dominum seu patrem Deum. Expende naturam serui.

In timore.

Qui spiritus seruitutis poena est, ut timeas accedere Deum ut patrem.

Spiritum adoptionis.

Quo certi estis in animis uestris, quod Deum placatum & beneuolum patrem habeatis, qui uos exaudire et iuuare uelit. Natura non sumus filij, ergo adoptiui.

Per quem clamamus: Abba pater.

Spiritus. certos nos facit, quod habemus placatum patrem. Vnde & sequitur. Ipse enim &c.

Ipse enim.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus tractat propriissimum spiritus sancti officium, quod est certificare nos de hereditate nostra, quam accepimus in Christo Iesu. Et ex hoc officio cognoscere spiritum sanctum longe melius est, quam anxie disputare, de essentia et maiestate spiritus sancti, quae naturalia in spiritu sancto bona, potius pie credere debemus, quam de illis scrupulose inquirere. Si igitur scire cupis, quis sit spiritus. adeoque tota Trinitas, nullibi discas feliciter, quam ex ipsis officijs, quae passim inculcat scriptura raro autem mentionem facit de essentia, quae longe maius est, quam ut a nobis percipi possit.

Attribuitur uero spiritui sancto certificandi officium de here

de hereditate nostra, quia humanæ naturæ impossibile est, ut eam expectare ad finem usq; queat, nisi per spiritum sanctum confirmetur. Et quemadmodum homo non potest ad cognitionem urbi peruenire sine spiritus sancti præsidio, ita neq; in illa quis durare ualet absq; spiritu sancto. Hac confirmatione spiritus sancti obsignati fuerunt omnes sancti, quotquot in confessione Christi constanter perstiterunt, & adhuc hodie persistunt. Vnde et Apostolus subinde precatur suis, ad quos scribit, spiritus sancti corroboracionem, ut ad Ephe. 3. cap. Huius rei gratia flecto genua mea &c. ut firmitudine corroboremini per spiritum suum &c. Ab hoc officio dicitur spiritus sanctus arra seu arrabo. Ad Ephe. 1. Obsignati estis spiritu pmissiõis sancto, qui est arrabo hereditatis nostre &c. Et 2. ad Corinth. 1.

Testimonium reddit.

Obsignat & certos reddit.

Spiritui nostro.

Renouato, nam cum hoc solo agit, Spiritus ea pars in nobis est, quæ agit cum Deo, & quæ renouat spiritus sanctus, ut uerè intelligat ea, quæ sunt Dei, & faciat opera placencia Deo. Dum uiuitur, anima & spiritus separantur corporis partes, post mortem sane nihil differunt aut ad minus confunduntur, iuxta illud: in manus tuas commendo spiritum meum. Et si anima est, qua uiuimus, et sustentatur uita, pereunte hac aut et aia perit, sed quia

IN EPIS. DOMINICA VIII.

certum est animam non perire, igitur post mortem spiritus & anima idem erunt, aut ambo superstita manebunt.

Et hæredes.

Nam filios necessario sequitur hæreditas. Exaggeranda est hæc hæreditas à preciositate & eternitate. Item, hæc hæreditas nõ est particularium bonorũ dei tantum, sed omniũ, iuxta illud, quod sequetur in hoc capite. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illum, qui fieri potest, ut non cũ eodem oĩa nobis donec.

Hæredes quidem Dei.

Vt patris, cuius nos facti sumus filij.

Cohæredes autem Christi.

Christi ut filij naturalis, nos adoptiui sumus tantum.

Si tamen compatimur.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus est de uia, qua glorificantur filij Dei prius, antequam ad possessionem hæreditatis à facie ad faciem pertingant. Hi enim, quanquã certo sint hæredes Dei, & cohæredes Christi, tamen oportet eos adhuc glorificari, id quod nõ fit alia ratione, quam per crucem. Sicut hic ait Apostolus: Siquidem compatimur ut & glorificemur. Mundus aliam glorificandi uiam habet, à prædicta diuersissimam, idcirco offenditur crucis & filiorum Dei glorificationem pro stulticia iudicat. Summa huius loci est: Hæredes Dei, & cohæredes Christi oportet exemplo Christi glorificari per crucem. Con sola

solatorium uero est Christum precesse, Item crucem
rem cognatam habere glorificationem.

IN EPISTOLAM PAULI

LI I. AD COR. CAP. X DO

minica à Trinitatis nona.

Presentis diei epistola, quam hac hora exponēdam
suscepimus, uarias ueteris Testamenti historia con-
tinet, quas si iusta explicatione enarrare deberemus, non
aliquot horæ sufficerent. Quare necessitas postulare ui-
detur, ut tantum obiter usum historiarum percurramus,
& quasi per transennam eum monstremus.

Paulus per totam epistolā arguit eos, qui securi apud
se, & elati animis, reliquos infirmos fratres nō æquē p̄se-
ctos cōtemnebant, in eo fastu, q̄ crederent se iā præmiū
apprehendisse, sicut habet præcedens similitudo de illis,
qui currunt in eodem stadio. Contra quos adducit Apo-
stolus præsentēs ex ueteri Testamento historias, quibus il-
lis facilitatem labandi ostendit. Patres enim propter suas
maximas promissiones sanè beatissimi, felicissimi & perfe-
ctissimi fuerunt, ad quorū perfectionē forsassis Corinthij
nōdum accesserant, tū illi cadere potuerunt, à gratia ex-
cidere, & perire tandem, ita quod ex tot millibus egres-
sis ex Aegypto, tantum duo in terram Chanaan perue-
nerint, uidelicet Iosue & Chaleb. Quid ergo timendum

IN EPIST. DOMINICA IX.

is est, qui in fines mundi inciderunt: Bene se res nobiscum haberet, si statim accepti in gratiam, moremur: ac cum exemplo patrum nobis adhuc tam longinquum & arduum iter conficiendum est, hoc opus hic labor est, ne mutemur contra dominum, & rursus ab accepta gratia recidamus, ita quod dominus postea iurare cogatur et dicere: Non introibitis in requiem meam.

Quantos autem viros credamus inter tot milia fuisse quot sanctos aliquando viros? quot denique pios? qui tamen à serpentibus extincti fuerunt, & in deserto perierunt. Tota itaque praesens epistola còspectat, ut à postulis credentes uerbo dehortetur à securitate, quae nunquam sola uenit, sed perpetuo habet multa alia uicia concomitantia. Inter haec uero maximum et frequentissimum est diuinae uindictae contemptus, quasi Deus amplius aut non possit aut non uelit male agentes punire.

Sic cogitabant homines tempore Noach, sic cogitant patres in deserto. Ita hodie auditores Euangelij in magna securitate cogitant, putantes nihil periculi sibi porro accessurum, prostrato nunc Satana, peccato & morte.

At tum adesse maxime solet periculum, quando nihil minus illud adesse putamus. Si enim nos in ocio sumus, tamen Satan non ociatur, sed instar leonis obambulat, quem deuolet. Quemadmodum id & pulchre dicitur est parabola de seminante, Matthaei decimoterio capite

te. Esto præterea: Deus aliquandiu ferat securitatem nostram: uerum non sinet eam impunitam: imò tarditatem grauitate pœnæ recompensabit.

Cæterum mundus hæc nihil curat, ideo sciendum est nobis pijs tantum hæc in doctrinam esse scripta. Primum ut nos consolemur uindicta in patres, scientes deum esse, qui puniat peccata: deinde ut timere discamus, ne sub Euangelio secure uiuamus, sed ut qui stet, uideat ne cadat.

SUMMARI LOCII.

- 1 Qui ex patribus seruati fuerunt, propter fidem in promissum Christum fuerunt seruati.
- 2 Vindicta de patrib. sumpta nobis in exemplū terro-
ris esse debet, ne affectemus mala, et secure agamus sub
Euangelio.
- 3 Tentationes ad mala non deficient uos sub Euan-
gelio: sed consolatorium tamen est, ne desperemus in te-
ntationibus deum nõ sinere nos tentari supra id quod pos-
sumus.

EXPLICATIO I. LOCII.

Placuit primum locum inter tres huius epistolæ præcipuos, ex præcedentibus de promere, qui dis-
ficilem satis quæstionem explicat de medio, per quod
seruati fuerint patres in ueteri testamento, nondum na-
to Christo seruatore. Cum enim certissime constet quos-
dam

IN EPIS. DOMINICA IX.

dam ex patribus seruatos esse, ut puta Noach, Abrahamum, Moſen. Iosue & plerosq; alios: quare non inconuenienter quæritur de medio conſeruatiōis. Quidam adſerūt patres ante datam legem, lege naturæ ſeruatos. Quidam ſapientes Iudaismum, ſentunt Iudeos Moſis, & ſaluatos, quaſi deus externa politica Moſis, externis ceremonijs operibusq; contentus, nihil aliud ad iuſticiam requiſiuerit. Verū alia eſt iuſticia, quæ coram deo ualeat ad hanc quomodo peruenerim patres, hic quæritur. Nā ante datam legem, & poſtea ſub lege, non minus requirebatur ad ueram iuſticiam efficiendā, cor credens. Chriſto, quā etiam adhuc hodie requiritur. Ane legem legitur Abraham fide iuſtificatus, quia credidit promiſſionibus Dei de futuro ſemine Chriſto Genetiſis 15. Credidit Abraham Deo, & imputatum eſt ei ad iuſticiam. Sub lege ſcriptū erat de legis ad ueram iuſticiam completionem. Diliges dominum deum tuum ex toto corde, ex tota anima, & ex totis uiribus: quam legis complendæ formam, ſi ad executionem patres perducere potuiſſent, recte dicecerentur lege iuſtificati, ſed quia contrarium conſtat, & præter Chriſtum iuxta præſcriptam legis exequendæ ſeruiam, nemo legi ſaſfecit. ergo & ſub lege patribus ad iuſticiam ueram fide in Chriſtum opus fuit. Et de hac fide patrum loquitur Apoſtolus in primo huius epiſtolæ loco, ut oſtendat patres non operibus legis, ſed fide in Chriſtum fuiſſe iuſtificatos. Ideo ſcribit Paulus. Nolo enim

enim uos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mosen baptizati sum in nube et mari. Et omnes eandem escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt. Bibebam autem de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus, quæ uerba omnia nihil aliud sibi uolunt, nisi quod patribus olim fuit nubes: mare & baptismus Mosis: uidelicet signum gratiæ in Christo promissæ, id nobis hodie est baptismus. Et quemadmodum hodie baptizatos fides in Christum seruat: ita nubes, transitus maris & baptismus sub Mose factus, seruauit patres per fidem in Christum, sine illo discrimine, nisi quod nos seruemur præsentem Christo: illi uero seruati fuerunt fide in Christum uenturum.

SEQUITUR nunc textus hodiernæ epistolæ.

Sed plures illorum.

EXPLICATIO II. LOCI.

Locus secundus continet exempla quædam diuini uindictæ in patres incredulos, qui cum innumeris beneficijs adficrentur à deo, à quo educti ex Aegypto, à persecutione Pharaonis in mari liberati, & alijs atque alijs obrui etiã officijs, tamen semper increduli manerent, neque uitam in melius mutarent, in deserto horribiles suæ incredulitatis & malæ uitæ pœnas dederunt. Quæ sicut ait Apostolus nobis contigerunt in figuram, hoc est

IN EPIST. DOMINICA IX,

hoc est, ut inde discamus timere Deum, illi credere, uitam
mutare in melius, et ab omni securitate sub Euangelio ali
eni esse. Et illa ideo fugiemus. Nam si Israelitis patribus
eductis nunc ex Ægypto, et infinitis à Deo beneficijs ad
fectis, non profuerit tanta gratia, & ab illa recidere per
tuerint: sane baptismus, auditum uerbum, accepta gra
tia, & c. neq; nobis proderunt, nisi in fide constanter per
stiterimus, & uitam in melius mutauerimus. Monet en
go nunc secundus hic locus, illos tantum seruari, et introire
in terram promissam, qui in finem usq; persistunt. Sicut et
Christus alibi dixit. Quicumq; perseuerauerit usq; ad fi
nem, is saluus erit. Sunt uero tam horribilis uindictæ ex
empla diligenter notanda, ut ab Abraham nos à securita
te & oscitantia post auditum uerbum.

Sed plures illorum.

Qui erant aliquan diu in magna gratia.

Non approbavit.

Quia abutebantur uerbo & signis, uiuebant securi
contemnebant beneficia dei, illorū obliuiscabantur & c.
Pertinent huc frequentes Israelis murmuraciones & uer
ba dissidentiae, quæ res & similes non approbati populi
fuerunt causæ.

Nam prostrati sunt in deserto.

Ætiologia non approbationis à poena inflixa.

Hæc autem figuræ.

Hoc est, exempla uindictæ in patres, nobis exempli loco

loco proposita sunt, ut timeamus, & ne simus securi patrum more, indicat hæc uerba. Hæc autem figura nominis fuerunt, & finalem quendam prostratorum patrum usum, ut nos præfixa habeamus exempla, quæ deterrent à securitate: alias potuisset deus uindictam patrum in potestrem iudicium protraxisse. At inquis, quur hodie nõ similiter puniat Deus? Respondeo. Producit quidem hodie uindictam Deus, sane ut aliquando grauius puniat. Sicut etiam Valerius ethnicus semel dixit. Diuina prouidentia tarda quidem est ad uindictam: sed tarditatem re compensat grauitate.

Monemur & hic deum peccata punire, & maximè ea, quæ sub uerbo audito fiunt.

Et non simus concupiscentes.

Prædicta exempla diligenter considerata, facile in nobis tollunt omnem concupiscentiam.

Concupiscentiam ut causam præmittit multis prauis uicij externis uicij.

Neque idololatræ efficiamini.

Amplificatio per distributionem, qua Paulus commemorat quædam peccata securitatis patrum, & diuinæ uindictæ propter patrum peccata exempla. Idolatræ prauis sunt hic, qui etiam non mala mète, sed bona quadam intentione, sub creaturis colunt deũ uerũ. Nam Aaron uir pius, sine dubio non erexit uitulum, quòd nesciret unum esse deum, & illum solum colendum, sed sub uitulo, ut creatura

IN EPIS. DOMINICA IX.

tura quæsiuit honorem & gloriam Dei: Et si quis no-
strum uidisset Israëlitas sic edentes & bibentes, sic can-
tando deum laudantes etc. procul dubio laudaret eorum
instituta: ut puta quæ fierent bona intētionē. Monet itaq;
hic locus, ne uerbo quicquam addamus, quod in oculis
nostris aut rectū uideatur, aut ad cultum dei facere possit
se, ubi aperto Dei uerbo caremus

Manducare & bibere.

Signa securitatis & causæ, quas etiam Ezechiel nota-
tat in peccatis Sodomæ cap. 16.

Et surrexerunt ludere.

Lusus hi fortassis tales fuerunt, quales apud nos esse so-
lent, qui in dedicatiōe alicuius tēpli frequentantur in ho-
norem dei. Edere, bibere & ludere per se non sunt peccata,
sed si sunt peccata, quando loco uericultus dei fuerint.
Præterea, quia securitatis sunt signa, quæ ubi præstita
fuisse apud Israëlitas cœperunt, etiam peruersè cogitare
de uerbo non abhorruerunt.

Nec fornicemur.

Lege historiam de Phinees. Numeri 25. Abiectionem
uerbi, infidelitatem & securitatem, postea nulla nō etiā
externa uicia fuerunt secuta.

Nec tentemus Christum.

Hoc est, ne contra fidem agamus, & dicamus per cō-
temptum de uerbo, qd' est Christus. Anima nostra nata
fuit super cibo isto leuissimo, sicut Israëlita dicebant ad
Mosem

Mosen increduli neq; contenti uerbo. Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra nauseat sup cibo leuissimo isto, Numeri cap. 21.

Necq; murmuraueritis.

Ne ambiatis per seditionem aliã uocationem sub uerbo dei, sicut Chore, Dathan & A byron Num. 16.

Hæc autem omnia contingebant illis, ut essent figuræ.

Nobis in exempla. V sum exemplorum diuinæ uindictis hic obserua, atq; sic totius scripturæ. Similis est locus ad Rom. 14.

Itaq; qui se existimat stare.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus epilogus est præcedentium exemplorum, continens adhortatiõem ad uigilantiam sub uerbo, & dehortationem à securitate. Et quanquã nõ deficient nos infinitæ tentationes ad mala, tamen hoc ualde consolatorium est, deũ non permittere, ut tẽtemur supra id, quod possumus. Spectat hic locus ad postremã petitionem orationis Dominicæ: Et ne nos inducas in tẽtationem &c.

Stare &c.

Qui putat se omnia rectè intelligere, & iam firmiter incedere in cognitione uerbi, ad cõ quòd etiam alios præ se contemnat iudicet &c.

Videat ne cadat.

IN EPIST. DOMINICA X.

Propter securitatem & superbiam rursus excidat à
gratia, ab intellectu & cognitione uerbi.

Humana.

Quæ accidere solet ab hominibus sub Euangelio. Di-
stinguit hic sine dubio inter humanas & spirituales ten-
tationes, quæ longe sunt maiores alijs.

Sed fidelis.

Consolatio adiecta per occupationem. Fidelis Deo
natura est, & quis fideliter seruat sua promissa.

Qui non patietur.

Exponunt hæc petitionem Orationis Dominicæ: Et
ne nos inducas in tentationem, hoc est, ne sinas nos indu-
ci. Deus enim neminem ad mala tentat, sed unusquisque
tentatur à concupiscentia & carne sua, quando Deus
permittit.

IN EPISTOLAM PAV
LI, I. AD COR. CAP. XII.

Dominica à Trinitatis decima.

Illi, qui hanc epistolam ad præsentem Dominicam or-
dinarunt, sine dubio necessarium esse iudicarunt,
tempus aliquod certum existere in Ecclesia, quo ageretur
de donis spiritus sancti, quibus hic unum Ecclesiæ mem-
brum præ alio adornat, & celebrius reddit, non ut
inde prærogatiua aliqua inter Ecclesiæ membra orien-
tetur.

tur, uerum ut illi, qui habent plura dona, plus quoque laborent, & magis inscruiant alijs. Quare & Christus dixit ad suos discipulos: Qui maior uestrum est, sit aliorum minister.

Ceterum cum dona non omnes habeamus, aut non omnes æquè multa, & illi qui habent plura dona, plerumque ad publica in Ecclesia ministeria uocentur, hæc epistolæ non admodum quadrat ad multitudinem et uulgus auditorum uerbi, sed potius ad eos, qui præsumunt publicis in Ecclesia officijs, quales sunt hi, qui illis donis sunt præditi, quibus ordine, syncerè, & purè prædicatur Euangelium, & qualia sunt dona, artium cognitio, linguarum perita, & alia atq; alia.

Occasio uero, quæ Paulum ad scribendum hæc de donis commouit, inde orta esse uidetur. Verbum quum purè prædicatur, non potest id ferre Satan, qui est puri uerbi insensissimus hostis. Hic itaq; statim accedit, & uaria atq; uaria media tentat, quibus id aut prorsus tollat, aut ad minus falsa doctrina contaminet, quemadmodum nostris his temporibus, non sine magna etiam confusione illud fieri uidemus.

Hinc sanguinolenta ante decennium rusticorum se-ditio, hinc Anabaptistæ & reliqui sacramentorum prophanatores, hinc aliæ horrendæ sectæ, quæ dicta ad tollendum uerbū satanica media, utinam diligentiori cura

IN EPIS. DOMINICA X.

perpenderemus. Apostolus ut illis malis occurreret, hæc de donis subiecit, propterea quod ex fastu, qui hauritur ex donis, nullæ nõ sectæ tanquam è uiuacissima fonte profluunt, dum donis præditi instantur, & alios non ita multa dona habentes, contemnunt. Et nescio an satan aliud præsentius medium habeat ad tollendum uerbum, quàm ut prædicatores inflatos faciat ex donis, & possessa dissidentes, quo medio & in Corinthiorum Ecclesia usus est Satan, in qua horribiliter alter alterum propter dona insectabatur: quidam uero contemnebant dona, sicut et hodie fit, quod multi arbitrentur bonas artes et studia linguarum nihil prodesse in Ecclesia. Sed est hæc uia tollendi uerbum ualidissima. Siquidem ubi ceperint prædicatores inter se rixari propter dona, & alij bonas artes contemnerent, tunc nihil certius expectandum erit, quàm adulteratio puri uerbi cum infinitis sectis. Et faciem huiusmodi Ecclesiæ pete ex Corinthiaca, in qua exudabat summa securitas, inuidia, & inflatio propter dona extreme sectæ & alia haud numeranda mala: ita quod unus dicebat se Cephæ esse, alter Apollo, tertius Pauli.

Scripturus uero Apostolus de donis, primum monuit ut qui dona habent in Ecclesia, in illis nõ superbiant, sed sciant se dona ex gratia accepisse, nõ ad faciendas sectas uerum ad ædificationem Ecclesiæ, quæ est proprius finis donorum in Ecclesia usus. Postea docet eos, qui dona non habent, ne contemnant alios, qui habent, aut

ne illis inuideant. Qui autem contemnit alios ppter dona, & in eis superbit, is inquam primum peccat contra spiritum sanctum datorem donorum. Deinde contra charitatem &c.

Postremo quid sibi hodierna epistola uult, satis dicitur ex statu presentis Ecclesie, in qua non desunt, qui unanimitatem Ecclesie disturbant propter donorum abusum &c.

SUMMARI LOCII.

1 Cognoscere quid fuimus ante Euangelij cognitionem presentissimum remedium est contra inflationem ex donis seu rebus spiritualibus.

2 Officiū & donum spiritus sancti precipuum est docere nos Christum cognoscere, & dicere illum dominū. Et hoc generale eius donum & officium est, specialia postea sequuntur, tanquam illius effectus

3 Spiritus sanctus omnium donorum in Ecclesia autor & dator est, quæ largitur in Ecclesie edificationem, non destructionem.

De spiritualibus.

EXPLICATIO I. LOCII.

Docturus Apostolus de donis spiritualibus in Ecclesia hoc est, quæ partim efficiunt spirituales, partim quia dona omnia efficit Spiritus sanctus, reuocat prius suo more Corinthios ad prioris uitæ statum,

IN EPIST. DOMINICA X.

in quo uixerunt, antequam uenirent ad uerbi cognitionem. Nec id sine causa, & utili, & tanto Apostolo designa. Disspercam enim, an inter omnia argumenta illius aliud maius & efficacius sit cohibendi homines ab inquisitione ex donis, quam est hoc, quod à uita antecedente nostram ad Euangelium conuersionem petitur. Si quidem probe meditari, qualis nostra uita fuerit ante cognitionem Euangelium, & quod nos uixerimus, facile expellit omne fastum, qui alioqui ex donis surgere solet. Quid enim sumus ante uerbi cognitionem aliud, quam impia gens, & simulachrorum idololatæ cultores? A quibus malis quum liberamur per gratiam, quæ obsecro restat superbiendi occasio? Quod ex Gentibus impijs conuertimur, sanè non est meritum nostrum. Quod etiam simulachrorum cultoribus simus ueri Dei cultores, sanè ne hoc quidem nostris uiribus adscribere possumus. Quod dona habemus sub Euangelio, cuius beneficium accidit? Sane non merito nostro. Cuius tum? Ex spiritus sancti beneficentia. Quid ergo gloriationis nobis restat? Hoc uidelicet, ut dicamus nos impias gentes fuisse, simulachrorum cultores, & hostes Dei, nunc uero nos ex gratia Dei à tantis malis liberatos esse. Coram mundo ridiculum ac stultum foret, si quis in alienis beneficijs gloriaretur. At quanto stultius & magis ridiculum esse putamus, exemplo Corinthiorum gloriari in donis Dei, quæ ex mera gratia contingunt hominibus

Idque ad tempus huius uitæ tantum. Inflatio ex donis, quæ hodie est in Ecclesia, maxima, non aliunde occasio nē capit, quàm quia nemo cōsiderat, quis fuerit ante Euangēlij reuelationem. Spectat & huc locus prioris epistolæ ad Corinthios 3. cap. Scientia inflat, hoc est, cognitio libertatis facit insolentes homines & nimium spirituales, qui sepe cum magno contemptu aliorum gloriātur de donis, & in illis superbiunt. Verum contra nunc etiam inflatiōem nullum est præsentiū remedium, nisi ut subinde reuocentur auditores uerbi ad pristinam uitam, id quod præ reliquis Apostolis diligentissimè in omnibus fere epistolis Paulus facit. Pertinet & huc locus 1. ad Corin. 4. Quid habes, quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris?

De spiritualibus.

Spiritualia uocat dona à causa, & ab effectu, quia spiritus sanctus illorū autor est, et quia spirituales efficiunt. Dona non sunt, quæ ex naturæ beneficio accipimus, ut sunt prudentia, sapientia &c. Quare diligenter spiritualia dona, quæ ad deū et ecclesiam pertinent, à rebus, quæ naturæ beneficio contingunt, separari debent. Ne tamen diligenter donorum autorem spiritus sanctum, & facillime obliuisceris glorationis in rebus spiritualibus.

Nolo uos ignorare.

Paulus quia non uult hæc de donis spiritualibus ignorare Corinthios, igitur certū est, eos illorum usum igno-

IN EPIS. DOMINICA X.
rassè, & sic donis fuisse abusos.

Scitis.

Quorsum hæc Paule, qui institui sti de donis dicere, et incipis nunc monere de gentilitatis conditione, in qua se terunt Corinthij? Respondeo pro Paulo. Ideo hæc præmonet, q. d. Vos Corinthij multum gloriimini de donis, sed respicite, quales fuistis, & facile intercidet apud nos gloriatio illa, indebita in alienis donis: Ducit Apostolus Corinthios à gloriatione, idq; à pristina uita, & reuocat eos ad autorem donorum, ut struat sibi uiam ad uerum donorum usum subiiciendum. Nam hoc euicto, dona esse Spirituû. opera, nulla restat postea gloriandi iusta causa, ut in alienis donis, nec hæreditarijs bonis.

Gentes.

Emphaticôs utitur hac uoce. Gentes uocat homines quondam in carne, præputium, ab alienatos à republica Israël, extraneos à testamentis Dei, spem non habentes, Deoq; carentes in mundo &c. ad Ephe. 2.

Ad simulachra muta.

Simulachra muta hic non tantum sunt lignæ aut lapideæ imagines, sed omnia illa, quæ speciem pietatis seu religionis uanæ habent. Muta uero uocat per contemptum, quæ mutos efficiunt ab effectu. Et dicuntur eiaam muta simulachra, quia scriptura de illis nihil habet. Sic totum regnum impietatis simulachrum mutum facit, de quo ne syllaba quidem in sacris literis, nisi quantum ad

ad uaticinia attinet, quibus regnum illud à longo ostensum est. Vel muta sunt simulachra, quia de illis nihil uerum aut firmi responderi potest. Et reuera sic comperimus, quòd simulachrorum cultores interrogati, quur seruiant simulachris, & quur hæc sic, uel illa sic seruent, nihil certi respondere possunt.

Ducebamini.

Tanquam subiugati equi, asini & serua mancipia.

Euntes.

Vt uagi & insensati homines.

Ideo notum uobis facio.

EXPLICATIO II. LOCI.

NEdum quidem credidit Apostolus se bene & cõmodè docere posse de donis, nisi spiritus sanctus autorem donorum diligenter prius Corinthijs inculcet. Agit ergo in secundo hoc loco Paulus de spiritu sancto, ut causa donorum omnium, & de præcipuo Spiritus sancti officio. Præterea et de omni maximo dono spiritus sancti quod est donare nos cognitione Christi, è quo donorum reliqua specialia sequentia profluunt, non aliter atq; è uiuo fonte.

Christus enim cognitus et fide apprehensus causa est, ut spiritum sanctum & omnia eius dona accipiamus iuxta illud Psalmo 76. Cum adscendisset in altum, captiuam duxit captiuitatem, & dona dedit hominibus.

Hic adscensus adhuc quotidie in nobis cõpletur, quæ

IN EPIST. DOMINICA X.

do presidio spiritus. cognoscimus Christum, & fide apprehendimus, qui cognitus & apprehensus mittit nobis uberius spiritum sanctum, & donat nos donis.

Dicere igitur Christum dominum esse, ipsissimum Spiritus sancti donum est, super quod reliqua omnia dona fundata sunt, sicut patet ex loco Psalmi 67. Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem & c. Itē, qui hoc donum spiritus sancti habet, ut dicere queat Christum dominum esse, ille etiam aliorum donorum facile fieri potest particeps. Qui vero dicit Christum anathema esse, ille nunquam aliorum donorum particeps fieri potest, si quidem Christus ut dominus confessus, causa est ut nobis reliqua dona contingant, iuxta psalmum. Ascendit in altum & c. Quid ergo docet hic secundus locus? Respondeo. Docet donum Spiritus sancti precipuum esse, cognoscere Christum & illum dominum confiteri, e quo dono postea & reliqua promanant.

Quia id, quod nunc estis, ex uobis non estis.

In spiritu Dei loquens.

Autore spiritus sancto.

Dicit anathema Iesum.

Anathema dicunt Christum, qui eum Dominum negant. Opponere enim hic uidetur Apostolus inter se anathema & dominum. Est uero Christum Dominum negare, inficias ire, quod Christus sit, qui uicerit mortem & qui nunc potenter regnet super peccatum, mortem & Satana.

tanam: item, est negare Christū esse iusticiam, sanctifica-
tionem et redemptionem nostram, qui porrò instar inui-
sissimi domini tuetur nos, defendit & seruat ab omni-
bus malis. Anathema græca uox est, & sonat sepositio-
nē seu separationē doncrū, quæ dijs erāt donata, et quæ
nefas erat è loco mouere. Sic hypocrite Christū seponūt
neq; utuntur eo, sed fictitijs suis operibus: talibus hypo-
critis Christus est anathema, cyn grewel, quemadmodū
Iudæi anathemate, Hieronymo teste, execrationem signi-
ficant.

Domihum.

Mortis, peccati et Satanæ: Item potentem qui regere,
defendere, tueri & seruari potest contra mortem, pecca-
tum & Satanam. Hæc incidunt in uocem Dñi: alioqui
quid magni esset Christum dñm mortis esse, nisi & pos-
set contra mortē seruare? Diuisiones uero &c.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus agit porrò de specialibus & reliquis
spirituū sancti donis, quæ præcipuum & genera-
le illud donū, quod est noscere Christum, et dicere illum
dominum, sequuntur. Varia autem recenset hic locus spi-
rituū sancti dona, quæ licet uaria & multa sint, unum tñ
spiritum sanctum autorem habent, qui cū unus sit, & in
se non diuisus: docet ergo hic locus de finali oīm donorū
usu, q est unitas, ut sciamus spiritūs. unū, sua dona dare
hoībus, ad unitatē et ædificationē ecclesiæ: quæadmodū
post hodiernam eplam in similitudine corporis declarat

IN EPIS. DOMINICA X.

Paulus, de cuius fine sic loquitur. Vt non sit schisma in corpore, sed ut pro se inuicē membra sine sollicita. Hic donorum finalis usus excludit omnem gloriationem & huius fructus, dissidium, contentiones &c.

Diuisiones uero donorum sunt.

Id est, uaria sunt dona.

Idem autem spiritus.

Autor & dator donorum uariorum. Qui quia idem est. Ergo & dona uaria unitati seruire debent.

Et diuisiones ministeriorum sunt.

Varia in Ecclesia officia & ministeria sunt propter dona, quæ homines habent uaria. De quibus porro docet Paulus in fine huius capituli. Et quosdam posuit deus in Ecclesia primo Apostolos, secundo prophetas &c.

Idem uero dominus.

Qui quia idem est, ergo et uaria illa ministeria ad unitatem conseruandam exerceri debent.

Et diuisiones operationum.

Quibus priuatim seruiamus proximo.

Idem uero est Deus.

Qui cum est idem, ergo & operationes uarie ad unitatem exerceri debent. Ad ministeria & operationes eodem modo referri possunt omnia specialia dona.

Qui operatur omnia in omnibus
Tam ipsa dona, quàm ut illis bene recteque utamur.

Vnicuique autem datur mani-
festatio

festatio spiritus.

Ipsum donum cuius autor est spiritus. Metonymia ponitur causa pro effectu.

Ad utilitatem.

Scilicet Ecclesie. Nota usum omnium donorum finalem. Similis locus ad Ephe. 4. extat. Et idem dedit alios Apostolos &c. ad instaurationem sanctorum in opus administrationis, in edificationem corporis Christi &c.

Sermo sapientie.

Sequitur specialium donorum distributio. Sermo sapientie donum est uere docendi uerbum.

Sermo scientie.

Quo dono datur recte secare uerbum, quod donum requirit Ap[osto]lus in Timotheo 2. epist. cap. 2. Stude te ipsum probatum exhibere Deo, operarium non erubescendum, recte secantem sermonem ueritatis.

Fides.

Constantia & fiducia confitendi uerbum coram persecutoribus, ut inde confirmentur pii in ueritate. Alias & fides fiducia in Deum, donum spiritus est, de quo hic non loquitur: quia de donis tantum agit, quibus charitas seruat.

Dona sanationum.

Quibus iuuatur proximus medicine cognitione.

Operatio uirtutum.

Vis eijciendi demones, & edendi miracula.

IN EPIST. DOMINICA XI.

Prophetia.

Intellectus uerus uerbi.

Discretio spirituum.

Posse discernere ueram doctrinam à falsa, & predicatores ueros à falsis: quod de dono monet Ioannes i. epistola capite 4.

Genera linguarum.

Et linguis uarijs loqui donum spiritus sancti est.

Interpretatio sermonum.

Donum exponendi & interpretandi uerbum. Siligeris pro sermonum, linguarum, sensus est. Donum exponendi & interpretandi linguas.

Diuidens singulis pro ut uult.

Spiritus sanctus non dat uni omnia dona, cuius tamen ad salutem satis donorum.

IN EPISTOLAM PAVLI
AD COR. CAP. XV DO-

minica à Trinitatis undecima.

Quum nihil æquè referat in auulsis scripturæ locis, quàm uel coherentiam uel ipsam occasionem diligenter inquirere, proderit & huius auulsæ epistolæ originē uenari, ut certus aliquis illius intellectus nobis constet. Apostolus postea quã per totam epistolam ad Corinthios priorem, per quatuordecim integræ capitula docuit de multis et uarijs rebus ad ueram pietatem in sancti

sanctificationem formandã, pertinentibus, de sincera doctrina, de fide alijsq; nostri Christianismi articulis: nunc insinuavit in presenti epistola omnium dictorum quasi epilogũ texere, ac si diceret: Placet porrò epistolæ finem facere: igitur à uobis peto, ut in omnibus illis rebus persuerctis, quæ uos docui. Ansam sic recapitulandi prædictam doctrinam, & admonendi Corinthios de perseuerantia, uidetur Apostolo subministrasse, sopor ille profundus, qui sequi solet uerbum prædicatum, & frequens illa nausea, quæ raro abest, propter unius uerbi quotidianam prædicationẽ: unde oritur ferè semper uehemens desiderium pro nouis dogmatis audiendis: quale satis expressum est in typico filiorũ Israel exemplo, quibus mãna in nauseam postea facta est.

Ne igitur similis aut sopor aut nausea & Corinthijs accidere possit, utitur adhortatione quadam Paulus per epilogum, in quo reuocat eos ad sæpe auditum uerbum, & sedulos reddit, ne in eam securitatem incidant, ut delectatione ducantur erga nouam aliquam doctrinam, ab illo prius nõ auditam. Quæ Pauli adhortatio, adhuc hodie omnibus prædicatoribus uel de necessario & imitanda est: maximè cum status nostrorum temporum, à Corinthiorum sæculo nihil aut parum certe abhorreat. Si quis quidem quis hodie non struit ad auditum Euangelium? Quis non nauseat? Quibus non pruriunt aures pro doctrina noua?

IN EPIST. DOMINICA XI.

Hic autem pruritus pro noua doctrina, non est subitaneum, quoddam malum, sed apparet in natura herere. At obijcis de papatu, qui ad aliquot annorum secula firmiter durauit? Respondeo. Tã diuturnæ substantiæ papatus, non est alia quærenda causa, quàm quotidiana illa nouitas, nunc ceremoniarũ, nunc uestiũ, nunc feriãrum, supra modum omnibus grata, Verum ut nunc omnibus est grata nouitas, ita & pernitiõsa ualde, quia erroris uerinducit errori, id quod & nobis denuo continget ubi incoeperimus auribus prurientibus adfectare noua dogmata. Ceterũ ut unius horæ aut concionis non est, totius Christianismi articulos omnes repetere: sic nec Apostolus hac sua adhortatione ad constantiam in auaritia doctrina omnes Christianismi articulos repetit, sed diuinos tantum præcipuos: scilicet, Christũ pro nobis mortuum esse. Et Christum pro nobis resurrexisse. In his duobus capitibus tota scriptura uersatur maxima ex parte, dum docet nos in Christo saluos fieri, & propter Christum habere uitam æternam. Vterq; articulus plenus est consolatione. Quod Christus pro nobis mortuus sit, huius articulum paucis tantum refricat, quia eum per totam epistolam satis attigit. Moratur uero in altero articulo de resurrectione, quem & per totum caput urget, postquam morte Christi liberatos, nulla non sequatur crucis qua glorificari oportet pios iustos: Hi ergo ne propter crucem desperent, nũtur eos resurrectione consolari.

que quia propter argumenta rationis, non facile credi-
tur, laborat Apostolus cum firmis argumentis certā red-
dere, ne in incertum currant Corinthij, certo per mor-
tem Christi liberati. Refellit ita illorum argumenta, qui
resurrectionem negant, & qui per consequentiam et ani-
mam mortalem statuunt, simulque cum corpore interi-
re. In qua quidem sententia quā plurimi philosophi fue-
runt. Et Sadducæi apud Iudæos resurrectionem nega-
runt, ducti rationis argumentis, sicut est videre in dispu-
tatione illa, quam habuerunt cum Christo de muliere se-
ptem fratrum se inuicem in matrimonio succedentium
uxore. Neg; hodie, ut audio, in Italia desunt multi, qui
animam mortalem esse sentiunt. Quare cum sapientissi-
mi mundi circa resurrectionē dubitent, et resurrectio co-
ram ratione non subsistat, opponit se contra Apostolus
grauissimis argumentis, quò resurrectionem ab aduersa
rijs saluam eripiat, nec id temere, ubi enim spes resurre-
ctionis apud Christianos intercidit, ibi nullum amplius
solatium superesse potest in hac uita. Similes locos pro
resurrectione habes, ad Rom 8. Posteriore ad Co. 5. Hi-
ob inquit: Et in cerne mea uidebo dominum meum etc.
Postremo commodissimè addit Paulus articulum de
resurrectione, ut consoletur Corinthios, ne aduersitati-
bus lapsi recedant ab Euangelio, sed ut maneat constan-
tes, certi de resurrectione & liberatione futura.

S V M M A R I I L O C I .

IN EPIST. DOMINICA. XI.

1 Subinde sunt admonendi auditores uerbi de præcipuis doctrinæ Christianæ articulis, nihil curantes auditorum tædium, quod inde oriri possit.

2 Summa totius Christianismi est, credere Christum pro nobis mortuum esse, et resurrexisse, ut et nos resurgamus.

3 Gloriatio prædicatorum exemplo Pauli hæc una esse debet, ut de sua infirmitate & de accepta gratia gloriatur &c.

Notum autem.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus exemplum præbet à persona Pauli omnibus prædicatoribus, ut diligenter præcipuos Evangelij articulos repetant, atque subinde suis auditoribus inuolent, nihil curantes, an uel tædium uel nausea sequatur. Apud uerè Christianos sanè ad frequentem articulorum Christianismi repetitionem non potest sequi tædium. Qui enim uerè amant uerbum, stupent & admirantur, non solùm frequenti repetitione non adficiuntur molestia, sed potius gaudebunt diligenti refractione. Siquidem & uerbum tale est mysterium, quòd non una aut altera prædicatione perfecte capitur, uerum quòd sensim ac sensim reuelatur, quæ successiua reuelatio nunquam non et oblectat piorum animos, & desiderium sæpius audientium uerbum in illis prouocat. Est equidem uerbum talis doctrina, quæ in animis piorum semper noua est, & noui aliquid adfert. Quibus uero uerbum nausea fit, in illis uerbum

bum nunquam uiuas radices egit, neq; ab illis uerè cog-
 tum unquam fuit, cuius deliciae semel corde gustatae in sa-
 tiabilem sitim excitant. Si enim terrenae uoluptates se-
 mel perceptae, inextinguibile studium gignunt, quanto
 maius ipsum uerbum, quod est uirtus & potentia Dei.

Porro ut nausea non est sine contemptu, ita nec illi,
 qui fastidiunt uerbum, non possunt non esse & contem-
 ptores uerbi. Hodie quia nausea non deest, certo igitur
 credendum est, & contemptum uerbi praesentem esse.
 Sed sic procedit Satan, ut à nausea ad contemptum uer-
 bi, à contemptu ad haereses & sectas, ab his ad interitum
 uerbi perueniat. Nouitate Papa suum regnum crexit et
 retinuit firmum. Nos quia semper eadem praedicamus
 de fide, de iustificatione per Christum & c. unde timendū
 est, idq; deo sic iudice uolente, ut ingratitude nostra pu-
 niatur, ne earundem rerum perpetua & utilis faciati pra-
 dicatione, uerbum amittamus, quo iusto Dei iudicio pe-
 reant, qui perire debent.

Notum autem uobis facio.

Hoc est, iterum repeto & inculco, nam hoc est nouū
 facere, subinde repetere, ut nota fiant. Estq; hic locus
 propositio.

Euangelium.

Doctrina de salute & iustificatione uestra. Owendit
 & hic Paulus cuius doctrinae minister sit.

Quod praedicayi uobis.

IN EPIS. DOMINICA XI.

Nota gradus quosdam iustificationis. Primus est prædicatio Euangelij, secundus audire Euangelium, tertius auditum accipere, quartus in eo stare: hinc postea iustificatio & salus. Similis ad iustificationem gradatio fit extat ad Rom. 10.

Statis &c.

Per fidem constantes aduersus scandala mundi. Stare militare uerbum est. In der rustung stehen.

Per quod & saluamini.

Effectus prædicati, auditi, accepti, & crediti uerbi. Salus est ipsa iustificatio.

Nota quantum tribuat hic Paulus contra Anabaptistas uocali Euangelio q̄ uoce prædicatur, et auribus auditur, & in quo hic statur firmiter.

Si retinetis.

Istam rationem prædicationis meæ.

Nisi frustra credidistis.

Occupatio, qua ostendit salutem certo sequi uerè credentes. Nam salus ceu iustificatio fidei certus effectus est &c.

Tradidi autem uobis.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus totius Christianismi summam duobus articulis comprehendit, ad quos alij omnes, tanquam ad locos communes, & primos fontes redigendi sunt. Nam tota scriptura in illis duobus articulis cõfluit.

it, scilicet Christum pro nobis mortuum esse, deinde etiam nostram causam surrexisse, ut & nos resurgamus. Prior articulum suscipimus in superioribus capitibus Paulus expediuit, ideo illo relicto, uehementius porro urgeat resurrectionem, quam ut certam exhibeat in hoc loco, testibus utitur. Hos ergo predictos articulos qui nouit, omnia nouit. Scit enim se iustificatum esse per Christum in hoc, ut aliquando à facie ad faciem & uitam æternam accipiat, quam hic etiam in spiritu sub specie certam habet. Est uero hic locus secundus confirmatio secundæ partis articulorum fidei de passione Christi & resurrectione &c.

Tradidi.

Narratio, qua paucis explicat summam prædicati sui Euangelij, quod in certos & potiores articulos distribuit.

Quod accepi.

A Christo & Deo patre, ad Galat. 1. Paulus non dicit se sua somnia prædicare.

Quod Christus mortuus sit.

Alter articulus de summa Christianismi.

Pro peccatis nostris.

Vsus mortis & passionis Christi.

Secundum scripturas.

Vsus ueteris Testamenti. Refert hic recensere aliquot locos de morte Christi è ueteri testamento, ut Esaiæ capi. 53. de passione. Esaiæ 11. capi. de sepulchro. Esaiæ

IN EPIST. DOMINICA XI.
capite 41. de resurrectione &c.

Et quod resurrexit.
Alter articulus de summa Christianismi, Psal. 8. clea-
ganter descriptus.

Et quod uisus sit Cephæ.
Confirmat articulum de resurrectione à testibus. Ra-
tiones cur ita firmiter stabiliat Apostolus resurrectione
Christi, hæ sunt: quia ratio eam credere non potest, &
quia sine resurrectione passio Christi nihil est, tandem
quia & nostra resurrectio, de qua in sequentibus ager,
nihil est, si Christus non resurrexerit, Cephæ, id est, Pe-
tro, teste Ambrosio.

Quingentis.
Fortassis certus numerus positus est pro incerto, nam
nusquam legitur Christus quingentis apparuisse. Ambro-
sius ad hunc locum paucis sic loquitur: Hoc sua fide di-
cit Apostolus.

Iacobo &c.
Qui putatur alter fuisse è duobus, qui perrexerunt
cum Christo in Emaus.

Deinde Apostolis omnibus.
Expolitio, qua generaliter repetit specialiter dicta.
De hac apparitione scribunt Euangelistæ.

Nouissime autem.
EXPLICATIO III. LOCI.
TERTIO loco à sua persona ostendit Paulus res-
urrexerit

surrectionem Christi. Docet uero hic locus ab exemplo Pauli, de qua re prædicatores gloriari debent, non de meritis proprijs, neq; de sapientia, neq; fortitudine propria, sed de infirmitate, & accepta per misericordiam gratis, uult ergo ut nihil in nobis agnoscamus, misericordiam uero de, seu gratiam solam cleuemus.

Tanquam abortiuo.

Qui si maneat, maneat: si non, pereat. Vel dicit se abortiuum extra tempus præsentis Christi in hoc mundo natum & conuersum &c.

IN EPISTOLAM PAV

LI. II. COR. CAP. III. DO-

minica à Trinitatis duodecima.



Odierna episto'la præter alia insignia dogmata, quæ multa habet, etiam collatione quandam Legis & Euangelij, eorumq; effectuum continet, & hanc ferè in fine epistolæ subijcit. Verum cum ual-

de referat discrimen aliquod noscere inter legem & Euangelium, et inter utriusq; rei effectus, non erit absq; modo hic aliquandiu morari. Iusticiarij hypocritæ superioris sæculi cum ignorarent discrimen Legis & Euangelij & harum rerû effectuum, idcirco ex hoc capite prætulere unã legem Euangelio, inuito quoq; Apostolo, qui per

IN EPIS. DOMINICA XII.

totum hoc caput è quo transcripta est hodierna epistola in hoc tantum intentus est, ut Euangelium cum suis effectibus ultra legem huiusq; effectus extollat, id quod & nos hac cõctione imitabimur contra operum iusticiarios & cætera.

Paulus suo tempore negocium habuit cum legalibus pseudapostolis cauponantibus inter se legem & Euangelium, & necessario requirentibus ad euangelium legem & ad iusticiam Euangelij, legis opera. Ex qua cauponatione occasio tertij huius capituli, et præsentis epistolæ orta est, nam Paulus hoc capite et hac epistola gloriatur se noui testamenti seu Euangelij ministrum esse, non legis aut literæ. Vt autem intelligatur discrimen inter legem & Euangelium, id potissimum petendum est ex utriusq; rei effectibus & finali usu. Neminem ergo laet uel ex tertio capite ad Romanos, in quem finem lex data fuerit, non ut per illam iustificarẽtur homines. Qui effectus solius Euangelij est, sicut porrò audiemus, sed qui oportuit esse certum populum, in quo promissiones de Christo reuelarentur, certo & clare testimonio Dei, igitur lex data fuit. Quemadmodum inquit ibi Paulus, Nã primum quidem illud, quòd illi commissa sunt oracula Dei, scilicet propter politicum illum finem, de quo nunc diximus. cæterum quia lex data est, certæ ceremonie institutæ cultusque certi, non desistit ratio de fine tantarum rerum inquirere, donec ad finem sibi ardentem pertina

peringat, & dum inquirat, non potest finem alium comprehendere, quàm iustificationem. Siquidem leges instituntur propter iusticiam, unde & fit, quòd lex Euāgelio preferatur ab operum cultoribus, aut ad minus cū Euāgelio conferatur, & confundatur.

At ut cœlum & terra seungi debent, ita et rationem à uerbo hic separare conuenit. Ratio docet legis finem esse iusticiam, & uerè docet in regno ciuili, uerum in regno spiriuali reclamationem uerbum, nō quòd finis legis perpetuus non sit iusticia, sed quòd adimat nobis legis executionem perfectam, quam si possemus præstare, sequere tur sine controuersia, finis iusticia. Quis enim præter Christum gloriabitur de fine præceptorum legis, cuius meminit Apostolus 1. ad Timo. cap. 1. Porro finis præcepti est charitas ex puro corde, & conscientia bona et fide non simulata.

Sed obijcis, in politico regno possumus leges seruare ad iusticiam. Ergo et in spiriuali regno? Respondeo: Verbum reclamationem cōtra consequentiam, quanquam interim complexionem externam legum ad ciuilem iusticiam per mittat, modo homines à diabolo nō impediātur, uerum cum in regno spiriuali ad iusticiā non sufficiat externa adimpletio, nisi et consentiens animus accedat, igitur ne gat uerbum consequentiam à uiribus in regno ciuili ad seruandam legem, ad uires in regno spiriuali ad executionem legis & animo consentiente, perfectam.

IN EPIST. DOMINICA XII

Iterum obijcis: Ergo nullus est legis usus, quia non iustificat? Respondet Paulus ad Roma. sicuti diximus antea de Legis finali usu. Et post hodiernam epistolam respondet, ubi ostendit ipsam legis gloriam, quæ tanta fuit, quòd filij Israel non potuerint oculos in faciem Legislatoris intendere, cum primum daretur lex. Sic cum olim tanta fuerit legis gloria, ne hodie quidē illius usus nobis reiiciendus est. Habet enim lex adhuc suam efficaciam, potentiam & gloriam apud omnes, qui nondū possident spiritum sanctum, quiq; nondum sunt sub Evangelio, neq; fide apprehenderunt Christum. Est itaq; lex adhuc pædagogus usq; ad Christum necessarius, sicut & olim fuit. Ast discernendus est hic pædagogus ab Evangelio, quod discrimen in præsentī epistola aperit utrisq; Paulus ex effectibus utriusque monstrat, dum pædago legi tribuit occidere, & efficere mortem & opera mortua. Et hæc de gloria legis, quæ non parua est, scilicet occidendo, & damnando, ad Christum medicum ducere &c.

At quanto maior est Evangelij gloria, quæ legis gloriam longè antecellit, dum ea, quæ per legem sunt mortua & damnata, rursus uiuificat & saluat? Et quanto nunc gloriosior est uita, quàm mors, tanto quoque Evangelium gloriosius est lege, & effectus Evangelij gloriosiores effectibus legis. Si quidem occisos per legem et mortuos uiuificat, damnatos liberat, & seruos sub lege

in ueram libertatem ponit. Hos Euangelij effectus in hoc capite confert Apostolus cum effectibus legis, non ut inde prorsus legis gloriam tollat, sed tantum ut Euangelium legi praeferat. Est uero totius collationis hic uerus scopus. Legem sine spiritu sancto mortificare, condemnare, & in captiuitatem ac desperationem abducere. E contra accedente spiritu sancto legem habere suam gloriam, ut ducat occidendo & damnando ad Christum medicum, ut adducti uiuificentur, saluentur & liberentur. Nam ubi spiritus ibi libertas: aliàs sine spiritu sancto, legis nulla alia est gloria, quàm occidere, damnare & facere hypocritas: quemadmodum & id significare uoluit Paulus per uelamen. Dempto enim uelamine per Christum sub Euangelio, misso in hoc spiritu sancto, primùm cessant praedicti legis effectus, occidere, damnare, & facere hypocritas. Qui sine legis effectus, & quàm molesti sine Christo & spiritu sancto, satis sumus experti sub antichristi regno, Et qui sunt Euangelij effectus, et quàm dulces sub Christo & spiritu sancto, id hodie experimur omnes, qui uera fide apprehendimus Christum.

S V M M A R I I L O C I.

1 Satis sunt commẽdati praedicatorum, quos auditores uerbi in conscientijs ex effectibus uerbi ueros & synceros commendant. E contra pseudapostoli sunt qui egent externis commendationibus, quas quaerunt ex lege sine Christo &c.

IN EPIS. DOMINICA XII.

2 Officia legis seu effectus sunt, occidere, dānare, adigere ad desperationem & ad perpetuam captiuitatē & carnificinam. E contra officia Euāgelij sunt, uiuificare, liberare, seruare à desperatione &c.

Incipimus.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus commendat nobis ab exemplo Pauli ueros & synceros prædicatores, quorum animum studium est, ut à suis auditoribus in conscientijs commendentur & probentur, idq; ex effectibus uerbi, quod prædicant, qui sunt, teste Christo. Matt. 7. uue & ficus dulcissimi fructus cōscientiæ aut p conscientijs: quales sunt. Tranquillitas, pacificatio, pax & gaudium cōscientiæ. Ex his igitur fructibus in conscientia positus, uult cōmendatus & probatus esse Apostolus, non ex hac aut illa externa, non ex his & illis cæremonijs legis, imò ne ex effectibus quidem legis.

A cōtrario pseudapostolos esse ostendit primus locus qui aliunde commendari et pbari uolunt, quàm è conscientijs seu è fructibus Euangelij suorū auditorū, hoc est, qui laborant se cōmendari ex reb. externis & ex prædicatione legis et operū ad ueram iusticiam necessariarū, et sicut Christus Matthæi 7. qui ex spinis et tribulis, hoc est, qui ex irrequietudine conscientiarum commendationem querunt: qui fauorem uulgi uenantur, qui humerorum laudum sunt cupidi etc.

Incip

Incipimus.

Vt commodius perstringamus pseudapostolos cauponantes uerbū dei, id est, legē & Euangelium cōfundemes.

Aut nunquid,

Occupatio.

Commendaticijs epistolis.

Quibus opus habent pseudapostoli ut suas nugas cōmodius uendant, & in imprudens uulgus effundant. Vocat autem Apostolus hic commendaticias epistolas, oēs res illas, quibus Pseudapostoli in fucum seu prætexitum falsæ suæ doctrinæ, utuntur, ut bene audiant apud suos. Sic totū regnū impietatis, superiori sæculo, nihil aliud fuit, quā cōmendaticia epistola, hoc est, fucus quidam alliciens spectatores & lactans spe tamen uana.

Epistola nostra.

Commendatio, gloria & testimonium nostrum, quo apertum est, qualis sim ego prædicator, qualis doctrina mea sit.

Vos estis.

Conscientiæ uestre, quæ testari possunt ex effectibus uerbi, quos ex mea prædicatione perceperunt (quales sunt tranquillitas, pax & gaudium) quis sim ego & quæ mea doctrina.

Scripta.

Infixa hærens.

In cordibus uestris.

In mutuis nostris conscientijs. In uestris, quæ testantur, quòd nō sim cauponator uerbi dei, sed sincerus prædicator

IN EPIST. DOMINICA XII.

dicator, itē: quæ testantur q̄ doctrina mea sincera sit.

Quæ scitur & legitur ab omnibus.
Id est, quæ innotescit omnibus.

Dum declaratis quod epistola
la sitis Christi.

Addit formalem causam à circumstantia temporis,
qua docet quomodo epistola Corinthij, sciuntur & legi-
tur ab omnibus. Tum enim epistola Corinthij leguntur
& sciuntur ab omnibus, quando foris declarant fidem su-
am factis, quòd sint epistola Christi, in qua scribitur est
angelij doctrina de Christo: Locus subobscurus est pro-
pter metaphoras. Sensus uero est. Corinthios omnibus
notos esse, quòd sint ueri Christiani, dum factis declarant
se Euangelio Christi credidisse. Prius Corinthios suam
epistolam dixit respectu ministerij à Paulo per prædica-
tionem elaborata, unde sequuntur: ministrata à nobis &
scripta, id est, nostro ministerio.

Non atramento.

Externa tantum & inefficaci prædicatione. Per epi-
stolam atramento scriptam, intelligit auditores legis, qui
carent spiritu dei & uiuifico Euangelio. Atramentum
igitur est, legis doctrina sine spiritu Dei & Euangelio,
mortua. Perstringit pseudapostolos.

Sed spiritu Dei uiui.

Hoc est uiua euangelij doctrina & per spiritum san-
ctum efficaci. Spiritus Dei uiui hic est, Euangelium per
spiritum

Spiritus sanctum uiua doctrina, quæ opponitur atramento, hoc est, legi mortuæ doctrinæ. Epistola spiritu dei scripta, sunt, auditores Euangelij per spiritum sanctum uiui.

Atramentum dici potest legis doctrina ab effectu, quia atros, deformes & ingratos homines facit. Spiritus Dei uero similiter ab effectu dicitur Euangelij doctrina, quia uiuificat & uiuos homines facit. Quanquam et atramentum & spiritus Dei, nature quoque sint uocabula.

Non in tabulis lapideis.

In quibus lex erat scripta. Tabulæ lapideæ pulchrè explicant naturam legis: hæ enim significant grauitatē & onerositatem legis: item lapideos filiorum legis animos: quas tabulas Moses portans de cælo fregit id signum fuit, legem scissa & fracta pectora facturam.

Sed in tabulis cordis carnalibus.

Mollificatis fide et spiritu sancto. Carneum enim cor simpliciter uocat, cor molitum fide & spiritu sancto.

Respexit Apostolus in locum Hieremiæ cap. 31. Post dies illos dicit dñs, dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.

Fiduciam autem.

Hoc est, talem gloriam nos habemus in Christo coram Deo. Sequentia autem spectant ad extenuationem Pauli, qua pro suo ministerio, quod illud sit efficax, reddidit gloriam deo.

IN EPIST. DOMINICA XII.

Non quod sufficientes sumus.

Occupatio est, q. d. Apostolus, q. ministerium nostrum
efficax sit ad uitam, et q. nos efficaces sumus in ministerio
nostro, id non est nostrarum uirium opus, sed potentia
Dei, qui uerbum efficax facit in auditorum animis. Simi-
lis est locus 1. ad Corint. 3. de efficacia ministrorum &
de Dei incremento.

Sufficientia.

Efficacia. uirtus, potentia, incrementum, augmentum
uerbi & prædicationis.

Qui idoneos nos fecit.

Id est efficaces ministros.

Noui testamenti,

Euangelij.

Non literæ.

Legis mortuæ.

Sed spiritus.

Euangelij, doctrinæ per spiritum sanctum uiuæ.

Litera enim occidit.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus tractat collationem officiorum seu
effectuum legis & Euangelij, ut perstringat Apo-
stolus pseudoprophetas, qui legem præferebant Euangelio,
aut qui legi effectus Euangelij tribuebant, aut qui adfere-
bant iusticiam partim legis operibus, partim fide parari.
Summa autem prudentia discernit Paulus legem ab Eu-
angelio, ita ut legi suam relinquat gloriã, suãq; officia.
Euangelium uero cum suis effectibus ultra legem eius
effe

effectus extollat. Sumi ex hoc loco possunt argumenta legem non iustificare, in hunc modum.

Lex occidit,

Ergo non uiuificat seu iustificat.

Euangelium uiuificat,

Ergo et iustificat.

Litera est ois doctrina, etiam lex Dei sine spiritu sancto. Item omnia opera sine spiritu sancto. Sic Nicodemus Ioannis 3. cap. sua cognitione & confessione de Christo, litera est. Rabbi scimus, & à deo ueneris magister &c.

Spiritus autem uiuificat.

Spiritus est ipsum Euangelium, quod spiritus docet, quod spiritu in corde uiuit. Item omnia opera, quæ per spiritum sanctum uiuunt, item cognitio Dei &c.

IN EPISTOLAM PAULI, AD GAL. CAP. III. DOMINICA à Trinitatis decimatertia.

Optime quadrat hodierna epistola ad præsens tempus, in quo longe maxima controuersia agitur de nostræ iustificationis coram Deo causis, & quia olim de re tanta controuersum est, quare nemo iure mirabitur, & si adhuc hodie quidam sint, qui controuersiam moueant. Paulus suo tempore cum pseudaposto-

IN EPIST. DOMINICA XIII.

lis egit adferentibus iustificationis causam ex operibus legis. Hodie nobis contentio est cum operarijs hypocritis, qui pseudapostolis legalibus bis sunt impudentiores, quia humanis & ficticijs operibus sæpissime adscribunt iusticiam, quod alij præceptis in uerbo Dei expressis, in hoc tamen utriq; conuenire uidentur, quia iustificationis causas confundunt, quas partim fidei, partim operibus tribuunt. Nō enim simpliciter tempore Pauli negabant pseudapostoli fidem esse iustificationis causam, sed & opera admiscebant ut causam. Sic n. c. nostri iusticiarij in uniuersum negant fidem causam uerae iusticiæ esse, sed admiscent & opera simul loco causæ, subtili quidem distinctione facientes fidem principalem causam, opera uero minus principalem.

At hodierna epistola dictam illam distinctionem seu confusionem operum & fidei omnino reprobatur, dum ex collatione effectuum promissionis & legis probatur, eandem fidem in Christum resum sine operum respectu, causam iustificationis esse, quod ut firmiter probet Paulus uarijs argumentis utitur, omnium tamen ualidissimum est, quod petit à promissione Abrahamæ facta. Hæc quidem operibus non capitur, siquidem opera promissionis non sunt correlatiua, sed fides, quæ promissioni ut correlatiuum respondet. Præterea si lex aliqua potuisset in negotio iustificationis, non opus fuisset deum addere promissionem, quæ Abrahamæ coniugit, antequam quicquam

de lege extaret, quæ post quadringentos & triginta annos primum successit promissioni, non in hoc, ut promissionem irritam faceret, sed ut populum Israelis ceu pædagogus usq; ad Christum custodiret uerum iustificatorem, ex promissione Abrahamo promissum.

Cæterum hæc Apostoli de causis iustificationis doctrina ut est uerissima, ita rationi & carnali prudentiæ ingratißima, quæ nullo modo statuere potest solã fidem iustificare, et opera ad iustificationem nihil facere. Hinc apostoli accepto etiam spiritu sancto dubitarunt, num sola fides sine operibus iustificaret, sicut est uidere in Actibus capite 15. Adeo ergo res est ardua, pro certo credere, fidem absq; operibus iustificare. Quare nec hoc nostro æuo mirum est, ei si quidam iusticiæ, quæ est ex sola fide, refragentur. Si simpliciter cõsideretur operum excellentia, nemo potest aliter de causis iustificationis iudicare, quã q; & opera aliquid ad iustificationẽ faciunt. Verum euacuandum est hic omne rationis iudicium, et concipiendum firmissimũ hoc argumentũ: Si iusticia est ex operibus, ergo frustra mortuus est Christus. Quãquã scholastici doctores satis astute hoc argumentũ eludere conentur, tñ reuera cõtra nihil possunt, etiamsi et ore confiteantur Christũ nõ esse frustra pmissum. Ast hic cardo imposturæ scholasticæ uertitur, quia scribũ: promissionẽ ita esse factam, ut tñ et operibus suis cedat honor, & uere quidẽ cedit operibus suis honor, uerũ talis, qualẽ hic describit

IN EPIS. DOMINICA XIII.

Paulus, uidelicet propter transgressiones posita est lex, donec ueniret semen pmissum, ut sic per legem tanq̄ per paedagogum ad Christum iustificatorem duceremur.

SVMMARII LOCI.

- 1 Testamentum & aeternam Dei uoluntatem mutat, quam deus in Christo unico iustificatore cōclusit, qui ad hereditatem seu iustificationē aliquid ex lege requirit.
- 2 Lex non requiritur ad iustificationem. Siquidem ex promissione benedictionem seu iustificationē acciperit gentes, antequam lex daretur.
- 3 Lex non facit irritam promissionem. Nam hereditatis seu iustificationis tamū una est necessaria causa, siue nunc illa sit lex, siue promissio.
- 4 Usus legis est, ut à peccatis coerceat, & ad Christum ducat.

Fratres.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus terrorem & peccatum ob oculos ponit pseudapostolis, ut eos ab instituto retrahat, ne legem ut necessariam ad iustificationem causam regant. Quemadmodum enim meritò cōcutitur terrore, nec cogit peccatum, qui hoīs testamentum probatū & confirmatum mutat, sic merito terrore adfici deberent, & cogitare se à peccato non esse alienos, qui mutant testamentū dei, quod deus confirmauit ab initio in filio suo Christo uero herede & nostrae hereditatis autore. Consistit autem hoc testamentum in pmissione de uno herede Christo

sto, quare multis hereditas attribui non potest. Si non multis, ergo nec legi, inò promissio de hereditate in uero herede facta est, ut exciuderetur lex, quæ hereditatem in solo Christo herede promissam non potest habere effectum: Terrorem Paulus incutit pseudapostolis in primo hoc loco, ab inconuenienti seu illicito Peccatū exaggerat à dignitate Dei. Quanto enim maior est deus homine, tanto maius quoq; peccatum est, testamentū dei mutare, quo extremā suam uoluntatem conclusit in uero herede Christo de hereditate una, scilicet de nostra iustificatione, ad quam qui legem requirit ut causam, is dicitur testamentum Dei mutare. Horribile peccatum proponit hic primus locus, quod tamen sine pudore in summa securitate peragunt operarij.

Secundum hominem dico.

Humano more, ut me facilius intelligatis. Accomodat se Apłus sequēti collatione ad captum suorum auditorum.

Hominis confirmatum testamentum.

A minore ad maius argumentum et petitum à testamenti iure. Annotauit Ambrosius Apostolū niti hac collatione, ut declaret eos testamenti dei falsatores esse, qui credentes in Christum tñ admiscunt legem, et à lege aliter quid sperant in causa salutis. Vsus est collatiōis sequētis ne confundamus causas iustificationis nostræ ex lege et promissione simul. Confirmatum, scilicet iure testamenti expeditum. Hic agendum est de iure testamēti legitimi.

IN EPIST. DOMINICA XIII.

Nemo rescindit aut addit aliquid.
 Duo hic agit Apostolus: alterum, non licere legitimū
 testamentū reijcere: alterū, nec addere aliquid ei licere.
 Virūq; negligunt hodie nostri opirarij, quidam enim te-
 stamentū dei prorsus reijciunt, quidā superaddunt opera
 legis. Abrahæ dictæ sunt &c.

Ordo nunc postulare accōmodationem alterius par-
 tis in collatione, hoc est, testamenti dei ad testamentū bo-
 minis, & est hic locus accōmodatio obscura, qua ab he-
 rede Christo unico procedit Apostolus ad legitimū dei
 testamentum in Christo unico hære de conclusum immo-
 labiliter: Ducta est accōmodatio à circumstātia numeri,
 quo probat Paulus scriptum testamenti dei, non ad plus
 res, neq; ad Christum & legem simul, sed ad solum Chri-
 stum ut legitimum hæredem pertinere, de quo solo &
 unico hærede facta est promissio seu scriptum testamen-
 ti dei. Idem est argumentum in civilibus testamentis, si di-
 cas: Scriptum de uno hærede mentionem facit, ergo plu-
 res admitti non debent, Abrahamo utitur Apostolus co-
 teste, coram quo promissio seu scriptum testamenti fa-
 ctum & dictum est de uno hærede Christo. Summa accō-
 modationis est: Vnus Christus hæres est, ergo nō plu-
 res sunt iustificationis causæ.

Abrahæ dictæ.
 Tanquam testi de unico Christo hærede testanti.
 Et semini eius.

Scilicet Christo &c.

Non dicit: & seminibus.

Argumentum à circumstantia numeri, probans unicum Christum esse salutis nostræ causam sine operibus.

Sed quasi in uno. Videlicet Christo.

Et semini tuo, qui est Christus.

Exponit seipsum Paulus, quem uelit intelligi per semen. Promissio exiat Gen. 20.

Qui est Christus.

Non lex, non humanæ traditiones, non supererogatiua opera.

Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo.

A deo emphasim habet, q. d. Ergo rescindi nõ debet. Confirmatum scilicet promissione & scripto.

In Christum.

Non in legem, non in hæc uel in illa opera.

Lex post quadringentos.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus alio argumento à circumstantia temporis ducto, probat legem nõ requiri ad Christum, neq; ad hæreditatem seu iustificationem. Nam promissio seu scriptum testamenti probatum & confirmatum à deo fuit in unico herede Iesu Christo, antequam daretur ipsa lex, quæ longè post data fuit. Idem quoq; esset argumentum ciuilitè, si quis diceret Petrũ uel Pau-

IN EPIS. DOMINICA XIII.

lum non pertinere ad hoc uel illud testamētum, quod de uno hærede confirmatum esset, antequam nasceretur Petrus uel Paulus. Item monet hic locus, qd' si lex necessario requireretur ad iusticiam, gentes ante datam legem iustificatæ non poterant iustificari, quando tum non data erat lex. Sic Abraham in præputio iustificatus fuit, ad Ro. 4. Sic Hiob, sic Naaman &c.

Non irritum facit.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus oritur ex officijs seu usu legis in huiusmodi: Si lex nõ requiratur ad Christũ, neq; debet ad admitti ad hæreditatem, in uno hærede Christo promissam, quis igitur est usus datæ legis? Itẽ si lex data est post promissionem, in quem ergo alium finem data est nisi ut irritam faciat promissionem, seu testamētũ præcedens? His obiectionibus tertius hic locus occurrit, & probat legem succedentem non abolere promissionem, seu testamentũ de Christo uno hærede à Deo conclusam, sed illud perpetuò manere firmum. Verum ne quis de usu legis anxius sit, quarto loco cum ostendit.

Docet uero hic tertius locus promissionem et legem ut res ambæ hæreditatis causæ sint, confundi non posse. Aut enim lex constituenda est causa aut promissio. Sed quia promissio non fuit abolita per legem, certum igitur est, promissionem ueram esse & unicam hæreditatis nostræ causam.

Non irritum facit.

Siquidem compensatum et confirmatum est testamen-
tum prius.

Nam si ex lege.

Ætiologia legem succedentem non abolere promissi-
onem, ab impossibili, quia hereditas in uno hærede pro-
missa fuit, ergo non potest ad duas causas referri. Si ex p-
missione est hereditas, iam non est ex lege. Si ex lege est,
iam non est ex promissione. Nam lex & promissio non
concordant. Primum ratione promissionis in uno hære-
de, deinde ratione præcedentiæ et consequentiæ. Siqui-
dem si hæredes sunt, qui ad legem pertinent, inanis facta
est fides, & irrita facta est promissio, ad Romanos ca-
pit. 4.

Abrahæ autem.

Minor hæc est, cui si addas conclusionem, perfectus
fit syllogismus, in hunc modum:

Si hereditas est ex lege, non est ex promissione.

Atqui Abrahæ per promissionem donavit Deus.

Ergo hereditas est ex promissione, non ex lege.

Quid igitur lex?

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus agit de usu Legis, & subiicitur
hic locus præcedentibus quasi per occupatio-
nem, q. d. Apostolus: Quis usus sit promissionis, et quod
hæc sit causa hereditatis: iam satis percepistis, quo autem

IN EPIST. DOMINICA XIII.

nunc porrò sciatis ad quid proſit lex, ne nullus omnino
 illius exiſtat uſus, ſic rem paucis accipite: Magnus quis
 ãdem eſt legis uſus, non ut iuſtificet, aut donet hereditas
 tem, quæ officia promiſſionis ſunt, ſed ut coërceat à ma-
 lis, donec ueniat Chriſtus, & ut ducat ad Chriſtum, id
 quod ſit, quando noſtra infirmitate ex cognitione legis
 terrui, deſperamus de nobis, et quærimus medicum Chri-
 ſtū. Docet ergo hic locus quatuor duplicem legis uſum:
 Alter eſt coërceat à malis, et hic civilis tamē eſt, de quo
 meminit & Apoſtolus priore epiſtola ad Timotheum ca-
 pite primo: Lex iniuſtis poſita eſt. Alter eſt, qui ducit
 nos ad Chriſtum, & hic ſpiritualis eſt, de quo multis
 hic agit Paulus.

Propter tranſgreſſiones.

Priore ad Timo. cap. 1. Lex iniuſtis poſita eſt. id eſt,
 illis qui nondum fide apprehenderunt Chriſtum, & nō
 dum reguntur à ſpiritu ſancto.

Donec ueniret ſemen.

In quo erant benedicendæ Gentes & iuſtificandæ.

Cui promiſerat.

ſcilicet uenturum Chriſtum.

Ordinata per angelos.

Lex per angelos data eſt. Similis locus eſt Act. 7.

In manu mediatoris.

ſcilicet Moſis, qui intercedebat inter angelos & po-
 pulum. Senſus eſt huius loci: Populus non potuit audire

re legem ordinatã ab angelis sine mediatore. Ergo nũc multo magis mediatore opus habemus Christo, qui paret nobis aditum ad deum. Reliqua exposita uide in nostris scholijs in epistolam ad Galatas.

IN EPISTOLAM PAULI AD GAL. CAP. V. DOMINICA à Trinitatis decima quarta.

Præsens epistola de ueris Euangelij fructibus agit, contra quos hodie totus mundus clamat, nõ quod damnet eos, aut non fieri uelit, sed requirat ab Euangelij auditoribus, quos accusat mundus oscitantia & securitatis fructus Euangelio dignos. Nec malè agit mundus dum sic clamat, & male adfectus est erga eos, qui magnifice gloriantur de Euangelio, & interim factis se caco- euangelicos ostendunt: & nos contra tales clamamus, sane non ociosum Euangelium neq; fidem uacua prædicantes: imò subinde docentes quoq; de operib. bonis, & ad opera bona hortantes. Quòd uero pauci sint, qui bene operemur, id nõ nostra fit culpa, uerũ insidijs Satanae, qui noctes atq; dies cogitat, quo auditores uerbi ster- nutantes & securos faciat. Quod ubi fecerit, equo animo ferre poterit, ut prædicetur Euangelium, quia scit prædicatum sine Euangelij fructibus magis obesse quam prodesse.

Ceterum

IN EPIST. DOMINICA XIII.

Cæterum ne tamen mundus habeat suo iudicio iustam
 causam damnandi aut non suscipiendi Euāgelium, quia
 uidet auditores eius nō operari dignos fructus: sciat ita
 q̄ mundus, quod & ipse dupliciter erret circa operum
 inquisitionem. Primum quia uult Christianos talia per
 agere, qualia mundus præscribit. Deinde uera bona ope
 ra, quæ Apostolus in hodierna epistola enumerat, aut non
 uidet aut damnat. Quis enim mundum sequens, dicit bo
 num opus esse, benignum & pacificum se præbere omni
 bus? Quis mundi sectator credit optimum opus esse, nō
 reddere malum pro bono? Eos enim qui sic bene operan
 tur simplicianos uocat mū dus et contemnit tāquam eos
 qui nō pertinent ad mundum. Laudat uero eos, qui illa
 tam iniuriam uindictant, qui inflixa mala propellere ma
 lo ualent & c. Hos mundi fructus, si auditores Euange
 lij sequerentur, fortassis apud mundum melius audirent,
 qui nūquam bene audire possunt, etsi etiam bona opera
 in uerbo præscripta operentur.

Quare diligenter & cautè hic separanda sunt Euan
 gelij opera à mundi operibus, quæ præscribit & com
 mendat mundus sine uerbo Dei. Et quanquam sapientes
 mundi ex instinctu naturæ aliquo modo laudent & ma
 gnifaciant aliquod ex his fructibus, quos recenset præ
 sens epistola: tamen ita laudant & commendant, quod
 eos nostris adscribant uiribus: & externè factos, pro ob
 solutis ad iusticiam operibus iudicent. At nos uerbo es
 docti

docti, scimus hos fructus esse spiritus sancti opera, quæ
in nobis, qui Christum fide apprehendimus, creat et per
ficit, non ut ea in speciem et externè tantū præstamus, sed
ex corde in ueritate, non ad iusticiam coram Deo, quam
prius ex fide in Christum habemus, uerū ut illis nos gra
tos deo exhibeamus pro accepta in Christo per fidem in
tercedentem, iusticia. Item: scimus nos non in uanū ope
rari, sicut mundus operatur, aut non tantum ut inde bo
ni & iusti coram hominibus pronunciemur: quemadmo
dum Cicero libro 2. officiorum de finalibus iusticiæ ciuī
lis præmijs loquitur: sed certi nostra opera secuturā hæ
reditatem, uitam, & dies bonos. Priore Petri 3. item: no
stra opera placere Deo. Aliàs ciuilitate tantum diligere
proximum, tale est opus, quod quanquam Deus requi
rat propter communis pacis in mundo tranquillitatem
conseruandam, & illud hic recompenset corporali bene
dictione: tamen nō ita acceptat ciuilem illā proximi dile
ctionem, quod eam spiritualibus benedictionibus &
uitæ externæ promissione dignaretur: imò ciuilis in pro
ximum dilectio, quia fit sine fide et extra regeneratorem
spiritum sanctum: igitur non placet Deo. Iuxta illud ad
Hebr. 11. Impossibile est, ut quis placeat Deo sine fide.
Hinc Pomponius Atticus, Cicero, Cato & reliqui ciuī
liter honesti uiri, qui quanquā ferè omnia ea opera præ
stiterint, quorū in hodierna existola memor est Paulus,
at non placuerunt Deo progrediuntia ex impijs & sine
fide

IN EPIST. DOMINICA XIII.

fide animis. Porro neminem tamen hæc à ciuili ter honestis operibus deterere debent. Siquidem honesta opera non minimi sunt gradus ad accipienda aliquando uera bona opera & placemia Deo, quæ spiritu peraguntur, & habent sua præmia spiritualia coram Deo.

Nunc ergo si mundi sapientes, qui aliàs ciuili ter honeste uiuunt, suis rebus bene uellent consulitum, hoc agere deberent, ut Euangelium susceperent, quo susceptio duplicia inde suorum bonorum operum acciperent præmia. Altera coram Deo. Altera coram mundo. Quæ duplicia præmia Petrus ca. 3. prioris epistolæ, his uerbis cõplecti uidetur. Et quis est, qui uobis noceat, si bonum inuati fueritis? Hoc corporale cõmodum seu præmium est, quod philosophi sic circumloquuntur, à ciuilia iustitia uiri boni & iusti appellantur, coram hominibus in iustitia. Deinde addit Petrus. Sed & si quid patimini in iusticia, beati estis. Et paulò ante prouocans ad bona opera dixit. Quia in hoc uocati estis, ut benedictionem accipiatis. Hoc spirituale præmium est.

SUMMARI LOCII.

- 1 Christiani in hoc sunt liberi facti per Euangelium, ut incipiant bene operari, non ut carnaliter amplius uiuant &c.
- 2 Sed quia caro non prorsus extinguitur in liberatione & renatis per uerbum: ideo pijs hic perpetuò pugnantibus

dum est in carne. Locus communis de mortificatione durante per totam uitam.

3 Signum seu testimonium ueræ libertatis est, duci sp̄e ritu, & facere opera spiritus.

4 Carnis opera facere signa sunt hominis nondum liberati, etiam si quis uerbum audiat.

5 Christi sunt & per Christum uerè liberati, qui mortificant carnalia opera, non tantum externa, sed & prauos adfectus.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus ex precedentibus oritur, & continet occasionem præsentis huius epistolæ. Nam Paulus huc usq; ad initium huius epistolæ, multis disputauit de iustificatione eiusq; effectu de libertate, in quâ ideo Galat. atq; adeo nos oēs cõstitutos scribit per Christũ, ut non uia ordiamur, caueamusq; ne spiritalis libertas à nobis in occasionem carnis detur. Docetq; ita primus hic locus, ut occasio præsentis epistolæ, de fine iustificationis & libertatis nostræ, qui est bene operari, & facere opera spiritus. De hoc fine copiose docet Apostolus ad Roman. sexto & septimo capite.

SEQUITVR hodierna epistola.

Dicõ autem.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus docet quomodo sit bene operandum: nimirum ut ambulemus in spiritu. Sed quia non

IN EPIS. DOMINICA XIII.

non statim morimur iustificati & in libertatem constituti, neq; prorsus exuimus carnem, ideo cum caro et spiritus contrarij sint hostes, pijs magna pugna per totam uitam exercenda, relinquatur, donec tandē exuta carne liberentur ab omnibus carnis operibus post hanc uitam. Locus communis hic tractatur de mortificatione seu de pugna carnis & spiritus, de qua copiosius disputantem lege Apostolum, Ad Rom. 7.

Dico autem.

Exponit Apostolus qualis esse debeat uita nostra post iustificationem seu libertatem acceptam: nimirum talis, quæ spiritu constet, non qualem lex format sine spiritu. Loquitur enim hic Apostolus de noua uita post acceptum spiritum sanctū. Locus hic de forma est nouæ uitæ, prudenter ab Apostolo subiectus, ne quia Galatæ audirent bene operandum esse, post libertatem ad suas uires et opera externa respiciant, quæ & si facta, tamen sine spiritu mortua sunt, et litera. Iuxta illud 2. ad Corin. 3. Litera occidit: spiritus autem uiuificat. Talia opera sunt uerbulare spiritu, est facere opera spiritus, quæ in nobis generat spiritus et efficit. Contrariū est ambulare in carne. Ambulare uersari est non in uno aut altero opere uitæ, sed in omnibus operibus totius uitæ.

Et desideria carnis non perficite. Apostolus docuit de salutaribus operibus, nunc de no
xijs

xij^s monet à contrario. Desideria carnis uocat, & prauos adfectus, et foris carnis opera, complectēs simul causas et effectus externos. Hic discet mortificationem in poenitentia non solū esse immutationem exterioris uitæ, sed & prauorum adfectuum in animo.

Caro enim,

Reddit causam quur in spiritu ambulandum sit, & quur desideria carnis non sint perficienda, à natura spiritus & carnis, ut ostendat periculum & facilitatem rursus prolabendi ad opera carnis. Pugna carnis & spiritus hic describitur. Spiritus hic est pars illa in homine, que agit cum deo, & per spiritum sanctum regenerata est ad perficienda uia ac uera bona opera. Vel potius spiritus hic est, spiritus ille sanctus, unà cum agitationibus & operibus suis in nobis. Caro est tota humana natura cum uiribus superioribus & inferioribus.

Hæc enim sibi inuicem aduersantur.

Perpetuam pugnam in hoc mortali corpore gerunt, in uoce aduersari notat uehementiam pugne.

Vt non quæcunq; uultis.

Scilicet secundum spiritum. Declarat hac pugna carnis & spiritus Apostolus, ita peccatum & concupiscentiam herere in carne nostra, ut ne renati quidē ea uicia exuere possimus, uide 7. caput ad Rom.

Vultis.

Videlicet etiam renati per spiritum sanctum.

IN EPIST. DOMINICA XIII.

Quod si spiritu.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus signa & testimonia quedam proponit ex causis & effectibus, è quibus cognosci possunt uerè liberati à maledictione legis, & iustificati in Christum. Causa huius cognitionis seu signa spiritus sanctus est, iuxta illud hic Pauli. Quod si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Itē, iuxta illud 2. ad Corinthios capite 3. Vbi spiritus ibi libertas. Remotiora sunt signa quæ ex fructibus spiritus petuntur. Hi foris ostendunt uerè liberatos. Docet igitur hic locus, quæ uerè liberationis seu iustificationis signa sunt, scilicet spiritus, qui in animo testatur de libertate: et opera spiritus, quæ de eadem testantur foris.

Quod si spiritu.

Argumentum à causa ad effectum. Idem est argumentum ad Rom. 8. Etenim quicumque spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei. Spiritus causa est, libertas effectus. Porro de effectibus spiritus porro loquitur.

Manifesta autem sunt.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus à contrario subiecit signa seu testimonia hominis non liberati à lege, non iustificati neque renati per spiritum sanctum. Hæc petuntur ab effectibus seu operibus carnis, quæ qui facit, ille aperit et statatur se adhuc sub lege esse, nec liberatum. Siquidem liber

A TRINITATIS.

220

tas tantum ibi est, ubi spiritus est & fructus eius.

Opera carnis.

Opera carnis non tantum uocat crassa & externa illa uicia, sed etiam prauos adfectus hærentes in animo.

Quæ sunt.

Sequitur congeries operum carnalium.

Adulterium.

Adulterium, scortatio, immundicia & lasciuia, uicia sunt contra tertium præceptum posterioris tabulæ.

Adulterium fit in matrimonialibus personis. Scortatio extra matrimonium. Immundicia & lasciuia ad animi potius respiciunt, & significant incontinentiam et proccacitatem animi.

Idolorum seruitus.

Vicium hoc est contra primum præceptum. Et quia hæc seruitus etiam proximum offendit, ideo eam recensuit Paulus inter uicia erga proximum, de quibus hic proprie agit &c.

Veneficium.

Sequentia decem proxima uicia referri debent contra secundum posterioris tabulæ præceptum: Non occides. Et sunt hæc uicia causæ, è quibus oritur cædes.

Ebrietas & commestationes.

Quibus primum peccatur in proprium corpus. Deinde per abusum in creaturas Dei. Tertio in proximum egentem, qui nostra copia, perit inopia.

IN EPIS. DOMINICA XIII.

Regnum Dei non consequentur.
Finis seu præmium operum carnis, frustrari regno
Dei, ad Ro. 6. Etenim stipendium peccati mors est.

Fructus autem spiritus,
Hi fructus ad tertium locum referri debent de signis
seu testimonijs, ex quibus uerè liberati & iustificati cog-
nosci possunt. Et sicut præcedentia opera carnis con-
tra charitatem fiunt, ita sequentes uirtutes pro charitate.
Fructus spiritus dicuntur, quos efficit in nobis spiritus
sanctus, & qui sine spiritu uerè fieri non possunt.

Charitas.

Generalis uox, ad quã pertinent frequentes fructus.

Gaudium.

Quo congaudemus proximo. Hic gaudium effectus
charitatis est, non fidei, sicut & pax cum reliquis fructibus.
Quanquã interim hi fructus omnes ex fide emergunt.
ppriè tñ Apostolus hic de charitatis effectibus loquitur,
seu de causis seruantibus charitatem, idq; propter scopum
pau'ò ante inuium hodiernæ epistolæ positiū: Per chari-
tatem seruite uobis inuicem.

Fides.

Fidelitas in proximum & constantia, treuohet. Et
correspondet hic fructus septimo præcepto: Non seruiam
facies.

Aduersus talia non est lex.

Nam lex propter carnis opera refrenanda posita est,
ut supra

ut supra cap. 3. propter transgressiones posita est. Priore Timo. 1. Lex iniustus est posita. Estq; hic unus è finalibus usibus legis.

Qui uero sunt Christi.

EXPLICATIO V. LOCI.

Locus quintus repetit signa hominum uerè liberatorum, quæ sunt: mortificare carnem cum adfectibus omnibus & concupiscentijs. Docet hic locus mortificationem esse non solū immutationē externorū uiciorum, sed & adfectuum prauorū. Item docet hic locus contra scholasticos etiam adfectus peccata esse.

Qui autem sunt Christi.

Quos suos fecit Christus, misso illis spiritu sancto &c.

Carnem suam.

In genere totam humanam naturam intellige.

Crucifixerunt.

Ad Rom. 6. peccato & operibus carnis mortui sunt.

Cum adfectibus & concupiscentijs &c.

Distribuit carnem ut genus in aliquot species. Adfectus genus est concupiscentiæ, aut adfectus maius est peccatum, quàm concupiscentia, sicut adfectare magis est, quàm concupiscere.

IN EPISTOLAM PAULI,

AD GAL. CAP. VI. DO-

minica à Trinitatis decimaquinta.



Epistola hodierna coheret cū ea, quam
 proxima Dominica exposuimus, nam
 inde occasionem accipit. Postquam
 Paulus in proxima epistola docuit de
 operib. carnis fugiendis, quæ nondum
 uerè liberati signa sunt, nunc obijci potest: Tu Paule do-
 ces, nõ esse facienda bona opera carnis, at quomodo iam
 agendū erit cum illis, qui operibus carnis præoccupabū-
 tur, num prorsus erunt reijciendi illi, aut dānandi: Hu-
 ic obiectioni respondet Apostolus in præsentī epistola,
 & præscribit, quomodo cōscientiæ tractandæ sint, quæ
 ex humana infirmitate operibus carnis præoccupantur.
 Quidam aliter atq; aliter sentiunt de lapsis post cogno-
 tionem ueritatis, & acceptam in Christo libertatem. Ca-
 tharri & Nouatiani lapsis pœnitentiam negant, quã be-
 resin hodie renouarunt Anabaptistæ. Loco quo cen tro-
 phæo utuntur, tam noui quàm ueteres Catharri & Nou-
 uatiani, ex sexto capite epistolæ ad Hebræos citatur. Nã
 fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati &c. Si
 prolabantur denuò, renouentur ad pœnitentiam. Ast in-
 docti illi scripturæ dilaceratores, cum locum citatum in-
 doctè à sequentibus auellunt, incidūt in errorē, negātes
 pœnitentiam lapsis. Autor epistolæ ad Hebræos non lo-
 quitur de infirmis conscientijs, quæ ex humana infirmita-
 te præoccupantur peccatis carnis, sed loquitur de peris-
 tis Christianis, qui cognitam ueritatem rursum deser-
 runt

runt & abijciunt. ideo ait Apostolus: ab integro cruci-
 figentes sibi met ipsos filium Dei, & ludibrio eum expo-
 nentes. Qui ergo hæc faciunt, peccant in spiritum san-
 ctum, & donec manent in his peccatis, certum est, quod
 renouari nõ possint pœnitentia, et gratiã consequi. Verũ
 alia res est cum his peccatoribus, de quibus hic loquitur
 Paulus, quos præoccupat peccatũ. Præterea si autor epi-
 stolæ ad Heb. loqueretur de peccatoribus, qui ex humana
 infirmitate obruuntur peccatis, multa inde absurda seque-
 rentur, & scripturæ contraria, quæ nõ solum cõminatio-
 nibus inuitat peccatores infirmos ad pœnitentiam, sed
 etiam promissionibus blandis allucit. Item, sequeretur no-
 strum opus esse, uiriumq; nostrarum seruare nos à pec-
 catis, posteaquam impossibile sit posse hominem sine pec-
 catis per totam uitam uiuere, adeo enim inhaeret pecca-
 tũ in carne atq; natura nostra, ita q; ne sancti et regene-
 rati semel, in uniuersum p. f. exuant. Quare & quo-
 tidie in oratione Dñica oramus, quo uelit Deus nobis re-
 mittere peccata, quæ si nulla adessent post cognitã ueri-
 tatẽ frustra esset illa petitio p Christianis inserta, & fru-
 stra orarent peccatorum remissionẽ, qui nulla peccata habe-
 ret. Monachi superiori sæculo talẽ perfectionẽ Nouaria
 norũ cõmentisunt, quã imaginari potius licet, q̃ præsta-
 re, uel Hieronymi exemplo, qui ut in pfecto uitæ statu
 commodius persisteret, in desertum confugit, sed ita non
 potuit locus mederi peccatis, & pœnis adfectibus, quin

IN EPIST. DOMINICA XV.

in ipsissimo deserto & extremis macerationibus in hæc uerba prorumperet: Videor mihi Romæ cum puellis ducere choreas. Cum itaq; impossibile sit nos posse in hac uita à peccatis alienos esse, igitur pessimè sentiunt, qui peccatoribus ex infirmitate lapsis poenitentiam negant. Vocamus autem omnia peccata infirmitatis peccata, excepto peccato in spiritum sanctum, quod non agnitiuè & exutum, non potest remitti.

SUMMARI LOCII.

- 1 Lapsi in peccatū ex infirmitate non sunt reijciendi, aut prorsus damnandi, sed mansuetè reducēdi à peccatis.
- 2 Tū uerè completur lex Christi de dilectione, q̄ inter nos inuicem mutuas nostras infirmitates portamus.
- 3 Non est gloriandum super infirmitatibus fratrum, sed si gloriari uolumus, gloriabimur in infirmitate & in perfectione nostra.
- 4 Ministri uerbi alendi sunt, non sordidè quidem, uerum honestè & liberaliter. Ideo inquit Paulus: Ex omnibus boni. &c.

Fratres.

EXPLICATIO I. LOCII.

Locus primus docet de charitate exercēda erga delinquentes ex humana infirmitate, & quomodo lapsæ in peccatū conscientie tractandæ sint, ne propter peccata ad desperationem adigantur, sed ut per charitatem restaurentur. Sic enim plerunq; accidere solet, quod

robustiores minus robustos nō iudicent temere, aut prorsus damnent, tanquam eos, qui conuerti nō possint. Ast de ratione tractandi infirmas consciencias, & peccato deliquo praeoccupatas uariè disputatur. Et sicut paulò ante diximus, quidam lapsis pœnitentiam negant, & restorationem, quidam pœnitentiam & restorationem ita concedunt lapsis, ut dum restaurare laborant eos, in maius discrimen projiciant, quales sunt homines Antichristicæ doctrinæ studiosi Romanistæ, qui scrupulosa delictorum & confessione, & fictitia contritione, & excogitata satisfactione macerant consciencias.

Et quia homo singula peccata confiteri non potest, sua enim delicta quis intelligit, dicente Dauide? neq; ex se uerè dolere de peccatis, neq; pro illis satis facere. Hinc talis restaurandi lapsas cōscientias ratio magis disturbat eos, quàm restaurant. Ab hac restauratione longe lateq; hic discedit Paulus, quia illius ut necessariæ nullam mentionem facit. Ratio uero Pauli hæc sequens est:

Primum restaurandi sunt lapsi, & quasi successiue reparandi, idq; spiritu mansuetudinis. Deinde uult, ne nimium seueri simus in restaurãdo lapsos, uerum nos ipsos consideremus, & quàm simus ipsi infirmi & ad peccandum faciles, imò quòd sæpe id simus in animis, quòd lapsus est frater externè.

Sed quia contritio est necessaria, ne quis inde calumniandi occasionem accipiat, posteriore ad Corinthios

IN EPIST. DOMINICA XV.

capite secundo, docet Apostolus in excōmunicato, quōd lapsi propter peccata increpandi sint, quō detur illis ad contritionem uia. *Ast ne lapsi nimia increpatione ad desperationem adigantur, mox peccatorum donatione cōsolandi sunt, & postea denuo recipiendi in consortium Ecclesie.* Ait enim: Sufficit illi, qui eiusmodi est, increpatione hæc, quæ fit à pluribus. Itaq; e contra magis donate, et con'olamini, ne forte abundantiori tristitia absorbeantur, et qui talis est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis illum charitatem &c.

Pertinent ad primum hunc locum scripturæ loca de corrigendo fratre Matthæi decimo octauo capite. Parabola de oue perditâ. Et tota ferè posterior ad Corin. epistola, in qua fermè nihil aliud tractat Apostolus, quàm tractandi infirmas conscientias formam.

Fratres.

Vehemens adfectus charitatis in Paulo.

Etsi præoccupatus.

Præoccupari est ex humana infirmitate peccato præueniri antequam sibi aliquis uel caueat, uel prospiciat. Proprijsima uoce usus est Paulus, qua duo potissimum notat. Infirmitatē nostrā ostendit, qua non ualemus resistere peccato: Deinde excludit & damnat in nobis militiam et promptam ad peccandum uoluntatem. Docet & Paulus in uoce præoccupari, se non loqui de alio peccato, quàm de illo, quod prouenit ex infirmitate humana.

Hos

Homo.

In uoce hominis simul notat & humanam infirmitatem & conditionem.

Vos qui spirituales estis.

Qui spiritu ducimini & estis robustiores. Quantum ad animū attinet, oēs sumus æquales coram Deo, et nemo est spiritualis: in externis flagitijs alia res est.

Talem instaurate.

Insignis metaphora in uoce instaurate. Est enim instaurare successiue reparare et erigere lapsum, nō cū impetu neq; temere. Quod hic uocat Paulus instaurare 2. Ad Corin. capite secundo uocat efficere ut ualeat in lapsos charitas.

Spiritu mansuetudinis.

Hoc spiritu sancti dono. Metonymice ponitur causa pro ipso effectu. Item nota mansuetudinem in instaurando lapsō non esse nostrum opus: imò fieri non potest, ut homo ex se in increpando fratre non excandescat.

Considerans te ipsum.

Ponit nunc Apostolus remedium, ne in instaurando fratre inflemur, hoc unicum est, ut ipsi consideremus nostrā infirmitatem. Spectant huc sententiæ etiam gētiles: Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet. Legitur & hæc insignis sententia in uitis patrum, cum unus ait dret lapsum esse fratrem. Respondit. Ille heri, ego hodie.

Ne

IN EPIS. DOMINICA XV.

Ne & tu tenteris.

Videlicet ad peccandum, dū temere iudicas de lapso proximo, aut contemnis illum. Ad Ro. 2. Cogitas autem o homo &c.

Alter alterius onera.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus agit de finali fructu, qui sequitur, quando spiritu māsuetudinis instauramus nos, alter alterius infirmitates portans: & annectitur hic locus præcedenti occupatione. Galatarum obiectione, res quòd commodum sequatur ex mutua instauratione, respondet Apostolus, ut perficiatis legem Christi. Est enim charitas finis legis. Ad Rom. 13. Et 1. Timot. 1. Præcepti finis est charitas ex corde puro, & conscientia bona, et fide nō simulata. Vocat uero legem Christi diligere proximum, quia hoc mandatum unicè commendauit Christus suis discipulis, inquit in Ioanne: Mandatum nouū do uobis. Nouum uocat ad excludendam legem Moysi, qui quanquā etiam præcipiat de charitate, tamen nō potest suo præcepto uires addere, ut uere compleatur, sicut Christus potest.

Alter alterius.

Seruite uobis inuicem per charitatem mutuam, tanquam unius Ecclesiæ membra & unius ciuitatis cives. Onera dicit infirmitates fratrum, uel quia ipsis, qui eas habent sunt oneri, uel quia alijs fratribus moleste & onerosæ

nerosæ sunt.

Et sic complete legem Christi.

Qui iubet ut uos inuicem diligatis, & simul submini-
strat uires. Valde emphatice dixit legem Christi.

Nam si quis.

Ætiologia ab incōmodo seu inutili, quod sequetur
ex inflatione & contemptu erga infirmos fratres. Sensus
est: qui uult aliquid esse præ infirmo fratre, aut qui eo se
meliolem esse putat, aut pximiolem Deo, is se ipsum de-
cipit: Siquidem apud deum nulla est prærogatiua, sicut
nec in repub. ciuitatis alicuius, in qua ciues utuntur eo-
dem iure, iisdem priuilegijs.

Aliquid esse.

Quòd uel melior sit infirmo, uel deo proximior,

Cum nihil sit.

Scilicet coram Deo, corā quo omnes sumus æquales.

Ipsè se decipit.

Persuasiōe uana.

Opus autem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus remedium ponit contra gloriationē
et inflationem nostram, ne sup infirmitatibus fra-
trum gloriemur aut inflemur. Nam si quisq; sua opera
considerauerit, hoc est, introspexerit quid agat ipse, pfe-
ctus an sit omnino nec ne, sine dubio ita reperiet sua ope-
ra, & ita se imperfectum, ut facile obliuiscatur omnis
gloriationis et inflationis erga alium. Ne tamen nulla sit
glori-

IN EPIST. DOMINICA XV.

gloriatio robustioribus, uult Apostolus ut glorientur de sua infirmitate & imperfectione, quam etiam robustissimi adhuc in magna copia habent: nunquã enim tam firmus spirituales et perfecti in hac uita, quin semper firmus adhuc pleni omni infirmitate & imperfectione: Paulus 1. ad Corinth. cap. 11. suis operibus excellens omnes, tamen addit. Si gloriari oporteat, de his, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.

Opus autem suum probet.

Scilicet quod ipse agat, bonum ne an malum sit, perfectum an imperfectum, firmum an infirmum &c.

Et sic in semetipso gloriatio -
nem habebit.

Id est, tantam imperfectionem apud se inuenit, ut facile obliuiscatur infirmi fratris, uel tantam imperfectionem apud se reperiet, ut satis habeat infirmitatis propriæ de qua gloriatur.

Vnusquisq; enim.

Causam addit à iudicio Dei, quo stabit unusquisq; aut cadet coram Deo dño suo. Nostrum non est de infirmis gloriari. Siquidẽ infirmi non pertinent ad nos. Sunt enim alieni famuli, qui stant & cadunt domino suo. Ad Rom. 14.

Communicet autem.

EXPLICATIO III. LOCI.

QUARTVS locus est de alendis ministris, qui sic

sic copulatur præcedentibus. Hactenus docuit Aposto-
 lus in cõmuni de charitate: nunc specialiter agit de cha-
 ritate exercẽda in ministros uerbi. Et quia ualde segnes
 sumus in alendis ministris: quidam eos mēdicare uolunt:
 quidam destinant illis uictum & amictum, & illum ieu-
 num tantum &c. igitur Paulus præscribit qualiter ali-
 debeat, nõ sordide nec foeno & stipula, sicut boues tri-
 turantes, sed ex omnibus bonis: ergo ex optimis. Sic in ue-
 teri testamento liberaliter ex decimis & sacrificijs alebã-
 tur ministri. Summa huius loci est, Auditores uerbi de-
 bent nutrire prædicatores munificẽ, beneficenter & suf-
 ficienter &c.

Nolite errare.

Epiphonema, quo significat Paulus, nullam excusati-
 onem ualere coram Deo, qua ministris de negetur suffici-
 ens uictus. Fortassis coram hoĩbus prætexere licet, præ-
 dicatores non egere liberali uictu, eos non optimis bonis
 opus habere &c. deus tamen prætextum illũ uidet, qui
 non potest irrideri.

Deus non irridetur.

Id quod hic fit à nobis, Thraſonice gloriamur de Eu-
 angelio, & interim sinimus ministros Euange. ij pauper-
 tate confici. Quemadmodum proh dolor hodie in p'e-
 risq; sit locis.

IN EPISTOLAM PAULI AD EPHES. CAP. III. DOMINICA à Trinitatis decima sexta.

Hodierna epistola consolatoria est, qua consolatur Apostolus Ephesios contra scandala crucis, quæ oriri solent ex contemptu uerbi & persecutione illorum qui prædicant uerbum. Sic enim omnes naturæ facti sumus, quòd uerbum & personas uerbi confessores ex euentu metiamur, proque successu aut uerbi aut personarum commendemus & uerbum & homines adherentes, unde postea offensi, reaspiramus ad papatum, quia uidemus Papæ regnum & eius subditos sacrilicissimos esse, nullaq; cruce premit. Et e contra odio habere uerbum incipimus, aut ad minus de illius ueritate dubitare, quia uidemus uerbum & eius sectatores pessimè apud omnes audire, nulloq; in precio esse.

Porro quia mundus naturali quodam instinctu iudicat uerbum ex rebus externis, quas secundum euentum unà cum uerbo & probat & improbat: idco nequit fieri, ut uerbum recipiat, aut de personis uerbo adherenti bus benè sentiat. Verum cum Christianis aliare esse debet, qui uerbum ex sua natura, & sectatores uerbi ex ipso uerbo, non ex euentibus foris circumludentibus, inlicitate positã esse, sed formis crucis tectam, et in ipsissima cruce

cruce consepultam iacere, non aliter atq; aurum sub scoris latitat, & ignis sub duro ferro, quod crebris ictibus fatigatum, tandem ignem ædit, sicut & aurum igni probatum tandem exerit se cum summa uoluptate.

De his ergo rebus instruit Apostolus suos Ephesios, ne quia uident suum doctorem adfligi, de ueritate doctrine dubitare incipiant, aut eam deserant, communi hominum more æstimantes uerbum & eius ministros ex afflictionibus & euentibus.

Et quia Ephesij, quos in primo capite sanctos & irreprehensibiles dei filios uocat Paulus, nõ potuerunt ea suspitione carere, ne propter afflictionem sui prædicatoris offenderentur, et offensi deficerent à uerbo, qd quæso de nobis suspicandum est, qui fortassis ad tantã uerbicogitationem nondum peruenerimus, in qua tum steterunt Ephesij?

Certum itaq; cum sit, scandala crucis multum momenti habere ad dubitandum de ueritate uerbi, & ad illud relinquendum, idq; propter naturalem illam opinionem, qua ut naturales homines uerbum ex præsentientu iudicamus. Quare Apostolus illis periculis motus orat in hodierna epistola, quo dominus contra scandala crucis Ephesios seruare uelit, et spiritus sancto corroborare, ut secundum internum hominem de uerbo iudicent, solumque Christum per fidem in cordibus fixum habeant, quibus omnibus ostendit Paulus uirtutem & effi-

IN EPIST. DOMINICA XVI,
eaciam scandalorum crucis circa uerbum, quæ tanta est,
quòd impossibile sit posse hominem in ueritate perdurare,
re, nisi adiutum præsidio spiritus sancti, qui confirmat
nos in cordibus nostris de ueritate uerbi, & ponit se ora-
ram certissimam, ne deficiamus in cruce. Hoc spiritu san-
cto seruati fuerunt omnes sancti martyres ab initio mun-
di, quo & adhuc seruantur omnes pijs, insinatis interim
scandalis crucis undiquaq; fluctuantibus, cõtra quæ non
subsisteret ex proprijs uiribus ullus hominum.

Cæterum postquam nunc certum sit officium spiritus
sancti esse, seruare nos à scandalis crucis, idcirco orã-
mus ad crucis scandala, quæ nostro nũc tempore et mal-
ta & magna sunt. Loquitur uerò propriè hic Apostolus
de scandalo personarũ, quod oritur ex contempnitione præ-
dicatorum uerbi.

SUMMARI LOCII.

- 1 Ad afflictiones prædicatorum pijs in gloriam & con-
firmationem fiunt, ut glorientur & confirmentur, non
ut occasionem accipiant aut dubitandi de uerbo, aut illu-
d deserendi.
- 2 Spiritus sancti officium est, seruare nos contra scan-
dala crucis & persecutionum, ne aut dubitemus de uer-
bi ueritate, aut illud prorsus deseramus.
- 3 Seruati à spiritu sancto debemus gratias deo.

propter

Propter quod peto.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus ualde consolatorius est pro auditoribus, ne cū uideant prædicatores suos adfligi propter ueritatem, aut de uerbo audito dubitent, aut illud deserant, sicut reuera facere coguntur, qui uerbum non è sua propria natura, sed è personis et euentibus spectant. Item, qui uia ad glorificationem, quæ sola crux est, ignorant. Vult ergo Apostolus hoc primo loco suos Ephesios à stulto illo mundi iudicio, quo præter officium in regno Dei crucem pro ignominia iudicat, eò pertrahere ut discant crucem non ignominiam seu ingloriam esse, sed gloriam, non ad dubitationem de ueritate uerbi, neq; ad desertionem illius, uerum ad confirmationem certi Ephesij crucem suorum prædicatorum, atq; sic piorum omnium, esse gloriam, & uiam ad ueram glorificationem, et in hunc modum sentire de cruce, et sic crucem cõcipere, ad hoc utile est, quod hic querit Paulus, ne Ephesij ex iudicio mundi æstimantes crucem pro ingloria, & uerbum inde unà cum personis colligentes, & de uerbo dubitare incipiant, illud deserant, & perfonas prædicatores suspectos habeant. Similis per oia locus est ad Rom. 5. Vbi Paulus erudit suos Romanos, ut se gloriosos propter adfluctiones putent, ait enim: Et gloriamur sub spe gloriæ Dei. Nec id solum, uerum etiã gloriamur super adfluctionibus.

IN EPIS. DOMINICA XVI.

Mundus Pauli sententiam circa primum hunc locum de cruce ut gloria in uniuersum damnat, q̄ gloriam gloria parari credit, non cruce gloriam. Glorie uocabulo tria significare uidetur Apostolus, gloriam effectum crucis sequentem. uiam ad glorificationem. & confirmationem contra scandala crucis, qua cōfirmantur pij de ueritate doctrine.

Refert & hic distinguere inter crucem piorum et mundi seu eorum, qui propter facinora ad afflictionem ferunt, quorum crux non est gloria, neq; uia ad gloriam, neq; confirmatio p̄ ueritate. Quare & Petrus i. epistola cap. 4. uult pios adfligi, non ut homicidas &c.

Propter quod peto.

Totus hic primus locus consolatio est contra scandala crucis, quæ inclusam habet petitionem. Et q̄ hic locus Epilogus præcedentium de persona Pauli & afflictionibus suis &c.

Ne deficiatis.

Aut dubitantes de ueritate uerbi, aut illud desidentes quia uidetis me adfligi & persecutionem pati. Summa est huius petitionis, ne Ephesij uerbum ex euentu ueliam ment, qui ludit circa uerbum, neq; personas ex utilitate & cruce. Locus communis hic tractari potest de scandalalo, quod oritur ex felicitate doctrine & hominū gloriosorum in mundo.

Pro uobis,

Vt uos inde commoda habeatis, uel fero tribulationem pro uobis, cuius uos mihi estis autores, quia doceo uos ueritatem, quam mundus ferre non potest.

Quæ est gloria uestra.

Primum ut gloriosos uos faciam coram omnibus, deinde ut monstrem uobis meo exēplo, quæ sit uia ad gloriam: tertio ut cōfirmem uos meo exemplo, quo firmius de ueritate uerbi speretis, & prædicatores adstrictos minus suspectos habeatis. Vsus & finis crucis & adstrictio nū sanctorū hic expressus est. Locus pro parte hūc præsentē explicās legitur ad Col. 1. Gaudeo super adstrictio nibus meis &c.

Huius rei gratia.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus pulchrè annectitur præcedentibus. Postquā. n. petijt Paulus ab Ephes. ne deficiat à ueritate uerbi ppter eius adstrictiōes, nunc quasi per occupationē subijcit mediū, quo seruari possunt à defectiōe. Sic. n. aliās cogitassent Ephesij ad præcedentiē locū: Au dimus nō esse deficientiū à ueritate uerbi ppter adstrictiōes sanctorū, at cū occasiōes & scādala deficiēdi tāta sint, quōd naturæ humanæ impossibile sit à defectiōe sibi tēperare, unde ergo præsidium conseruationis et à scandalis crucis, et à defectiōe à uerbo? Respondet Aposto lus: Illud præsidium nō à uiribus uestris, uerū à spiritus sancto petetis, cuius solius officium est seruare uos, et à scādalis crucis, et à defectiōe à uerbi ueritate propter scan-

IN EPIST. DOMINICA XVI.

da: crucis. Docet hic secundus locus opus spiritus sancti esse, nos non offendi infelici uerbi euentu et adflictio nibus sanctorum.

Huius rei gratia.

Scilicet, ne deficiatis. Est hic locus amplificatio addi ta præcedenti loco per occupationem.

Flecto genua.

Quia conseruatio ne deficiamus à ueritate uerbi pro pter scandala crucis, opus spiritus sancti est, igitur præci bus ad Deum tantum impetratur. Flectere genua, ges tus est animi ex fide inuocantis.

Ad patrem.

Ad quem omnes preces dirigendæ sunt, sed quia De us pater non exaudit eas sine Christo intercessore, igitur addit Paulus: Domini nostri Iesu Christi. Dominus potè tie & regiminis uocabulum est. Nostri emphaticè con solationem promittit. Iesus & Christus uoces sunt officio rum, quibus uitur Dominus Iesus.

Ex quo est omnis paternitas.

Nos mutuatoriè & impropriè patres etiã dicimur, sed unus est Deus solus uerus pater, & à quo est omnis paternitas, id est, quòd creaturæ & coelestes & terre stres patris nomen habent, id fit à patre coelesti, qui est o mnium creaturarum pater, quas procreat, fouet, gubera nat, & defendit, uerum ut aliæ creaturæ idem faciant, à Deo uero patre habent.

In cœlis & in terra.

Separat paternitatem Dei patris à paternitate creaturarum. Deus in cœlis pater est, hoc est, non humano- rum patrum more affectus.

Et in terra nominatur.

Existit in terra.

Vt det uobis.

Propositio huius loci, quæ fit. Et ait Paulus sua genua ad patrem. Nota spiritum sanctum à Deo dari, seu mit- ti. Dandi uerbum excludit meritum.

Secundum diuitias.

Confirmatio propositionis continens commendatio- nem Dei patris, à potentia & facili. Deus enim non so- lum uult dare, sed & potens est, ut det, qui & potest fa- cile. In exemplo Pauli discunt prædicatores, ut non solùm diligenter prædicent uerbum, aut ut orent etiam pro cõ- firmatione Ecclesiæ, ne deficiat propter scādala crucis.

Gloriæ suæ.

Vt ipse gloriam inde habeat, id quod fit, quādo deus dat iuxta diuitias suas, tum enim cedit illi gloria pro li- berali sua munificentiā.

Virtute corroborati.

Non dicit simpliciter corroborati, sed uirtute corro- borati, ut insinuet, quāti hostes sint, contra quos pugnā- dū est Ephesijs, ut sunt Satan, peccatum etc. Et quia hic Apostolus propriè orat pro cõfirmatione Ephesiorū cõs-

IN EPIST. DOMINICA XVI.

tra scandala crucis, ideo hinc estimare uult Ephesios,
uim & potentiã scandalorum quæ oriuntur ex cruce.

Per spiritum suum.

Occupatoriè hæc accedunt, ne quis fingat sibi uirtu-
tem aliquam aduersus tam potentes hostes.

In interiorem hominem.

Sequuntur nunc finales aliquot corroborationis fru-
ctus. Internum uocat hominem per fufum spiritu sancto
qui non corrumpitur secundum desideria erroris, quæ
bum ex sua natura & personas uerbo adherentes, ex in-
pfo uerbo spectat, non ex externis operibus, non è cruce
circumudente &c.

Vt Christus per fidem habitet
in cordibus uestris.

Alius fructus corroborationis, qui est fide apprehē-
dere Christum in cordibus, ut simus firmi & stabiles cō-
tra scandala crucis, quales esse nō possunt, qui fide nō ap-
prehenderunt Christum seu uerbum in cordibus. Hi. n.
ad crucem continuo offenduntur, & offensi deserunt
uerbum, quemadmodum & Christus ait Matth. 13. in pa-
rabola seminantis de petricosis auditoribus uerbi & tē-
porarijs, qui in se non habent radicem.

Vt in charitate radicati,
scilicet, qua diligimus Deum. Tertius fructus corro-
borationis &c.

Et fundati sitis,

Ne ad scandala crucis deficiatis. Qui non uerè diligunt Deum facillimè cruce offenduntur.

Vt possitis comprehendere.

Quartus corroborationis fructus & omnium finalis, nimirum cõprehendere, quàm latè pateat Christus, et quàm potens sit dominus, qui est ubiq; & qui ubiq; tue-ri & seruare potest. in summa, qui dominatur mortuis & uiuentibus, ad Rom. 14. Verũ hanc potentiã in Christi intelligere spiritus sancti & fidei opus est. Estque hic locus de potentia Christi ubique & semper seruare potentis, non solum hic & illic, neque hoc uel illo tempore tantum, sed ubique & semper etiam, ubi non est occasio liberationis ulla. Et quia Apostolus consolatus est hæcenus Ephesios contra scandala crucis, nunc idem agit, ut sciant se habere talem dominum Christum, qui ubiq; & semper seruare potest,

Quæ sit latitudo.

Periphrasis potentia Christi ubiq; & semper serua-re potentis.

Et cognoscere &c.

Quæ durat ubiq; & semper, non qua semel tantũ dilexit nos, & nunc in cruce constitutos deserat.

Quæ superat captum nostrum.

Quis enim intelligere potest aut capere Christũ Dei filium, æqualem deo, se ita inaniuisse, forma serui sumpta &c. ad Philip. 2.

Vt compleamini.

IN EPIST. DOMINICA XVI

Dum comprehenditis potentiam Christi & cognoscitis charitatē eius, id quod est compleri in omnem plenitudinem dei, quæ in solo Christo est reposita, & exira quem non est plenitudo, quæ placet Deo. Ad Coloss. 2. Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, & estis in illo cōpleti. Plenitudo Dei dicitur qua cōplet Deus omnes pios hisce donis in Christo, quæ sunt, comprehensio potentie Christi & cognitio charitatis eius, ut sciant se Deo & Christo curæ esse.

Ei autem qui potens est.
Locus à facili, ne dubitemus de potentia Christi, & charitate erga nos.

Ipsi gloria in Ecclesia.

TEXPLICATIO III. LOCI.
Tertius locus ostendit, quid deo debeamus pro nostra conservatione, contra scandala crucis, nimis rum, ut simus grati Deo. Estq; hic locus Epilogus de corroboratione, quem gratiarum actione exornat.

In Ecclesia,

E qua meritò honoratur Deus, tanquam è tabernaculo suo &c.

Per Christum,

Ula uera est gloria, quæ fit in Christo & per Christum.

IN EPISTOLAM PAULI AD EPHESES. CAP. III. DOMINICA à Trinitatis decima septima. Postquam

POSTquam Apostolus definitionem, causas & effectus Euangelij & iustificationis nostrae in precedentibus tribus capitibus copiose expediuit: incipit nunc in hac epistola hortari Ephesios ad innocentiam uitae, quae locum habet, quando de fide probe sumus instituti: ut puta de efficiente causa, & propter quam uita innocens placet Deo. Est enim innocentia uitae effectus fidei, quem parit fides, sicut omnia bona opera, quae & ideo grata sunt deo, quia fiunt à credentibus, qui iam fide sunt reconciliati Deo.

DE occasione hodiernae epistolae.

Occasio autem hodiernae epistolae orta est è uulgari dissensione, quae oriri solet inter unius Ecclesiae fratres, dum doctiores & pluribus donis ditiores, minus doctos, & paucioribus donis locupletatos, continent, fastidiunt et reijciunt. Doctiores et pluribus donis instructiores hortatur Apostolus, ne erga minus doctos infletur, aut infirmiores nimium carnalibus operibus & exemplis malis offendant: sed ut in omni humilitate & mansuetudine eos ferant, et ad meliora instruant. Minus doctos monet, ut suis donis contenti sint & uocatione sua, quo sic inter unius Ecclesiae fratres, uinculum pacis consistere queat, quo coadunati omnes, unanimiter in ueritatem fidei & cognitionis filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram quoque adultae aetatis Iesu Christi,

IN EPIST. DOMINICA XVII.

crefcere poffimus, in Summa, ut indus magis ac magis
per dilectionem faciamus ex æquo omnes robustiores et
firmiores in fide. Et ad hæc bona quo peringamus, ma-
dium ponit Apostolus charitatem, quæ sola unitatem Ec-
clesiæ feruat, iuxta illud 1. ad Corinth. 8. Charitas ædifi-
cat. Contra ut nunc charitas sola est, quæ ueritatē Ec-
clesiæ feruat, inflatio contrarium charitati uel sola uici-
um, unitatem Ecclesiæ soluit, & pacem eius tam in do-
ctrina, quam in externa unitate perturbat, iuxta illud.
Scientia inflat.

SUMMARI LOCII.

1. Quisq; sua uocatione contentus esse debet, & ut est
dignum sua uocatione ambulare, in hoc ut seruetur cha-
ritas & concordia Ecclesiæ.
2. Unus est spiritus, & unum est corpus Ecclesiæ: igitur
Ecclesiæ membra unitas eiusdem decet.
3. Dona in Ecclesia non sunt propria eorum, quæ illa pos-
sident, sed Christi sunt dona, quæ Christus dedit. Igitur
non decet propter aliena dona dissensiones excitare in Ec-
clesiæ: & uel eam ob causam etiam, quia Christus dona
ad unitatem, non ad dissensionem dedit.
4. Ut dona sunt uaria in Ecclesia: ita & officia.
5. Omnium donorum & officiorum in ecclesia finali-
s est usus, ut illi, qui à Christo donati sunt donis, & in
officijs constituti, sint consummati, perfecti absolute, & in-
ti & idonei ad expedienda sua ministeria: deinde ut per
dona

donec officia edificetur corpus Ecclesiæ, donec occurrant omnes in unitatem fidei et agnitionis filij dei etc.

Obsecro itaq;

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus eò debet nobis cõmendatus esse, quia optimè quadrat, ad nostra tẽpora, in quibus nemo frẽ cõrentus sua uocatione, & nemo curat ambulare ut sua uocatione dignũ est, omnes abhorrentes à charitate & concordia, Quidam prorsus deserunt uocationes et alias nouas suscipiunt. Quidam cũ non deserunt: tamen miro æstu erga alias uocationes flagrant, tanto sæpe stulto & labore ut seipsos ad perniciem usq; & animæ & corporis conficiant. Quidam segniter & oscitanter suas uocationes propter ingratitude curant. Quidam etsi in uocationibus suis manent: tamen non digne in eis ambulant. Quidam tamen neglectis suis uocationibus, unice defigunt suos oculos in aliorum uocationes: & diũ sic quisq; in ea, quæ aliorum sunt, intentus est, fit quòd hodie in nullo uitæ gñe, in nulla uitæ conditione, deniq; in nullo officio, bene ac rectè uiuatur. Docet uero hic primus locus contrarium, ut monet nos quisq; in sua uocatione maneat et non simpliciter maneat: uerum ut & id cum omni mansuetudine & lenitate faciat, erga alias uocationes non flagret, suam uocationem diligenter curet, in ea dignè ambulet, et in aliorum uocationes non respiciat. Et damnantur hoc primo loco duo potissimum uicia

IN EPIS. DOMINICA XVII.

uicia. Inflatione ex donis, officijs, et *πολυπραγμοσύνη*.
 Porro ne quis miretur, quur Apostolus de his rebus mor-
 neat Ephesios iam addictos Euangelio & in eo feliciter
 progressos: is sciat Euangelij hanc esse fortunam, ut om-
 nia post eius prædicationem peius habeant, quàm antea:
 non quòd Euangelij uicio id accidat, sed pueria Satanae
 & hominũ malicia, qui uniuerse & maliciose suscipiunt
 Euangelium. Fortassis non aliam ob causam, nisi ut iusto
 Dei iudicio offendantur, qui offendi debent, & non per
 uenire ad Euangelij cognitionem. Sed uæ illis qui talia
 offendicula de se præbent, non tam ppter illos, qui iusto
 dei iudicio interire debent, quàm etiam propter eos, qui
 fratres pii sunt & inde offenduntur.

Obsecro.

Milde & humaniter alloquitur Ephesios, ut facilius
 persuadeat.

Ego uinctus.

Emphaticòs dicit ego, ut intelligas Paulum pro glo-
 ria summa ducere, quòd propter dñm uinctus sit. Allu-
 dit ad sua uincula Romæ.

In domino.

Causam uinculorum materiale[m] seu formalem addit,
 ut declaret se propter dominum, non ut homicidam aut
 furem pati.

Vt digne ambuletis.

Vt decet cuiusq; uocationem, ut faciatis ea, quæ requi-
 rit

A TRINITATIS. 234

rit cuiusq; uocatio. Requirit autē quæq; uocatio ut sub
ea militantes, sint donis suis contenti in humilitate et le-
nitate ut ambulent &c. sicut sequetur. Ambulare studij,
diligentiæ & curæ uerbum est.

Qua uocati estis.

Ad Euangelij cognitionem. Vocatione excluditur
meritum.

Cum omni humilitate.

Formam ambulandi subdit à fructibus charitatis, qui
sunt opera uocatione digna. Humilitatem uocat hic mu-
tuam submissionem, qua alter alteri se submittit, qua quis
suis sepe ius negligit infirmi fratris causa. Huic humilita-
ti opponitur inflatio, qua quis suprâ quàm oportet de se
sentit. Ad Rom. 12.

Et mansuetudine.

Mansuetudo hic ea est uirtus qua quis erranti fratri
libenter ignoscit, non increpans eum durius, qui fratris
errores amice & candide interpretatur. Mansuetudini
opponitur truculentia seu acerbitas cum contemptu. Hu-
militas et mansuetudo uirtutes sunt, quibus seruetur cha-
ritas & concordia. Inflatione & truculentia charitas
perit, & concordia turbatur.

Cum patientia:

Quia dignè ambulare in sua uocatione cum humili-
tate & mansuetudine molestum est carni: igitur patien-
tiam subijcit, quæ molestiæ carnis medetur.

Suppor

IN EPIST. DOMINICA XVII.

Supportantes.

Quasi per mutuam alleuationem, ita ut alter alterius infirmitates portet. Ad Gal. 6.

Inuicem.

Non ut alter diligat, alter odio habeat.

Per charitatem.

Quæ non est inflata, quæ non irritatur, quæ non est impatiens, quæ nõ est fastidiosa etc. sed quæ humilis est, mansueta, patiens, portans infirmitates fratris &c. Postis aliquot speciebus charitatis et effectibus, reuocat nunc Paulus in genere ad ipsam charitatem ut ad genus et causam, q. d. Apostolus, ita per omnia ambulabitis in uocatione uestras ne contra charitatem quicquam agatis.

Solicite seruare.

Propositio hortationis. Hortatur enim ad unitatem Ephesios, ad quam per spiritum uenerant. Unitatem spiritus dicit, uel quia Ephesij ad illam uenerunt per spiritum, uel quia spiritus eam efficit & conseruat.

Per uinculum pacis.

Hæc adiicit per occupationem ne quis somniet sibi unitatem in rebus spiritualibus sine publica pace, quæ uobis abest, ne in spiritualibus unitas diu subsistet.

Vnum corpus.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus causis confirmat, cur unitatem spiritus seruare debeamus per uinculum pacis: quia unum corpus

corpus sumus, & unus spiritus, qui uocauit nos, quicquid
omnia in nobis efficit dona. Argumentum hoc ductum
est à causa ad effectum, hoc est, à spiritu ad Ecclesiam. Ille
quia unus est, ergo Ecclesia una esse debet, & unitatem
seruare. Et sic de reliquis causis. Similibus argumentis
nititur Paulus 1. ad Cor. 12. Vbi ad eandem unitatem hor-
tatur Ecclesiam. Collatio Ecclesie & corporis non est
negligenda hic, quam iusta tractatione absoluit Apосто-
lus 1. ad Corinthios 12.

Vnum corpus.

Prima causa ab unitate corporis, in quo multa quidem
sunt membra, sed una quadam & perpetua harmonia
consentientia.

Vnus spiritus.

Secunda causa ab unitate spiritus, qui quia unus est,
ergo unitas decet Ecclesiam.

Sicut uocati estis una spe.

Tertia causa à fine uocationis, à uita æterna, quæ quæ
non inæqualiter cõtingit, sed una eademque omnibus, ergo
unitatem decet Ecclesia.

Vnus Dominus.

Quarta causa ab unitate pastoris & rectoris Eccle-
sie, qui est Christus dñs. Hic quia unus est, ergo &c.

Vna fides.

Quinta causa ab unitate fidei, qua credimus in Chri-
stum. Hæc quia una est, unus animi & æqualis in omni-

IN EPIS. DOMINICA XVII.

bus Christianis motus, ergo &c.

Vnum baptisma.

Sexta causa ab unitate baptismi. Hic quia unus est, ergo &c.

Vnus Deus & pater omnium.

Septima causa ab unitate Dei, qui sine respectu omnibus beneficit, qui unum se patrem exhibet omnibus, qui impartibilis est &c. Ergo &c. Vult Apostolus, ut sicut Deus unus est, & unanimiter erga nos adfectus, ita & nos uni esse debemus, unitatem seruare, & unanimiter erga fratres adfecti esse.

Qui super omnes.

Quae sequuntur, potentiam unius dei patris commendant: unde octaua causa, uel ideo maxime unanimiter uiuere debetis, quum tam potens deus in uobis habitet

Vnicuique autem nostrum.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus similiter hortatur ad unitatem spiritus, & dehortatur à dissensione. Argumentum est à causa donorum efficiente, hoc est à Christo datore. Quod enim hic plura habet dona, aliter pauciora, id non fit merito nostro, sed ex donatione Christi, qui ascendit in altum, ut dona daret hominibus, non ad dissensionem, neque ad unitatem fidei, et ad ædificationem corporis Christi, id est, Ecclesiae. De quo finali donorum usu porro docebit Paulus. Et ut iam ridiculum est gloriari in alienis donis,

A TRINITATIS.

238

Propter aliena dona excitare dissensiones, ita sane rē
diculū est in Christi donis gloriari, & propter illa fra
ternam unitatem soluere.

Vnicuiq;

Occupatio, qua anteuortit oēm gloriationē in donis.

Data est gratia.

Excludit meritum nostrum. Gratiam uocat dona illa
quæ Christus distribuit in Ecclesiam.

Secundum mensuram.

Pro ut cuiq; dare uoluit, & expediuit ad salutem.

Quod autem det Christus secundum mensuram, & non
potius repleat omnes æquē omnibus donis, aut nō æquē
multis, ideo fit, quia non expedit oībus æquē dona mul
ta habere &c.

Donationis Christi.

Qua donat Ecclesie dona. Scriptura nunc patri,
nunc filio, nunc etiam spiritui sancto donationem dono
rum tribuit.

Propter quod dixit.

Christum donare dona, confirmat autoritate scriptu
ræ, ne uideatur quid temere dicere.

Ascendit in altum.

Summa huius loci est, Christum sua resurrectione in
cœpisse regnū spirituale, & dona dedisse hominibus, id
quod factum est missio spiritui sancto in mundum. Huius
ascensionis usus adhuc perpetuò durat, quādo Christus
liberat uocatos ad Euangeliū à Satana, peccato et morte

IN EPIST. DOMINICA XVII^a

te, & mittit eis spiritum sanctum. & replet eos donis.

Captiuam duxit.

Instar ducis seu imperatoris foris, seu potius triumphantis &c.

Quod autem ascendit.

Exponit uocem adscendere, quæ non intelligitur, nisi si descensionis respectu, nisi enim Christus descendisset, nunquam adscendisset, oportuit uero eum descendere, ut postea rursus adscenderet, hoc est, uoluntas hæc dei patris fuit, ut Christus per crucem humiliaretur, & rursum per resurrectionem glorificaretur. Psal. 8. Minuisti eum paululum infra angelos, gloria autem coronasti eum.

Qui descendit, ipse est.

Hoc est, unus idemque Christus fuit, & qui descendit, & qui adscendit. Frequens hæc descensus & adscensus inculcatio non caret mysterio, ut obiter moneat de forma salutis nostræ, quæ nobis contigit descendendo & adscendendo &c.

Super omnes cælos.

Omnium factus est dominus, ad Ephe. 1. & ad Col. 2.

Fructus hic est resurrectionis Christi.

Ut impleret omnia.

Sua iusticia, sapientia & alijs atque alijs donis. Ioan. 1. Et de plenitudine eius omnes accepimus. Ad Col. 2. Christus plenitudo deitatis dicitur. Et quia Ecclesia impletur à Christo uarijs donis. Hinc ad Ephesios 1. complementum

tum Christi uocatur, ipse uerò adimpletor, qui oïa in omnibus adimplet.

Et ipse dedit quosdam.

EXPLICATIO IIII. LOCI.

Quartus locus monet Ecclesiæ dona esse uaria, & quia hæc sunt uaria, ergo & officia seu ministeria, quæ spectant ad dona illa expedienda.

Ipse dedit.

Ergo personæ in officijs Ecclesiasticis constitutæ honorandæ sunt et colendæ, idq; propter eum, qui instituit.

Apostolus.

Distributione illustrat donationem Christi & latius explicat. Apostolos uocat peculiariter à deo missos ad prædicandi officium.

Prophetas.

Interpretes scripturæ.

Euangelistas.

Qui habent donum consolandi conscientias euangelio, & qui norunt pro dignitate Euangelium tractare.

Pastores.

Qui regunt ac pascunt uerbo.

Doctores.

Qui simpliciter docent uerbum in ecclesia, nullis alijs curis onerati.

Ad consummationem.

EXPLICATIO V. LOCI.

QUINTVS locus agit de finali omnium officio.

IN EPIST. DOMINICA XVIII.

rum & donorum in Ecclesia, usu, ut in officijs constituti, sic agant, quò sint consummati et absoluti: hic ut apostolatum suum rectè curet, & cum fructu Ecclesie: alter utiliter prophetet etc. Deinde ut in officijs constituti et donis donati edificent corpus Christi, hoc est, Ecclesia. Ex hoc ergo loco inferre uult Apostolus, quia dona data sunt in edificationem Ecclesie, ergo nõ ad dissensiones.

IN EPISTOLAM PAULI I. AD COR. CAP. V. DO.

RELINQVIT Apostolus in hac epistola exemplum omnibus prædicatoribus & orandis & gratias agendi pro suis Ecclesijs & accepta gratia, nam non solum officium prædicatoris requirit, ut synagoga ac strenuè prædicent, sed etiã et gratus sit pro acceptis per Euangeliũ beneficijs. Accedit uero gratiarũ actio pro cõmodis Euangelij, ut testentur pij prædicatores gratũ suũ animũ erga deũ largitorẽ, quò hic inde nota gratitudine cõmoueat ad porro maiora donanda et ad confirmandũ uerbũ suũ, ne rursus per insidias Satanae illud amittamus, quas nõ cessat astutus ille Satana ab omni parte struere, quò nos ingratos faciat, & sic postea uerbum tollat. Agit uero Apostolus pro duabus rebus gratias: primũ pro abũdanti in omni genere gratia, qua deus adfecit Corinthios: Deinde pro eiusdẽ gratiæ cõfirmatione

matione, ut scias auditū uerbū nihil aut parum prodesse imò ne posse quidē diu durare, nisi ipsum & cōfirmetur in nobis, quod cum sit, postea nō erit dubium, quin expectare queamus reuelationem domini nostri Iesu Christi, ut in die eiusdem domini inculpati reperiamur.

Cæterum mirū hoc uideri potest, quòd Apostolus in hac epistola adeò eleuet Corinthios, quos in omnibus diuites factos esse scribit, & confirmatos etiam in acceptis diuitijs, adeò quòd illis nihil desit in ullo dono ad expectationem reuelatiōis domini nostri Iesu Christi, postea aut per totā epistolam seuerissime obiurget, ut nihil suorum, quæ nunquā in hac uita ita est absoluta, quin ad huc semper in profundissima imperfectiōe uersetur, & in tam grossis uicijs, quòd Paulus non uereatur gentes præferre Corinthijs, qui tam aperta uicia nō tollerent, quæ in sua Ecclesia ferebant Corinthij, ut erat stuprū incesus, quod quidam perpetrauerat cum sua nouerca.

Cum ergo Corinthij in omnibus donis à Deo diuites facti, in tā apertis uicijs rei steterint, sanè ne hodie mirū uideri debet ueritati aduersarijs, & si adhuc nostræ Ecclesiæ in maxima donorum copia, infirmitati et imperfectioni subiectæ sint, quam Deus libenter fert in nobis, modo non reijciamus uerbum, & ad uomitū redeamus. Verbum enim qui retinet, is quotidie habet medium, ad quod cōfugere potest, ut remedium suæ infirmitati acci-

IN EPIST. DOMINICA XVIII.

piat & ueniam ex infirmitate peccatorū. Interim quia Paulus non commendat Corinthios propter suam imperfectionem, ita nec nos cōmendamus nostras Ecclesias propter imperfectionem.

Sed quid porrò agendum est, cum imperfectio mala res sit? Respondeo. Mala quidem res est imperfectio, sed ita res mala non est, quòd eam prorsus tollat in nobis iustificatis spiritus sanctus, imò relinquit, ut restet nobis occasio recitandi petitionem Dominicam. Dimitte nobis debita nostra, quæ si omnino in iustificatis tollerentur, quæ obsecro foret post hanc uitam perfectio? Quæ hic carnis & spiritus pugna? quam toties celebrat scriptura, quis tandem inuocationis & misericordiæ Dei locus? Necessarium itaque malum est imperfectio in hac uita, nõ quæ laudari debeat, sed quæ præsens, tamen ad multas res utilis sit, quam & in nobis non tollit spiritus sanctus, ut maneat uita nostra malitia super hanc terram, cuius dux est spiritus sanctus, ne militantes succumbamus.

SUMMARI LOCI.

- 1 Euangelium est abundans gratia in Christo Iesu nobis donata.
- 2 Ut in donata gratia permaneamus, nec rursus ab Euangelio recidamus, non est nostrarum uirium, sed Christi confirmantis.
- 3 Quia Deus fidelis est, igitur seruat nos in accepta gratia

gratia & confirmabit nos ad finem.

Gratias ago.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus penitus consideratus cōtinet descriptionem Euāgelij ex causis et effectibus. Est enim Euangelium aliud nihil, quàm gratia nobis à Deo data per Christum, ut diuites simus in omnibus rebus spiritalibus, in omni uerbo, et in omni scientia. Deus huius gratiæ causa est, Christus medium, per quod Deus dat & reuelat gratiam, non ieiunam aut sterilem, non inabus ociosam, uerum abundantem & copiosam in rebus omnibus, in uerbo & scientia, quæ res prædictæ gratiæ effectus sunt &c.

Docet itaq; primus hic locus ueram Euangelij descriptionem, adeoq; salutis nostræ causas & effectus.

Gratias ago.

Exorditur hic Paulus priorem ad Corinthios epistolam. Et est exordium sumptum ab adfectu gratulationis propter acceptam gratiam. Insinuat uero Apostolus se hoc exordio ipsis Corinthijs, quos cōmendat obiter, quo inde cōmodius eos obiurgare queat propter peccata & errores uarios. Gratiarum actio hæc opus est ueræ fidei, & animi cognoscētis se bñficia à Deo accepisse.

Pro uobis.

Studium & cura Pauli pro sua Ecclesia.

De gratia Dei.

IN EPIST. DOMINICA XVIII.
De Euāgelio, de remissione peccatorum et de alijs di-
uinis bñficijs. Gratia genus ē multorum bñficioꝝ dei.
Quæ est data. Excluditur meritum.

In Christo lesu.

Medij oblatae gratiæ nō obliuiscitur Paulus, nam in
solo Christo, et p̄ solum Christum dat deus gratiam. Cau-
sas iustificationis obserua hic. Deus dat gratiā. Christus
adsert nobis eam, & in ea confirmat nos.

Quo in omnibus.

Recenset effectus datæ gratiæ. Primum generali uo-
ce complectitur omnia bona accepta per gratiam. Deinde
de addit distributionem. Nota quæ ueræ sint diuitiæ, ni-
mirum illæ, quæ gratiæ uocabulo appellantur. In omni
bus dicit, ut nihil excludat. Ad Rom. 8. Qui proprio fe-
lio non peccit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, qui
fieri potest, ut non cum eodem omnia donet nobis? Disce
hic Deum non frustulatim dare, sed copiose.

In omni uerbo.

Distributiuncula explicat diuitias in Christo datas.
Verbum doctrinam uocat. Scientiam, internam certius
dinem, qua licet iudicare etiam de falso uerbo seu doctri-
na falsa &c.

Est enim hic sciētia certum iudicium, quo possumus
certa ratione loqui de uerbo & Christianæ libertatis u-
su, & iudicare, ut uerbum rectè secemus, & res spiri-
tuales cum politicis non confundamus.

Sicut

Sicut testamentum Christi confirmatum est in uobis.

Id est, efficacis et fructuosum factū. Loquitur hic Paulus de incremento & efficacia auditi uerbi, quod nō simpliciter acceperunt Corinthij, uerum ita, quod cum fructu in ipsis radices egerit, Est & hæc efficacia unus è effectibus auditi uerbi.

Ita ut nihil uobis desit.

Scilicet necessarium ad salutem, quod non habeatis.

Expectantibus reuelationem.

In hac uita sub cruce. Cōsolatorius locus ne dubitēt propter crucem de uita æterna. Reuelationem intellige aduentum Christi ad Gloriam.

Qui & confirmabit.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus docet nostrarum uirium opus nō esse sperdurare apud acceptam gratiam, sed Christi officium, qui solus nos seruare potest, ne ab accepta gratia recidamus rursus, et ut inculpati ambulemus usq; in diem aduentus Domini nostri Iesu Christi. Verbum cōfirmabit, ostendit quàm grauiam & multa sint auocamenta, quibus ab Euangelio auocari possumus: quod autem ne fiat, opus habemus confirmatione Christi: q. d. Apostolus, tam serua erunt & potentia auocamenta, ut nullis alijs præsijs seruari possitis, nisi Christi solus.

Confirmabit,

Contra

IN EPIST. DOMINICA XVIII.

Contra omnia scandala & crucis, & aliarum rerū.

Vsq; in finem.

Ad futuram liberationem in uita eterna.

Inculpatas.

Hanc uocem ad sequentia referes, ut sit sensus, Corinthios inculpatos fore in diem aduentus domini, hoc est, acceptos & gratos deo: nam in hac uita nunquam peruenimus ad hanc perfectionem, ut simus inculpati: inculpatos hic eos intellige, quos Christus Matth. 25. benedictos uocabit in die iudicij, & bonis operibus praeditos. Esuriui enim & dedistis mihi edere &c.

Fidelis Deus.

TEXPLICATIO III. LOCI.
Tertius locus ualde consolatorius est à fidelitate Dei sumptus, ne dubitemus de confirmatione Christi in finem usq;. Deus enim quia fidelis est: igitur seruabit suas promissiones pijs de uita eterna factas, confirmabit eos usq; ad finem &c.

Fidelis Deus.

Epiphonema quo claudit Apostolus exordium, à facti uel à iure debiti, uel à coniugatis ductum. In hunc modum. Fidelis est Deus ergo fideliter seruabit promissa, fideliter confirmabit uos ad finem usq;.

Per quem uocati estis.

Officium patris est uocare.

In societatem filij.

Ut sitis participes oim bonorū Christi et cū illo coheredes, sicut decet eiusdem consortij et societatis socios.

IN EPISTOLAM PAULI,
AD EPHES. CAP. III. DOMINICA à Trinitatis decimanona.

Præfens epistola uitam piam et Christianam format post acceptum Euangelium, per quod regenerantur pij & separantur ab impio mundo, tam in doctrina quam in uitæ moribus, adeòque ipsis bonis operibus. Mundus suam doctrinam habet, suos uitæ mores & opera, quæ ipse iudicat bona. Præterea damnat mundus eadē uicia, quæ hic Paulus inhibet pijs, qualia sunt, mendacium, ira, furtum, & alia plura. Verū hoc intere st in doctrinam, uitæ mores & opera mundi: & inter doctrinam, uitæ mores & opera piorum, quod horum doctrina præscriptum Dei uerbum est, uitæ mores & opera in uerbo præscripta sunt, & fiunt alia ratione & sub alijs præmijs, quam à mundo, cuius doctrina non est dei uerbum, neq; uitæ mores, neq; opera ex uerbo dei sunt comparata, qui tantum externa facta & damnat & probat. Pij autem non solum externa facta probant, & uicia externa damnant, sed etiam addunt externis factis & animum consentientem, qui & fugit uicia & præstat opera bona. Iuuantur porrò & reguntur pij à spiritu sancto qui

IN EPIST. DOMINICA XIX.

qui in illis regenerat & reformat mentes, ut doctrinam
 uitæ mores et uera bona opera perficiant placencia Deo.
 Et quamquam mundus quoq; damnat mendacium aliq;
 uicia: tamen nõ potest ea consentienti animo fugere, nec
 consentienti animo bona opera prestare: id sicut dictum
 est, possunt pij per spiritum sanctum regenerati. Longe
 itaq; lateq; diuisa sunt piorum opera ab operibus mun-
 di, idq; respectu causarum ipsorum operum. Mundus si-
 que facit bona opera, ex se facit, hoc est, ex reliqua illi
 beri arbitrij parte, que adhuc superest in externis operi-
 bus perficiendis, si non impediat Satan. Pij autem sua o-
 pera spiritus sancti presidio peragunt: quare & inquit
 Apostolus. Renouamini uero spiritu mentis uestre &c.
 Ante omnia duo potissimum discenda sunt ex hodierna
 epistola: nimirum duæ poenitentia partes. Contritio
 seu mortificatio, & renouatio seu uiuificatio. Contritio
 est deponere ueterem hominem secundum pristinam con-
 uersationem, qui corrumpitur secundum desideria erro-
 ris. Renouatio est regeneratio mētis per spiritũ ad præ-
 standa opera iusta & sancta. Et quia spiritus mētientem
 facit, exprimit Paulus causam renouationis. Et quia mētis
 uocem adijcit, significat renouationem non in externis
 actionibus, sed in ipso corde consistere, quod natura
 prauum & ineptũ est ad bona opera placencia Deo: igitur
 oportet cor prorsus euertere & purgari à pristina
 & innata prauitate, & reddi per spiritum sanctum ap-
 tũ

tum atq; idoneum ad sancta opera, alioqui animus non purgatus spiritu sancto mera hypocritica opera producit, qualia sunt totius mundi opera, & illorum, qui non credunt Christo: hic enim fide susceptus, largitur nobis spiritum sanctum, qui reformat mentes nostras & facit aptas ad bona, Christiana, sancta & iusta opa. Hinc quis per se facile uidere potest, quo tempore placere incipiunt deo opera nostra bona: uidelicet post Christum factum susceptum, & post datum spiritum sanctum, qui est autor bonorum operum, ut deo placeant & pura fiant: quamquam in maxima infirmitate, quam tamen Deus pater boni consulit propter suum Christum.

SUMMARI LOCII.

- 1 Post acceptum uerbum decet pios noua uita.
- 2 Noua uita non tantum consistit in externis rebus, sed potius in renouatione mentis, quam efficit spiritus sanctus. Et sic renouatus, nouus homo dicitur, formatus ad iustitiam & sanctitatem ueram.
- 3 Opera nouae uitae sunt, & quae de uita noua testantur: item de homine nouo, ueritas, benignitas, mansuetudo &c. Contraria uicia sunt, mendacium, ira &c. quae testantur de ueteri adhuc homine &c.
- 4 Propria bona habere Christianis licet, ut queant necessitati aliorum subuenire.

Deponite,

IN EPIS. DOMINICA XIX.

EXPLICATIO I. LOCI.

VT ratio coherentiæ nobis per oia constaret, pri-
mū locum libuit è præcedentibus colligere: nemo
etiam uerè intelligere potest, quòd sit renouatio spiritus,
nisi qui simul locum de mortificatione probe nouerit: pri-
mus itaq; locus de mortificatione est, ad quam hortatur
Paulus Ephesios, dum dicit. Deponite uos secundū pristi-
nam conuersationem &c. q. d. Aplus: Impie gentes (de
quib. paulò ante dixerat) in unitate mètis suæ ambulat:
unde sequuntur eos immunda & impura opera. Vos ue-
ro auditores Christi et uerbi, sic non didicistis Christum,
neq; sic audistis uerbum, ut in ijsdem operibus uiuatis cũ
gentibus impijs, sed ut deponatis conuersationem secun-
dum ueterem hominem effigiatam, qui corrūpitur iuxta
cōcupiscentias erroris. Summa aut est huius primi loci,
Ephesios post auditum uerbum & susceptum Christum
amplius non decere, ut secundum impiarum gentium ui-
cia uiuant: uerum nouam incipiant uitam formatam iux-
ta Deum. Similis est locus, Ad Rom. 6. Porro ut renoua-
tio altera pœnitentiæ pars, quam in secundo loco tra-
ctabit Paulus, non est tātum externorum uiciorum, sed
potius renouatiō mentis: ita nec mortificatio quam tra-
ctat in primo hoc loco, de externis uicijs tantum intelligi
debet, uerū potius de mundatiōe animi et internæ impi-
etatis, quam exuere oportet, ut renouemur spiritu.

Deponite uos.

Scilicet

Scilicet qui didicistis Christum uerè, in quo est ueritas non uanitas, sicut in impijs gentibus. Præmittit Apostolus locum de mortificatione antequam agat de renouatione, quæ ficticia est sine mortificatione. Cõiungit uero Apostolus mortificationem et renouationem duas pœnitentiæ partes, ut ostendat nihil æque pniciosum esse, quàm alteram partem sine altera prædicare. Nec desunt hodie illius perniciosi exempla.

Secundum pristinam conuersationem.

Pristinam conuersationem intelligit Paulus, quæ uixerunt Ephesij ante cognitum uerbum, uani, ignorantes Deum, mendaces, fures &c.

Veterem hominem.

Totum illum ante conuersionem ad uerbum, & regenerationem. Cominet hic locus descriptionem hominis ante cognitionem uerbi et regenerationem per spiritum sanctum. Qui ergo homo nihil est aliud, quàm corruptio quædam secundum desideria erroris, aut creatura, quæ corrumpitur secundum desideria erroris, uiuēs in ignorantia dei, non timens deum, sequens carnem ad quæuis flagitia ducentem. Hæc descriptio nõ solum carnem, sed & ipsam mentem arguit ueterem.

Qui corrumpitur.

Non quòd antea non sit corruptus, sed quòd indies magis ac magis corrumpitur.

Secundum desideria erroris.

IN EPIS. DOMINICA XIX.

Notat internos prauos adfectus. Externa uicia, ut mē-
tiri, furari &c. horum desideriorum fructus sunt.

Habes hic uiuacissimē depictam hominis imaginem,
quid sine Christo, Spiritu sancto, & renouatione potest.
O uere seruum liberum arbitrium, ad ea, quae dei sunt.

Renouamini.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus est de altera poenitentiae parte, scilicet
de renouatione, quae nisi sequatur mortificationem,
suis peccatis perire. Præterea quid prodest uicere homo-
minem deponere, nisi & nouū induas? Item, quid utilitas
inde quis habet, qui purgatus rursus se peccatis con-
taminat? Imò purgatus maneat, aut ad minus talia media
accipiat, quae eum, ubi in pristinas sordes reciderit, de nouo
purgent, parum utile est, semel purgatum fuisse.

Est uero hæc renouatio, de qua hic agit Apostolus, in-
telligenda, non tantum de externis uicijs, more schola-
sticorum & hypocritarum, qui de foris se mundant, pu-
rum aut nihil solliciti de interna impietatis purgatione,
uerum potius intelligi debet hic renouatio de mundatione
ne animorum, qui ab impietate & prauis adfectibus pur-
gati, facillimè ab externis uicijs alieni erunt: sed non e-
tra, quare & Paulus dicit. Renouamini autem in Spiritu
mentis uestrae, &c. Voce Spiritus exprimit Apostolus huius

A T R I N I T A T I S.

244

aus renouationis causam ipsum spiritum sanctum, sine quo non potest consistere mentis renouatio. Hypocritæ idem renouationem fingere possunt sine spiritu sancto, at prestare nequeunt. Effectus renouationis huius sunt, iusta & sancta opera in ueritate, non iusta & sancta in specie sine mentis renouatione. Ideo ait Paulus: Induite nouum hominem &c.

Renouamini spiritu.

Causam renouationis ueræ uides spiritum sanctum. Nunc quid sit uera renouatio, hic disce ex definitione methodica planè. Causa efficiens spiritus sanctus est.

Mentis uestræ.

Formalis renouationis ueræ causa, quæ mentis est, non tantum externorum uiciorum.

Et induite nouum hominem.

Clarius exponit, quid sit renouari spiritu mentis, scilicet nouum induere hominem. Est uero nouum induere hominem, effectus renouationis mentis per spiritum sanctum. Nouus homo est totus homo, non pars tantum hominis, per fusus spiritu sancto & regeneratus. Nouus operatur ueteri. Induere uerbum est operis duraturi, non repentinum. Indumentum non tantum propter necessitatē, sed et honestatem induimus. Unde noua uita, & uerè uetus honestatis est, & qua alij ad honestatem prouocantur. Quare et Petrus 1. Epist. cap. 2. Vult nostram conversionem honestam esse inter gentes ut inde ad credendum Eu-

IN EPIS. DOMINICA XIX.

angelio alliciantur. Et Christus inquit Mat. 5. Sic luceat lux uestra &c. Nouus ergo homo indutus non debet et cultari, sicut ne potest quidem exemplo uestis.

Qui secundum deum creatus est. Clarius explicat, quid intelligat per hominem nouum, nimirum talem, qui secundum Deum creatus est. Alludit Paulus ad primam hominis creationem, in iusticia & sanctitate factam. Secundum deum creari, est secundum imaginem Dei renouari. Est autem renouari secundum imaginem dei, Deum inducere, iuxta deum naturatum esse, participare in bonis dei naturalibus, uiuere naturalia dei bona, & uiuendo exprimere. Hinc deus iustus est, sanctus &c. Tales et nos esse debemus. Ad Coloss. 3. cap. Et induistis nouum hominem, qui renouatur ad agnitionem & imaginem eius, qui condidit illum. Irenaeus & Ambrosius accipiunt imaginem Dei pro omnibus naturalibus in deo bonis.

In iusticia & sanctitate uera. Hae uoces simul & formam renouationis & effectus ostendunt. Item declarant aperte, qui sit homo creatus secundum Deum, uidelicet ille, qui in iusticia & sanctitate uera ambulat. Et qualem hic Paulus esse uult nouum hominem, talis fuit primus homo secundum imaginem dei creatus. Vox uera discernit inter hypocriticam iusticiam & sanctitatem, & inter iusticiam & sanctitatem in ueritate factam.

Propter quod deponentes.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus tertius præscribit opera utriusq; hominis, ut nobis sint utriusq; certa testimonia. Agit uero hic tertius locus tantum de charitatis operibus, quò significet Paulus Charitatis opera mirificè placere deo in renouatis, è contrà, nihil æquè displicere Deo atq; uicia, & peccata contra charitatem. Occupatione annectitur hic præcedentibus, ne renouati sibi propria opera & alia, quàm charitatis fingunt.

Mendacium.

Mendacium peccatum est cõtra octauum præceptũ, loqui ueritatem est opus noui hominis, satisfaciens octauo præcepto.

Quoniam.

Ætiologia ab unitate multorum membrorum in uero corpore. Collatio corporis & Ecclesiæ hic tractabitur commodè.

Irafcimini.

Paulus simpliciter intelligit hunc Psalmi locum. Aliàs alia est in Dauidè loci occasio, de quo copiose egimus in quarto ad Ephesios. Est autè sensus hic apud Apostolum, q. d. Ira naturalis adfectus est, quare cauetè, ne præmaturet uos, ubi uero uos præmaturauerit, uide te tamen ne peccetis, id quod fieri potest, sole occidente super iram, hoc est, quando permittitis repentinum iræ, & naturalem adfectum apud uos radices agere, & diu

IN EPIST. DOMINICA XIX.

turnum fieri. Aliàs irasci sine peccato fieri potest. Est enim unus ex illis adfectibus, qui sine peccato fieri possunt. Nam uicijs irasci non est peccatum. At irasci proximo cum diuturno adfectu, & cum cupiditate uisciscendi, peccatum est contra quintum præceptum: Non occides. Siquidem ira causa est cædis.

Sol ne occidat.

Regula de ira, quæ breuis esse debet.

Nolite locum dare diabolo.

Hoc est, uidete, ne ubi irascamini, trahatis iram in diuturnum adfectum, & sic locum detis diabolo. Datur & locus diabolo, quando ex nostra ira et alijs uicijs trahunt homines calumniandi occasionem, et doctrinam nostram, et uitæ mores. Iræ opponitur mansuetudo, quæ respondet quinto præcepto.

Qui furabatur.

Vicium contra septimum præceptum. Non furari amplius, uirtus est respondens septimo præcepto. Quæstio hic tractari solet de restitutione per furtum ablatorum bonorum, ad quam paucis sic respondeo: Diuites, qui restituere possunt, exemplo Zachæi, debent, Luc. 19. nec uis deo quo iure non debeat restituere, qui ualeat. Pauperibus qui reddere non potest, sufficit regula Pauli: Qui furatus est, non amplius furetur.

Magis autem laboret.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quæstio

Quartus locus est adhortatio ad laborem, qui optimum est remedium contra furtum. Qui enim laborat, semper tot victus acquirere potest, ut non opus habeat, uel furari, uel defraudare alios de bonis suis. Sed quia Paulus finem & usum nostri laboris addit, ut habeamus, unde tribuamus necessitatē patienti, ostendit non esse contra deum propria ex proprijs laboribus colligere, et possidere bona, quemadmodum hodie in magna temeritate docent Anabaptiste diuersum à sententia Pauli. Duo docet hic quartus locus: Alterum strenuè laborandum esse, ut propria acquiras: alterum ut acquisita in necessitatem proximi uertas.

Laboret operando &c.

Quisq; in sua uocatione. Operari manibus, & in sudore uultus querere panem, ita sunt intelligenda, ne ex uarijs uocationibus nos omnes ad rastrū uoces. Crede mihi non esse exiguum et paruum laborem, qui ex superioribus corporis uiribus proficiscitur. Quanto enim intellectus pars in homine nobilior est, tanto & nobilior est labor, qui intellectu perficitur, & grauior etiam, propter debiliorem in homine partem.

Quod bonum est.

Id est, sic quisq; laboret in sua uocatione, ut ad profectum aliquem perueniat, & propria habeat, unde possit succurrere necessitati proximi.

IN EPISTOLAM PAULI
AD EPHES. CAP. V. DO.

minica à Trinitatis uicesima.
Hactenus in aliquot epistolis audiuius Paulum de bonis operibus loquentem, & uicissim quæ mala opera sine fugienda, quæ non amplius decent Christianos, per fidem, uerbum & spiritum sanctum regeneratos. Sed quia translati & regenerati ad bona opera uitamq; nouam, non statim morimur. Docebit porro Apostolus in hac epistola, quomodo cautè agendum sit, ne rursus ab agnita ueritate & bonis operibus recidamus. Et uerè dixit ille, quanquam in ciuili tantum uita, & rebus politicis. Non minor cura est tueri parta, quam acquirere. Et quum hæc sententia uera sit in ciuilibus rebus, quãta ueracior erit in spiritualibus rebus? quæ quæ sunt ciuilibus præstantiores, eo sane hostiliores inimicos habent, qui sunt: Satan, peccatum, mors, mundus &c. ut infinita illa in mundo scandala taceam.

Quare Apostolus summa diligentia monet in hodierna epistola, ut simus sapientes ac prudentes, præterea circumspectè ambulemus, ne denuo ad uomitum, ut diuus Petrus ait, regrediamur, de nouo crucifigentes Christum, sicut inquit Autor Epistolæ ad Hebræos, q. d. Paulus: Propensi quidem estis à natura ad falsam doctrinam et opera tenebrarum, & ideo ad quæuis mala faciles, quæ

re in posterum magna sapientia & prudentia uobis opus erit, ne à uera doctrinæ & operibus lucis, ad opera tenebrarum & doctrinam impiam recurratis. Idem nos hodie propter imminientia pericula cum Paulo monere debemus. Dies enim mali sunt, hostes potentes & efficacia scandala.

Opus itaque et nos habemus sapientia et prudentia, ut caute ambulemus, alioqui nõ uideo, quomodo liceat ad finem in ueritate uerbi perdurare. Siquidem tēpora hodie sunt turbulentiora, & scandala maiora & ualidiora, quàm ut possibile sit, hominem securè ambulāntem coram illis subsistere posse, ideo ex certis causis motus, adfirmare audeo, ne à principio quidē mundi et maiora & potētiora scādala extitisse. Et nisi Dominus breui mundo finem fecerit, timeo, ne non & pij nunc multi à ueritate aliquando abducantur.

Et licet hæc auditu & dictu horrenda sint, tamen reuera sic se habent omnia. Ne tamen pij inde desperandi occasionem trahant, semper exemplo Israelitarum reliquiarum sperare debent, quas Deus contra omnia scandala, hostes & dies malos seruauit. Et pertinent huc loci scripturæ de tutela Dei in pios, & de piorum conseruatione. Ioannis decimo septimo capite Christus ait: Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius ille perditus: scilicet, qui iusto Dei iudicio perijt, & ut impleretur scriptura, Priore ad Corin

IN EPIST. DOMINICA XX.

thios capite decimo. Fidelis est deus, qui non sinet uos tē-
tari supra id, quod potestis, imò faciat unā cum tentatio-
ne euctum, ut possitis sufferre, Matthæi capite uicesimo
quarto. Et nisi decurtati fuissent dies illi &c. sed pro-
pter electos decurtabuntur.

Porrò tota hodierna epistola in genere damnat fre-
quens & magnum illud uicium, ipsam securitatem, quæ
uix alijs seculis maior fuit, atq; hodie est, nam nostro tem-
pore nemo est, qui leuiter saltē cogitet, quomodo diebus
malis resistendum sit.

Omnes audimus uerbum promiscuè, omnes tracta-
mus nescio quæ Thrasonica de cognitiōe uerbi, sed pau-
cissimi sunt, qui perpendunt malos dies in foribus esse,
qui minantur nobis uerbi interitum, et parant pristinas
tenebras restituere, in quibus magno cum periculo ani-
marum steterunt ante nos maiores nostri, quas & nos nū-
dum deseruimus.

Causa securitatis tantæ nostro hoc seculo inde est,
quia postquam audiuimus omnia per Christum effecta,
atque expedita esse, statim cogitare accepimus: ergo ni-
hil amplius opus est aliquid boni operari, præcipuè ui-
cto Satana, peccato, morte & mundo? At potius sic co-
gitare & debuimus, & adhuc debemus, quia hodie præ-
dicatur Euāgelium, igitur pro uno peccato, infinita pro
uno Satana &c. Et propter hoc incrementum hostium
nostrorū uidetur Paulus dies malos uocare, qui aliquot
mali

mali per se non sunt, nisi quia hostes nostri, ueluti demones, peccata & scandala in mundo coaceruantur: Dies Antichristici cui boni erant: tum enim in tranquillissimo statu peragebantur omnia: neq; audiebantur tam tantum tumultus, seditiones atq; mala, quæ nostro nunc tempore infinita prouunt, nõ aliter atq; ueti illi apud Virgilium olim prouisse leguntur è spelunca Æoli.

Vnã Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
 Affricus, & uastos uoluunt ad littora fluctus.

Cæterum qua ratione malis illis diebus, et nunc sæpe dista securitati resistendum sit, & hæc epistola docet: uide licet ut simus sapientes & prudentes ut circumspicere ambulemus, cognoscentes quæ sit uoluntas dei: mirum non inebriari uino, quæ omnia maxima est securitatis causa: deinde ut inuicem psalmis & spiritualibus cantionibus loquamur, hoc est, libenter audiamus uerbum, magnificiamus & discamus: item simus grati pro acceptis beneficijs Deo, quæ omnia si fecerimus, nihil erit, quod timeamus nobis de diebus malis.

Verum quia segniter curamus uerbum, illud negligimus, studemus crapulis, non agnoscimus, quæ sit uoluntas dei: tandem quia non sumus grati deo: hinc etiam timendum est, ne dies mali multum sint effecturi, multumq; ponderis habituri, qui iam nunc nihil non efficiunt, testantibus id publicis exemplis.

SUMMARI LOCII.

IN EPIST. DOMINICA XX.

1. Euangelium occasio tantum est, quam qui negligit, ille postea offenditur, uel ut non suscipiat Euangelium, uel susceptum & minus curatum rursum amittat.
2. Crapula omnium maxima est securitatis causa, et ut denuo amittatur Euangelium. Sicut spiritu in pleri causa est retinendi illud & fugandi securitatem.
3. Euangelium magnificere potentissima est causa ad seruandum illud, sicut & gratitudo & reliqua bona opera, quæ decent pios.

Videte itaq.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus omnium pulcherrimus et utilissimus est contra oscitantiam & securitatem, quæ duo uicia maximè obstreperunt, cum uel Euangelium suscipiendū est, uel etiam est susceptum: docet uero hic primus locus Euangelij prædicationem occasionem tantum esse, quæ in tempore considerata & animaduersa, cadit considerantibus et animaduersorum in bonum, neglecta aut in malum. Occasio est inquam prædicationis Euangelij, non solum illis, qui suscipere debent, sed etiam his qui susceperunt, de quibus propriè hic loquitur Paulus. Porro occasio dicitur Euangelij prædicationis, quia ex improviso contingit, ita quod nesciatur, unde ueniat, aut quibus ex causis: præsens tamen adesse uidetur: quæ Euangelij prædicationis ut occasio, ubi redimitur et apprehenditur, habetur in bonum: ubi negligitur, sepe accidit, ut postea

nunc

nunquam redeat.

Sic hodie præsens est suscipiendi uerbum occasio, sed pauci sunt, qui illam redimere student. et uerbum amplecti: hic enim hoc, alter aliud causatur, uerum ubi occasio sublata fuerit, fortassis nemo gestiet uerbum audire atq; suscipere.

Periculosum itaq; est non apprehendere uerbi oblatis occasionem, quæ hodie quidem capillata est, uerū timeo, ne illa in multis aliquando fiat occasio calua: præcipue illis, qui hodie secure gannunt se satis temporis habere ad suscipiendum uerbum: item, qui amplecti uerbum propter concilium producunt.

Cæterum ut & de nostris dicamus, qui uerbum nunc habent, quomodo his prædicatio Euangelij sit, sciendum igitur est, Euangelij prædicationem esse nostris occasionem, non suscipiendi uerbum, sed susceptū conseruandi. Sic hodie licet uiua exempla cernere eorum, qui occasionem prædicati Euangelij apprehēderant: uerum quia nō caute ambularent, securè agentes, neq; tempus redimentes, Euangeliū occasione acceptum, rursus amiserunt.

Monet itaq; duo hic primus locus. Alterum ne simus oscitantes et securi in suscipiendo uerbo. Alterū ne post susceptū uerbum segniter & incaute ambulemus, sic deceptum uerbum rursus amittamus.

Videte.

Attentionis uox quia excitat nos Paulus à securitate

IN EPIST. DOMINICA XX.
Oscitantia, quorum uiciorum presentia uerbum etiam susceptum, rursus amittatur.

Fratres.

Indicat hac uoce Apostolus, quibus loquatur.

Quomodo caute ambuletis.
Tam in doctrina quam uitæ moribus. Causa cur caute ambulandum sit, est, ne rursus Euangeliū amittamus, & ad opera tenebrarum relabamur. Ambulare caute nō extendit se hic ultra res spirituales, quibus seruat uerbum, quales sunt, oratio, arma spiritus, sapiētia, prudentia, intelligentia uoluntatis dei etc. non arma bellica, non ualles, non fossæ firmæ.

Non quasi insipientes.

Hoc est, securi et negligentes, qui non prospiciatis uobis, ne denuo amittatis uerbum et ad opera tenebrarum reuertamini.

Sed ut sapientes.

Alieni à securitate & oscitantia. Sapiētia hæc donū spiritus sancti est, sicut & reliquæ uirtutes, redimerētiē pus, intelligentia &c.

Redimentes occasionem
Ne uobis uel ne cogitationibus quidē elabatur tempus uel audiendi & suscipiendi uerbū, uel illud retinendi.

Quoniam dies mali sunt.

Ætiologia omnium precedentium, quorū caute ambulandū sit, quorū sapientes esse debeamus, & quorū occasio

no à nobis redimenda, à circumstantia temporis periculosi-
 losissimi: quia inquit dies mali sunt, hoc est, talia hodie
 sunt tempora, quæ periculosissima sunt & scandalis re-
 fertissima, unde facilissima occasio relinquendi uerbum da-
 tur. Et nostro nunc æuo dies mali sunt, & erunt semper
 quando prædicatur syncerum uerbum: nõ quod dies per se
 mali sint, quæ aliàs bonæ Dei creaturæ sunt, sed respe-
 ctu malorum, quæ surgere solent, quando purum uerbũ
 prædicatur. Siquidem tum primum per uerbum reue-
 latur impietas mundi, qua reuelata & Satan & mundus
 tumultuari incipiunt, et sursum deorsumq; miscere oia:
 hinc mala tempora, hinc scandala &c. quæ abducunt à
 suscepto uerbo, & alios, quo minus illud suscipiant, im-
 pediunt.

Propterea nolite fieri.

Expositione clarius repetit dicta. Prudentes & intel-
 ligentes uocat, qui prospiciunt sibi de uoluntate Dei
 præstanda, de uerbo dei, ut illud intelligant et retineant.
 Est autem hæc uoluntas dei, uerbũ retinere & opera li-
 cis præstare, de quibus porrò dicit.

Et nolite inebriari uino.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus mentionem facit ebrietatis seu crapis
 Sæ, ut doceat nos hoc loco. A postolus de præcipua se-
 curitatis causa, ex qua rursus amittitur Euangelium:
 ea autem est, crapula, cui qui sunt studiosi, non possunt
 curare

IN EPIST. DOMINICA XX,

curare Euangelium neq; magnificare aut prestare uo-
luntatem dei. hinc Epicuræi p̄dire solent potius, qui ne-
gant deum curare creata. Voluptatem escam malorū ca-
minum dixit Plato. Christus Lucæ 8. uoluptatem caue-
sam amittedi uerbi facit in tertio genere auditorū. Epla.
cap. 5. ebrietatem præcipuū peccatum ponit abiectæ uo-
neæ. Mundus crapulam pro peccato non reputat. At Ae-
postolus eam hic causam facit amittendi uerbum. Ecce
commendat hic secundus locus modestiā seu sobrietatē,
ut medium conseruādi uerbum: de quo Petrus monet in
eodem negocio priore epistola cap. 5. Sobrii estote & uigilate &c. Item hic secundus locus in his uerbis: sed im-
pleamini spiritu sancto, hoc est illis donis et uirtutib.
ritu sancti, quæ seruiunt ad retinendum uerbum, quales
sunt, temperantia, modestia, sobrietas &c. Quemadmo-
dum enim malis operibus amittitur uerbum & fides ex-
tinguitur: ita sine dubio bonis operibus reuincitur uerbum
& fides exuscitatur, exercetur & confirmatur.

Inebriari.

Pro conseruanda natura edere & bibere non prohibet Paulus, ideo ait: Nolite inebriari, quæ luxur & crapa-
pula uox est.

In quo est luxur.

Id est, quod immundice sumptum præbet occasionem
ad luxur. Luxur hic est uini intemperantia. Alias luxur
intemperantia oīum rerū est, ueluti cibi, uestiū &c.
Sed

Sed impleamini spiritu.

Ab antithesi docet, quibus rebus inebriari oporteat Christianos, uidelicet spiritu sancto, quem hic p. ipsius donis accipit, pro modestia, temperantia, sobrietate &c. Impleri enim spiritu, hic nihil est aliud, quàm donis illius impleri, posita causa pro effectibus.

Loquentes.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus adijcitur præcedentibus per occupationem, ne solliciti sint Ephesij de bonis operibus, & de rebus pertinentibus ad cōseruationem uerbi. Itē, ne querantur de ocio, quando conueniant, quid agendum sit loco ebrietatis & crapulæ. Respondet Paulus: impleamini spiritu sancto, loquamini uobis inuicem in psalmis & hymnis &cet. Hoc est, prædicate inter uos uerbum, magnificite &cæ. Quæ opera & pellant uobis ocio, tollent securitatem, & saluum retinebunt uobis uerbum &c.

In psalmis & hymnis.

In laudatorijs & gratiarum actionum cantilenis, quibus & laudetur Deus, & quibus gratos uos ostendatis &cætera.

Et canticis spiritualibus.

Quæ non nisi spiritu intelliguntur, uel spiritu uerè cantantur, uel quæ res spirituales continent.

In cordibus uestris.

IN EPIS. DOMINICA XX.

Excludit hypocrisin, qua tegunt hodie sua corda, qui ebrij in diuersorijs publicis totam canonicam spiritualia.

Domino.

Ad quem omnes cantilenae dirigendae sunt.

Gratias agentes.

Finis seu scopus hic est hymnorum, psalmorum, et reliquarum cantilenarum, ut illis gratias agamus Deo, id quod fit maximè, quando studemus uerbum seruare, colere, magnificare &c.

Pro omnibus.

Collatis à Deo beneficijs.

In nomine domini.

Scilicet Christi, in quo solo omnia nostra Deo gratia sunt &c.

Subiecti inuicem in timore Christi.

Epilogus huius loci cum epiphonemate, quo à securitate dehortatur, ne quid agamus, quod Christo indecorum sit, sed ut timeamus, nihil secure agentes, quod possit in dedecus Christi uergere. Timorem filialem intellige & reuerentiæ.

IN EPISTOLAM PAULI,

AD EPHES. CAP. VI. DOMINICA à Trinitatis uicesima prima.

praes

PRæfens epistola de armis Christianorum agit, qui-
bus Satanæ, peccato, morti, & mundo resistere de-
bent, ne rursus amittant uerbū, & ab accepta gratia reci-
dant. Subiungit uero Apostolus hunc locum de armis cō-
modè præcedentibus, posteaquam hætenus de sincera
doctrina, de fide, alijsq; præcipuis religionis capitibus ea-
git. Nunc porrò ut prudens medicus animat Ephesios
contra suos hostes, non quidem illos carnales, sed spiritus
uales, quales sunt: Satan, peccatum & mors, quos quia po-
tentissimos hostes describit, igitur & potentissima arma
cudit pro suis Ephesijs.

Uinam hodie potentes uerbi hostes ita essent cognita
ti nostris gloriosulis Euangelistis, sicut eos depingit A-
postolus, sine dubio tanta non passim conspiceretur secu-
ritas. Sed quia hostes illis incogniti sunt, quare nec de ar-
mis ualde magna cura apud illos esse potest.

Totus hodie mundus in profundissima securitate
consepultus iacet, credens nunc ex prædicatione gratu-
te iusticiæ Satanam potentissimum hostem fugatum es-
se, peccatū & mortem nullas amplius habere uires. Sed
uide, quo consilio rapiatur Paulus. Hic quanquam do-
cuerit Ephesios de fugatis hostibus, Satanæ, peccato, ac
morte, & hostibus quoque à Christo superatis, tamen
non dubitat eos adhuc præmonere de potentia Satanæ.

IN EPIS. DOMINICA XXI.

peccati & mortis, qui aduersarij licet per Christum cui
 cti sint, at tamē quatenus pij uiuunt in mundo, ex permis-
 sione diuina, non cessant suam potētiam in eos exercere,
 donec post hanc uitam tandem spoliētur omni potēsta-
 te. Est enim iā comparatum cum Ecclesia Dei, ut quan-
 to apertiore uerbi prædicationem habeat, tanto quoq;
 hostiliores & robustiores accipiat hostes. Siquidem tum
 primum incipit Satan tumultus ciere, & alia infinita ma-
 la, ut eos, qui habēt uerbum, à uerbo abstrahat, reliquos
 uero impediāt, quo minus pertingant ad uerbum.

Ast consolatorium hoc est, q̄ Deus seruet atq; tueda-
 tur nos contra tam potentes hostes, ne obsint nobis, datis
 in hoc satis efficacibus armis, quæ sunt ueritas, iusticia,
 fides & uerbum, non carnalia arma, sed spiritualia, omni-
 bus nostris hostibus potentiora

Esto, Satan spiritus sit: Esto, sit insidiosus, princeps
 mundi, rector tenebrarum, spiritualis nequicia &c. tam-
 men quid potest, si ueritate, iusticia, fide & uerbo illi oc-
 curras? Quæ tam fortia sunt arma, ut nolit, uelit Satan
 cedere cogatur.

Sed hoc nunc scire refert, quanquam arma nostra for-
 tissima sint, ita tamen uiuendum erit, ne securè agamus,
 uiuentes in contemptu & neglectu uerbi, quo contem-
 pto & neglecto, nihil nobis proderunt tam fortia arma.
 Multi hodie credunt se habere hæc arma, de quibus hic
 loquitur Paulus, sed uereor, an satis polita ac firma,
 Nam

Nam quem admodū facile uincit, qui instructus accedit hostem. E contra facillimè uincitur ab hoste, qui eum imparatus adoritur, ita neque uiuat in necessitate habere si mulatam ueritatem, iusticiam, fidem, et uerbum fictum, quæ arma in necessitate magis occasio periculi sunt, quàm uictoriæ.

Est itaq; tota hodierna epistola referenda ad locum communem de militia seu pugna Christianorum contra Satanam, peccatum & mortem &c.

SUMMARI LOCII.

1 Robore & armatura Dei opus est, ut persistamus in uerbo contra insidias Satanae, peccati & mortis, eorūque potentiam.

2 Satanae potentia quia ualidissima est, ideo timenda, non contemnenda est securè.

3 Arma Christianorum spiritualia sunt, & uel ideo potentiora insidijs Satanae omnibus.

Cæterum fratres mei.

EXPLICATIO I. LOCII.

Quia Paulus uult suos Ephesios confortari in Domino, & in potentia uirtutis eius, igitur primus locus docet non esse nostrarum uirium opus, p̄sistere in cognitione uerbi, sed esse domini opus, et potētiae diuinæ. Impugnat ergo hic locus liberum arbitrium nostrum in nostris uiribus, quibus studemus Satana

IN EPIST. DOMINICA XXI.

vincere, item fœdera humana, propter quæ speramus nos seruatu- ros uerbū, item omnia reliqua humanarum uirium præsidia, quæ contra Satanam nihil possunt, quæpe ut res externæ contra spiritualem hostem.

Et licet hic apertè cernamus Apostolum confortare suos Ephesios in Domino, & in potentia uirtutis eius, tamè nos homines iudicio rationis decepti, à nostris præsidia contra satanæ insidias ualere aliquid, & dum res nostræ adhuc in uado uersantur, uidetur nostra præsidia nihil non magni promittere: at quum peruentum est ad usum: Hic labor, hoc opus est.

Monet ergo in primis hic locus, ne in nostras uires confidamus, acturi contra satanam. Sic Dauid Goliath uicit, qui typo quodam monstrauit satanam. Dixit enim Dauid ad Goliath: Tu uenis ad me cum gladio, & hoste & clypeo, ego autem uenio ad te in nomine domini, exercituum Dei agminum Israel &c.

Refero autem ad potentiam uirtutis Domini ea omnia, quibus agitur cum dño, quales res sunt: uerbum, nomen domini, fides &c. Quas res & infra recēset Paulus inter spiritalia arma. Pertinent huc exempla & loci scripturæ, quæ nos de potentia uirtutis Dei contra satanā certificant. Sic Christus satanam uerbo & fide uicit, Matthæi quarto capite. Prouerb. 13. cap. Nomen domini fortissima turris est. Marci undecimo capite. Confi-

dite & maiora his facietis &c.

Corrigit & hic locus abusum de fictitijs illis armis
contra satanam, quæ excogitarunt homines carnaliter
securi, ut aquam benedictam, salcem sanctum &c.

Confortamini. Consolatio.

In Domino.

Extra quem nihil sunt nostræ confortationes, quantū
his etiam firmæ.

Et in potentia uirtutis eius.

Non in nostris uiribus. Nota quàm ualida præsidia
requirat Apostolus contra satanam.

Induite.

Vult Ephesios inducere armaturam dei, nõ seponere,
quæ ne ad momentum quidem amouere à se debent Chri-
stiani. Nos & si dormiamus, aut arma seponamus, satan
non dormit, sed obambulat, ut leo rugiēs, quærens quem
possit deuorare.

Armaturam Dei.

Non uocat Ephesios ad sua propria arma, neq; ad fœ-
dera, neq; ad machinas bellicas &c. In græco est $\pi\alpha\rho\upsilon$
 $\nu\lambda\iota\alpha\pi$, quæ uox non simplici, er sonat armaturam, sed
totum armorum apparatus, & omnia arma, quæ ad ui-
rum pertinent Christianum, non ut aliquis partem ar-
morum induat, partem reinquat, quis uerbum audiat, si
dem uero non habeat &c. Armatura Dei dicitur, cuius
auctor est Deus, & quam dat Deus.

IN EPIST. DOMINICA XXI.

Ut possitis stare.

Finalis hic armaturæ dei usus est. Stare militare uerbum. Stare dicuntur hic, qui ita sunt armati, quòd queant hostium ictus ferre. Reliqui nudi milites, aut non bene armati, coram hoste aliquandiu quidem stare possunt sed non perpetuò ictus eius ferre. Tales milites uerecorne hodie multi sint, qui et si habeant partem aliquam armaturæ, tamen quia non totam armaturam habent, non subsistent in conflictu.

Aduersus insidias diaboli.

Insidias dicit eiusmodi dolos, qui nõ facillè cognoscuntur ab omnibus, quales aliquot hodie in usu esse, illi cõsiderant, quibus datum est. Tales doli & insidie hoc nostrum tempore sunt, securitas, oscitantia, eleuatio personarum inæqualis, qua plura dona habentes præferuntur alijs, qui pauciora possident &c.

Quoniam.

EXPLICATIO II. LOCI.

Locus secundus causam continet, quæ opus sit nobis confortatione & domino, & potentia uirtutis eius. Itẽ quæ induere debeamus armaturã dei, quæ inquit Paulus, colluctatio est nobis cū potentissimis hostibus, non cum carne et sanguine, sed cū principibus, & potestatibus, cum rectoribus mundi & tenebrarum, tandem cum spiritualibus nequijs in cœlestibus. Et cū tantos hostes habeamus, monet hic locus, ne securi eos cõ-

temnamus, uerum timeamus potius. Quemadmodum enim ciuiliū hostiū contemptores ferè semper dant sui contemptus poenas, ita sine dubio non carebunt malo, qui ex securitate contemnent Satanam.

Petitur & ex hoc loco descriptio malorum spirituum à potentia, qui nihil sunt aliud, quàm principatus, potestates, domini mundi, rectores tenebrarum huius seculi, & spirituales nequitiae in caelestibus.

Quoniam.

Aetiologia à necessitate & potentia Satanae.

Colluctatio.

Pugna seu lucta per uices. Cessant enim subinde nostrī hostes, non ut deserant, sed ut firmioribus uiribus instructi redeant, teste parabola Matthaei, 12. ca. de inimico spiritu exeunte ab homine, & recipiente postea ad seipsum sceleratior, & redeunte ad prius habitaculum.

Aduersus carnem & sanguinem.

Id est, contra tales hostes, qui possunt externis armis, aut humanis superari atque pelli. Carnis et sanguinis uocabulo intelliges omnes res externas, etiam ipsos hoīes. Et quanquam et cum his nobis pugnandum sit, tamē nō sunt hi hostes cum reliquis spiritualibus conferendi.

Sed aduersus principes & potestates.

Hoc est, aduersus potentissimos hostes, & aduersus ualidissimam Satanae potentiam, & regnum eius. An

IN EPIST. DOMINICA XXI.

thropopai hōs describit regnum Satanae, alludens Apostolus ad ordines seu gradus eorum, qui in ciuili regno imperant. Vocantur autē mali spiritus principes & potestates à potentia & efficacia, quia in conflictando potenter & efficaciter se ostendunt.

Aduersus mundi rectores.

Ad quos mundus naturaliter & iure pertinet, qui regunt mundum, & ducunt quò uolunt, ut mancipium & seruum proprium. Rectores dicuntur ab effectu, quia regunt.

Harum tenebrarum.

Mundum & omnia mundi tenebras uocat, & quia tenebrae est mundus: ergo eo facilius à tenebrarum autore Satana regi potest.

Contra spirituales nequicias.

Quae non nisi singulari reuelatione et spiritu Dei intelliguntur, quales fuerunt nequiciae, quas Antichristus superiori saeculo exercuit. Et quales sunt hodie illae, quibus denuo studet satan nobis eripere uerbum purum.

Possunt & spirituales nequiciae dici ipsi mali spiritus per Enallagen specierum, quia ipsum scelus, pro sceleris, & pleno omni genere scelerum ponimus, sic spirituales nequicias uocamus malos spiritus, quia spiritalibus nequitijs pleni sunt.

In caelestibus.

Quis operatur satan nequicias non humano more.

Vd

Vel in cœlestibus, scilicet rebus. Vel in cœlestibus, id est, quas nequitas peragit Satan in aëre aut sub ethere, in quo etiam regnat.

Quapropter.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus nunc rursus consolatur nos contra potētiam Satanae, quæ licet magna sit: tamen consolatorium ualde est nos habere arma longe potentiora omnibus nequitijs et dolis Satanae. Potētiora uero sunt, non quia nos illa arripimus aut gestamus, sed quia arma turæ Dei sunt. Porrò quæ iam sint arma nostra in interitum Satanae parata, & tertius hic locus per distributionem docet, et quasi per occupationem, ne nobis alia arma, quàm quæ hic à Paulo posita sunt fingamus.

Quapropter.

Breuis epilogus præcedentiū cum adhortatione ad armaturam dei arripiendam contra tam potētes hostes.

Quapropter, scilicet, quia tum potentes habetis hostes.

Ut possitis.

Qu. d. aliàs non possitis, nisi armaturam Dei apprehendatis.

Indie malo.

Tempore tentationis, et quando inibit uobiscum pugnam Satan.

Et omnino parati stare.

Tota armatura Dei, non parte aliqua induti.

State ergo.

Stare

IN EPIST. DOMINICA XXI.

Stare quale uerbum sit supra diximus. Totus sequens locus de armis allegoricus est exprimens uim & potentiam uerbi, de qua lege Paulum, ad Corinth. cap. 1. & 2. prioris epistolæ. Et Apostolus ad Rom. 1. ait. Euangelium uirtus Dei est ad salutem omni credenti.

Item sequens locus de armis collatione per antihelios à ciuilibus & militaribus armis suscepta, tractatus, facilis fit. Quemadmodum enim illi, qui contra hostes militatum progrediuntur, cingunt lumbos suos, quo tutiores sint ab ictibus hostium & ad bellum paratiores: ita & Christianos ueritate accinctos esse oportet conflictaturos contra Satanam &c.

Cincti lumbis.

Vt sitis tutiores ab ictibus Satanæ, & paratiores ad pugnam &c.

Veritate.

Veritas hic simpliciter opponitur mendatio. Et est sensus Pauli. Contra Satanam mendacium & omnium mendaciorum patrem Ioan. 8. pugnare non potest qui est mendax: imò Satan & mendaces non sunt hostes, sed confederati socij. Veritas hic est bona fide & candidè agere cum omnibus. Quamquam & ueritas possit de ueritate uerbi intelligi, de qua tamen postea dicet, & per gladium uerbum intelligit.

Loricam iusticiæ.

Quæ est ueræ fidei fructus seu effectus. Iusticiæ hæc iustis

istos nemo eripit Christo.

Et calciati pedes.

Vt tecti sint adfectus animi & consepulti, ne liberè regnent aut aperti sint. Tropo scripturæ per pedes intelligit adfectus animi. Calciati pedes, synecdochica locutio est, qua ex parte intelligit Apostolus omnes prauos animi adfectus.

In præparationem Euangelij pacis.

Vt parati sitis Euangelium semper audire libenter, Euangelium pacis uocat ab esse *Eu*, quia pacem in conscientijs gignit & pacificos efficit: quanquam foris hostibus petamur.

Scutum fidei.

Fidem firmam & certam & indubiam, quæ loco scuti aut instar obijci potest insidijs Satanæ. Discernit inter fidem certam & dubiã. Talem ergo fidem requirit, qualem describit Paulus in Abrahamo. Ad Ro. cap. 4. Et autor epistolæ ad Heb. cap. 11.

Quo possitis.

Addit usum & potentiam fidei quæ omnium maxima est. Fides enim omnia potest, Marci 11. Si fidem habueritis, & dixeritis monti huic &c.

Omnia tela.

Nã satis est in una aut altera re uicisse Satanã. Ignea tela uocat, ualde nociua. Deñ des teuffels pfeil scherzè nicht. Nequissimus est Satã, quia omnis nequitiæ pater: unde

IN EPIST. DOMINICA XXI.
unde & mille artifex dicitur.

Galeam salutis.
Quæ non tam defendit militem, quam ornat: ita et salus effectus veræ fidei. Salus hic intelligi potest confessio veræ fidei & iustificationis: sicut Paulus ad Ro. 10. loquitur. Corde creditur ad iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem. Requirit. n. his posterioribus uerbis non hypocraticam fidem, sed firmam & uiuam p confessione.

Gladium spiritus.
Non terrenum aut humana factum manu. Ipse exponit per gladium spiritus uerbum dei. Et gladium Christianorum intelligit & Esa. cap. 11. persona Christi.

Verbum Dei, Virtus dei. Ad Ro.
Per omnem orationem.

Reliqua arma quæ sequuntur faciliora sunt explicata. Et hic desinit ueteri de more epistola hodierna.

IN EPISTOLAM PAULI AD PHILIP. CAP. I. DOMINICA à Trinitatis XXII.

QUI primitus ordinarunt Euangelia & epistolas in Ecclesia, illos uideo diuino quodam facto & singulari prudentia hoc ipsum fecisse. In Euangelis enim fere semper fidei miracula congerere, in epistolis fructus fidei ipsa bona opera, quo sic ubiq; etiam & passim

passim cereretur & inculcetur fides bonis operibus
 ornata. Et quum nos hodie pro recepta consuetudine ea
 dem Euāgelia, easdem epistolas à nostris maioribus ordi-
 natas, in Ecclesia retineamus, mirari sane non possum,
 qui fiat, quòd pleriq; hodie trahentes adhuc iugum cum
 incredulis, nos diuersæ doctrinæ à ueteri Ecclesia accu-
 sent, cum illius exemplo in iisdem Euangelijs & episto-
 lis fidem & bona opera urgeamus, illam ut causam, hæc
 ut effectus.

Iustus illi manus cum patribus conferrent, qui talē
 materiam prædicandam nobis proposuerunt.

Dicant quæso & proponant nobis illi calumniato-
 res, aliam materiam è præscripto patrum formulari, &
 sequemur ueteris Ecclesiæ uestigia? Porrò si uero gloria
 antur hoc æuo nostri aduersarij de Patribus et ueteri Ec-
 clesia, quur iisdem non simul approbant patrum & uete-
 ris Ecclesiæ statuta? Patres sine dubio maturo consilio
 Euangelia & epistolas in fidei prædicatione & operum
 commendationem instituerunt: uerum quur isti nugato-
 res instituta illa patrū sancta inuertūt ac negligunt? De
 fide ergo dicendū esset illis in publicis cōcionibus et de
 operib. ut fidei effectibus, nō de satisfactionibus, nō de me-
 rito congruo et cōdigno, nō de operibus superogatiuis
 etc. quæ facticia sunt dogmata ab hoībus ociosis sine dei
 uerbo excogitata. quæq; nō solū obfuscāt fidē, sed etiam

IN EPIS. DOMINICA XXII.

in perniciosam simplicis tantū historię deformant. Præ
 terea cum illis dicendum esset de dignitate operum, id fa-
 cere deberent expedita fide, quæ suis numeris absoluta,
 gignit postea fœlicem & bonum uerorum operum intel-
 lectum. Et huius rationis docendi formam, præscribit A-
 postolus in hodierna epistola: nam primum agit gratias
 Deo pro fide Philippensium erga susceptum Euangeli-
 um, in qua fide, ut progrediantur & exerceant Philippi-
 penses, orat diligenter, & precibus fatigat Deum, quo
 coeptam in Philippensibus fidem perficiat: quibus expe-
 ditis, tandem ad bona opera accingit se, quæ fructus iusti-
 ciæ uocat per fidem acceptæ, non facit eos iustificationis
 causas: quemadmodum cauponatores operarij faciunt,
 qui ualde gloriantur de patribus & sincera doctrina:
 interim nihil minus curantes, quàm patres & sinceram
 doctrinam. Refert itaq; uel hoc unum præfationis lo-
 co obseruare: Patres Euangelia & epistolas in eum fi-
 nem ordinasse, ut festis diebus hæc duo docerentur popu-
 lum: fides & bona opera: illa ut causa salutis nostræ: hæc
 ut effectus testimoniales ipsius fidei, qui etiam ut non ex
 nobis cōtingunt, sicut hic Apostolus ait: Per Iesum Chri-
 stū, ita nec in hoc à nobis fiunt, ut per illos iustificemur
 sed ut illis laudetur Deus & nomen illius.

SUMMARI LOCII.

Prædicatores exemplo Pauli grati esse debent pro
 fructificatione Euangelij, fidei, aliarumq; rerū spiritua-
 lium.

lum, & orare, ut illa omnia Deus porrò fructificare dignetur &c.

2 Prædicatores exemplo Pauli solliciti esse debent, pro Ecclesijs, & amare illas ex corde, & optare illis bona omnia in Christo.

3 Prædicatores exemplo Pauli ad duo hortari debent suos in uerbo auditores, ad uberiolem in uerbo progressum, & rerum spiritualium cognitionem, & ad opera bona præstanda.

4 Finis bonorum operum est, ut per illa glorificetur & laudetur Deus.

Gratias ago.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus exemplum relinquit à persona Pauli omnibus prædicatoribus, ut sint grati Deo pro incremento suarum, quas docent Ecclesiarum, quod acceperunt in cognoscendo Euangelio, in fide alijsq; reb. spiritualibus, nec tantum sint grati, sed etiam ex fide orēt fideliter, quo Deus data Ecclesijs dona fortunare uelit, & à die in diem augere, sibi in honorem & nominis sui prædicationem: nobis autem, ut queamus ad diem domini nostri Iesu Christi, in agnitione uerbi certa & fide firmata pertingere.

Insinuat igitur hic primus locus tria: Vt prædicatores grati sint pro suæ Ecclesiæ incremento, in rerum spiritualium cognitione. Deinde, ut pro uberiori cognitiō-

IN EPIS. DOMINICA XXII.

nererum spiritualiū, orent. Tertio, ut sciamus nostrarū
uirium non esse, in cognitione rerum spiritualium con-
sistere, nisi dominus, qui nos rebus spiritualibus donauit
simul apud illas & seruet.

Gratias ago.

Exordium Epistolæ ab adfectu gratiarum actionis.

In omni memoria uestri.

Quoties uestri recordor.

Semper in cunctis orationibus.

Scilicet, quibus gratias ago. Orationis enim duæ sunt
species seu partes: Petitio & gratiarum actio.

Cum gaudio.

Cum omni læticia et uoluptate, nõ gemens, ad Heb.
cap. 13. Parete ijs, qui præsumunt uobis & cedit eis. Ipsi
enim uigilant, quasi rationem pro animabus uestris redan-
dituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc
enim non expediat uobis.

Deprecationem faciens.

Deprecatio est, qua imminetia pericula deprecamur.
Hic deprecationem intellige orationem seriam &
sedulam.

Quod communicatis.

Addit sui gaudij causam à communicatione Euāgelij.
Cōmunicandi uerbo utitur, ut ostendat pijs inter se oia
esse communia, uerum addit uocem Euāgelij, quo de-
clareat & exprimat res, quas habent inter se pij commu-
nis

nes, nempe Euangeliū & huius rei res cognatas, remissi
onem peccatorum, iustificationem, uitam æternam &c.
Locus hic facit contra communitatem bonorum, quam
hodie moliantur Anabaptistæ.

A prima die.

Videlicet conuersionis uestræ.
Et confido hoc ipsum. Ex certa fide credo.

Quod qui cœpit

Pertinent hæc ad fructificationem accepti Euangelij,
& rerum spiritualium, quas Deus fortunare uelit, non
quia nos credidimus priores, sed quia ipse prius cœpit in
nobis hoc opus bonum, & quia ipse incepit, igitur quo-
q; non est dubitandum, quin etiam perficiet. Locus cõ-
munis est de præueniente gratia.

Opus bonum.

Quod credidistis Euangelio.

Perficiet.

Fructificando porrò. augendo & conseruando. No-
ta nostrarum uirtutum non esse, p̄gredi in cognitione Eu-
angelij, & in rebus spiritualibus exrescere.

Usq; ad diem Christi Iesu.

Quo uocabit uos ex hac uita in aliam. Vel intelligit
per diem Iesu Christi, tempus aduentus & iudicij 1. ad
Corinth. 2. Qui & confirmabit uos usq; in finem incul-
patos in diem aduentus domini nostri Iesu Christi.

Sicut iustum est.

IN EPIS. DOMINICA XXII.

Confirmatio suæ fiduciæ à iusto seu debito, uel a decoro, quia decet prædicatorem sic sentire & fidere pro omnibus suis.

Eo quod habeam uos in corde.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus uehementis charitatis adfectum ipsius Pauli erga Philippenses continet, & docet, quomodo omnes ueri prædicatores erga suas Ecclesias seu auditores adfecti esse debent, nimirum ut ament eos, optent illis omnia bona in Christo, & sint pro eis solliciti. Contrarium faciunt pseudapostoli, qui neque amant suæ curæ concreditos, neque optant illis bona in Christo, tandem neque curant, quemadmodum eos depingit Apostolus passim per suas epistolas.

Eo quod.

Ætiologia argumenti à iusto, debito, seu decoro, quia habeo uos in corde, igitur non possum de uobis aliter sentire.

In corde.

Exprimit uehementiam adfectus seu amoris.

Et in uinculis meis.

Id est, ubique uos diligo, & in uinculis, & in defensionibus & confirmationibus Euangelij. Estque hic locus periphrasis quædam firmi & uehementis amoris.

In defensione & confirmatione.

Tam publica, quam priuata, qua defendo & confirmo Euangelium à me prædicatum. Obiter his cõsolatur Paulus Philippenses, ne offendantur uinculis eius, et de ueritate

hæc doctrinæ addubitare incipiant.

Vos inquam &c.

Est et hæc causa amoris, quæ diligat Paulus Philipenses, quia inquit, cōsortes estis gratiæ eiusdem. Quid sit consortem esse eiusdem gratiæ, hic per omnes circumstantias explicari debet. In consortio nulla est prærogatiua &c. Gratiæ nihil aliud est hic, quàm gratuita in Christo iustificatio.

Testis enim.

Ætiologica amplificatio à uoto, qua exponit uehementiam sui amoris Apostolus. Optat uero Paulus Philipensibus non diuitias, non magna imperia &c. Sed in tantam ac infixam in Christum cognitionem.

In uisceribus Iesu Christi.

Periphrasis, qua uehementis amoris adfectum circumloquitur Paulus.

Et hoc ore.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus tertius tertium in hac licet breui epistola, à persona Pauli, prædicatoribus ueris exemplū relinquit, scilicet: ut diligenter ore ut pro incremento suorum auditorum, quò in rebus spiritualibus progrediantur, & ditiores fiant in rerum spiritualium cognitione. Deinde, ut charitatis operibus studeant, sic uiuant, ut inculpatis reperiantur in diem Christi. Estq; hic locus summæ quædam descriptio de doctrina Christiana, & de

IN EPIST. DOMINICA XXII.

fide cognitioneq; rerum spiritualium, & de uitæ moribus seu operibus, quæ sine fide non placent Deo. Hinc & Apostolus uult Philippenses repletos esse fructu iusticie, non qui requiratur ad iusticiam, sed qui iusticiam sequatur, loco testimonij ueræ iusticie acceptæ.

Vt charitas uestra.

Hebraismus, & hodie Germanismus periphrastici
Euer liebe &c.

In agnitione.

Scilicet rerum spiritualium, ut noticia dei, fidei &c.

Et in omni intelligentia.

Hæc ad iudicium refertur, ut inter agnoscendum res spirituales, non decipiamur, & falsas pro ueris amplectamur. Agnitio & intelligentia hic dona dei sunt. Non dari simul & semel, sed sensim ac sensim.

Vt probetis.

Probatio fructus est intellectus.

Potiora.

Meliora & præstantiora.

Vt sitis sinceri.

Tam in doctrina, quàm in uitæ moribus. Sinceri in doctrina sunt, qui puro et simplici uerbo nituntur. Sinceri sunt in uitæ moribus, qui cum proximo sincere agunt & cordialiter.

Sine offensa.

Priore ad Corint. 1. Qui & confirmabit uos usque in finem

faciem inculpatis in die aduentus dñi nostri Iesu Christi.

Repleti fructu iusticiæ

Operibus bonis, quæ sequuntur iusticiam ueram. Est enim finalis iustificationis causa, bene operari. Ad Ephe.

2. Nam ipsius figmentum sumus, conditi in Christo Iesu ad bona opera. Est & scopus sexti capitis ad Ro. Iustificati debent bene operari.

Qui est per Iesum Christum.

Propter quem placent Deo opera uestra, & sine quo non placent Deo fructus iusticiæ.

Ad gloriam & laudem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus finalem bonorum operum usum continet, ut per illa glorificetur & laudetur Deus. Et uocantur hæc opera eucharistica, quæ fiunt post susceptum uerbum à iustificatis loco gratiarum actionis. Alias sacrificia laudis dicuntur, ut Psal. 49. Immo la deo sacrificiū laudis, et inuoca me, et glorificabis me.

IN EPISTOLAM PAULI AD PHILIP. CAP. III. DOMINICA à Trinitatis XXIII.

OCCASIO Hodiernæ epistolæ petenda uenit ex initio 3. capitis epistolæ ad Philipp. ubi Apo. perstrim̄t pseudoprophetas acerrimè, qualiter non facit per omnes suas epistolas, ita quod non dubitet eos canes

IN EPIST. DOMINICA XXIII.

appellare propter suam impudentiam, qua non uerens
 tur publicè coram omnibus iusticiã fidei prostituere ut
 inanem et inefficacem, modo ipsi suam uoluptatem ex o-
 perum fiducia habeãt. Ab his ergo pseudopostolis hodie-
 na epistola retrahit Paulus suos Philippenses, et adhor-
 tatur eos, ut se uerũ Apostolũ unã cum alijs bonis sequã-
 tur. Ait enim: Imitatores mei estote fratres, & obserua-
 te eos, qui sic ambulant, sicut habetis formã nostrã. hoc
 est, qui non gloriantur in carne, & lege circumcisionis
 ut causa ad iusticiam ualentem coram Deo, sed in Chri-
 sto Iesu ueræ iusticiæ autore, propter quem omnia huius
 mundi lucra, damna putant.

Verum quia reuocat Paulus suos Philippenses à fal-
 sis prophetis, ne in iudicio errent, præscribit eis certa si-
 gna, ex quibus debent illos falsos doctores cognoscere.
 Et quia Apostolus signa cognitionis præscribit, obiter
 indicat, non esse exigui iudicij mendaces spiritus cognos-
 scere. Idem Christus Mat. 7. cap. ostendere uoluit, ubi in-
 dicauit notas certas cognitionis. Ait enim: Ex fructibus
 eorum cognoscetis eos. Nũquid colligunt de spinis uuas,
 aut de tribulis ficus? Et præmittit: Cauete uobis à pseu-
 do prophetis, q. d. Christus: Me monere de his oportet,
 quæ uos aut non consideratis, aut difficulter admodum
 potestis. Quid enim uerissimi ius ueritati, quã opera
 iustificare? à qua sententia non potest cedere ratio, opi-
 ma in homine pars, imò quã sententiã uidetur à longè
 ostende

ostendere & ipsa scriptura, dum præmia & mercedem operibus promittit. At quanquam sic sentire de operibus, et iustificationis causa, coram ratione sit ualde uerisimile ueritati, tamen omnes, qui sic sentiunt inimicos crucis Christi hac epistola uocat Paulus.

Porrò cum tantus Apostolus non adhorruerit operum iusticiarios inimicos crucis Christi appellare, neq; inutile esse duxerit, suos Philippenses ab operum doctoribus reuocare, quur ergo nobis hodie uertitur uicio, qui simili ratione operarios insectamur. At obijcis, doctores non sunt similes? Respondeo: Sunt per omnia similes, nisi quia nostri superstitiosiores sunt alijs, & humanas adinuenientes simul ad iustificationem ualere opinantur. Alias utriq; una sententia concurrunt, cauponantes causas iustificationis ex fide & operibus simul. Nec est credendum pseudapostolos tempore Pauli solam circumcisionem et reliqua legis opera, causas iustificationis fecisse, fideiq; in Christum nihil tribuisse. Sic nostri iusticiarij hodie sentiunt, Christum primam gratiam ad iusticiam nobis meruisse, nos uero iusticiam plenariam accipere ex additione operum. Aut nugantur fidem principaliter opera autem minus principaliter iustificare.

Intentiones quidem bonæ sunt, at sine Dei uerbo impie, unde & factum est, quòd Paulus suos Pseudapostolos ob id cauponatores uocet. 2. ad Corin. cap. 2. Hic autem inimicos crucis Christi.

IN EPIST. DOMINICA XXIII.

Ceterum quomodo nunc cognoscendi sint falsi prophetae, ex hac epistola facillimè discitur. Item quomodo probandi sint. Ioannes in prima sua epistola cap. 4. talè probationis regulam ponit. Omnis spiritus, qui confitetur Christum uenisse in carne, bonus est spiritus. E contra, qui negat Christum uenisse in carne, malus est. Ab hac regula nihil dissentit hic Apostolus, si dicas: Quicumque inimici crucis Christi sunt, mali sunt spiritus, hoc est, qui euacuant mortem Christi, & negant usum moris Christi, id quod faciunt, qui prædicant legem & opera bona necessaria esse ad iusticiam.

SUMMARI LOC.

- 1 Pij doctores exemplaria sunt Christianorum, quæ imitari debent in doctrina & in uita moribus.
- 2 Pseudoprophetae nullo ex alio signo certius cognoscuntur & probantur, quàm quia sunt inimici crucis Christi, hoc est, quia negant usum mortis & liberationis Christi, quorum etiam uita mala est, cum certissima ipsorum perditione.
- 3 Synceri prædicatores quia amant Christum et magnificiunt usum crucis eius, quare etiam à falsis apostolis persecutionem patiuntur, in qua ne desperant, consolantur se spe resurrectionis certa, in qua reddetur glorioso corpori Christi conformes.

Imitatores mei estote.

EXPLICATIO I. LOC.

Propo

Proponuntur in primo hoc loco synceri prædicatores in persona Pauli, & aliorum bonorum prædicatorum communia quædam exemplaria, quæ auditores uerbi et membra ecclesiæ per omnia imitari debent, tam in doctrina quam in uitæ moribus: nã hæc duo Philippensibus proponit Paulus in sua persona imitanda, et in alijs synceris prædicatoribus, dũ ponit uocem ambulandi. Siquidẽ ambulare totius hominis cõuersionem, hoc est, tam doctrinam, quam uitæ mores complectitur. Quid etiam prodest multum piã doctrinam habere sine uitæ moribus bonis? E contra quid prodest bonos habere uitæ mores sine doctrina piã: neutro ergo carere debet Christianus, doctrina ut causa honestæ uitæ, & uita honesta ut effectu. Pseudapostoli quia doctrinam impuram habent: ideo et uitam puram habere nõ possunt. Exempla si libet audire, ea petas ex hominibus superioris seculi, qui cum haberent impuram doctrinam, & uitæ pessimos mores habebant: erant enim auari, libidinosi, luxuriosi, crapulis dediti &c. quæ externa uicia inuicem impietatis fructus sunt.

Verum quòd quidam sunt, qui norunt uitæ malos mores simulare, honestamq; uitam externa specie fingere: quales sunt hodie Anabaptistæ, & aliquando fuerunt hypocritæ papistæ: tamen id non durat perpetuo, sed ad tempus tantum, quo tandem exerit se uita mala cum maxima sepe ignominia.

IN EPIST. DOMINICA XXIII.

Placuit itaq; sub primo hoc loco, quo cōstituit se Paulus unā cum reliquis synceris prædicatoribus, exemplar imitandi, etiam doctrinam comprehendere tanquam rem necessariam ad imitationem, ne pij ab hypocritis speciei bonæ uitæ deciperentur, sicut hodie multi ab Anabaptistis decipiuntur: id circo nō è uita seu moribus doctrina iudicāda est perpetuò, sed potius ex ipso uerbo, quod salutare non potest. Et placuit sub imitatione & uitæ mores complecti, ne si quis sine bonis uitæ moribus, possit de doctrina pura gloriari.

Imitatores mei.

Urget suum exemplum & proponit se unā cum reatibus bonis prædicatoribus imitandum Philippensibus. Charitatis & humilitatis est Apostolum simul & reliquos synceros prædicatores ad imitandum proponere, quorum non pudet Paulum.

Et obseruate.

Obseruare studij et diligentie uox: item reuerentie.

Qui sic ambulant.

Vt hætenus docuimus, & ut in me & alijs pijs prædicatoribus formam uidistis.

Multi enim ambulant.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus agit de signis, è quibus cognosci debent pseudapostoli, & de euentu ac supplicio quod manebit eos aliquando. Signa potissima sunt, quæ è doctrina

Arina proficiscuntur: & quanquam etiam de uita mone
at Apostolus: tamen præponit doctrinam, quæ fallere nõ
potest, si d præbet de se certissimum signum falsorum A=
postolorum. Vita autem propter hypocrisin subinde fal
lere potest, neq; dat tam firmum de se signum cognoscẽ
di falsos prophetas. Est igitur præcipuum signum cogno
scendi falsos doctores, quando negant usum crucis Chri
sti: negatur uero usus crucis Christi, quando opera ut
causæ ad iusticiam adduntur: Ad Gal. 2. Nam si per le=
gem est iusticia: igitur frustra mortuus est Christus. Et
hæc de signo est doctrina. Signum alterum adhuc est co
gnoscendi falsos doctores ex uitæ moribus: quia avari
sunt, & tantum ea, quæ terrena sunt, curant.

Tandem hoc secundo loco monet Apostolus de suppli
cio pseudoprophetarum, ut consoletur pios contra scan
dala falsorum doctorum, ne quia uident eos aliquandiu
florere, aut de doctrina uera, aut de synceris prædicato
ribus addubitare incipiant: imò certò sciant, futurũ ali
quando, ut pseudoprophetæ dignæ suæ conuersationis
præmia accipiant.

Multi enim ambulant.

Ætiologia imitationis prædictæ à copia hostium in si
dianum pijs. Ambulare complectitur & doctrinam et
uitæ mores.

Quos sæpe dicebam uobis.

Cura Pauli pro Philippenfibus.

Nunc

IN EPIST. DOMINICA XXIII.

Nunc autem flens dico.
Vehemens adfectus, zelus & cura Pauli pro Philip-
pensibus, & contra pseudapostolos.

Inimici crucis Christi.
Negantes usum passiōis, mortis et resurrectionis Chri-
sti. Etiam natura oderunt et fugiunt crucē propter Chri-
stum, quam ut euitent, prædicant plausible. Signū hoc
est ex doctrina.

Quorum finis interitus.
Tam hic, sicut docent exempla historiarū, in quibus
uidere licet omnes ferè hæreticos miserabiliter perisse.
Noti enim euentus sunt Arrij, Cherinti, & aliorū quā
post hanc uitam. Consolatorius locus pro ijs contra scā-
dala ex foelicitate pseudoprophetarum ad tempus.

Quorum Deus uenter est.
Qui prædicant falsa & plausible uentris gratia, ut
inde bene habeant & uiuant laute. Hoc signum est cog-
noscendi falsos doctores è uita. A contrario ueri docto-
res uix satis uictus habent, cū falsi abundant interim etc.

Et gloria.
Quam ad tempus habent, sed non est diuturna. Iuxta
illud priore ad Cor. 3. Dies declarabit..

In confessione ipsorum.
Ut et in conscientijs et corā alijs publice cōfundantur.
Qui terrena sapiunt.

Qualia

Quia sunt, auaritia, uana gloria &c.

Nostra autem conuersatio.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus plenus est consolatione contra scandala crucis, quæ pijs obuenit, quia amant Christum magnificiunt crucem eius: ne desperent, certi de futuro glorificatione, qua glorificabuntur aliquando et glorioso Christi corpori conformes reddentur, accepturi tale Christi corpus, quale ipse iam habet. Hoc genere consolationis non est aliud fortius in scripturis, quod pluribus tractatum reperies in e pistola ad Ro. cap. 8. Et 1. ad Cor. cap. 15.

Nostra conuersatio in coelis est.

Antithesis syncerorum prædicatorum per collationem. Hi amici crucis Christi: illi inimici, hi seruabuntur illi peribunt: hi coelestia quærent, illi terrena &c.

In coelis est.

In rebus coelestibus & spiritualibus.

Vnde etiam saluatorem expectamus.

Consolatur à spe resurrectionis.

Qui reformabit.

Immortale reddet corpus nostrum iam subiectum infirmitati & expositum cruci.

Corpus humile nostrum.

Corruptum, ignominiosum, infirmum, animale etc. 1.

ad

IN EPIS. DOMINICA XXIII.
ad Corinthios cap. 15. & subiectum cruci.

Configuratum corpori suo glorioso.
Corpus incorruptibile, gloriosum, potens, spiritale.
Priore ad Cor. 15. Gloriosum Christi corpus intellige nõ
partem corporis, sed quale nũc habet Christus ex diuini-
tate & humanitate constans, quo corpore nunc sedet ad
dexteram dei Patris &c. Inimici sacramenti corporis et
sanguinis Christi hic mira fabulantur.

Secundum efficaciam.
A facili: Potens est Christus & efficax: igitur nihil
est dubitandum de nostra glorificatione.

IN EPISTOLAM PAU-
LI AD COL. I. DOMINI-
ca à Trinitatis XXIII.

AGIT Apostolus in hac epistola, quod ferè in o-
mnibus agere solet & sedulo & diligenter: Pre-
cipuè in frontispicio suarum epistolarum, ut peracto epi-
stolæ exordio hortetur postea statim suos ad quos scri-
bit, ad progressum in uerbo & rebus spiritualibus, quo
indies magis ac magis abundant et excrescant in uerbi co-
gnitione, et in alijs operibus perficiendis. Nam pleriq; cũ
uix semel atq; iterum audierunt unam aut alteram uerbi
prædicationem, statim somniant se perfectos & consum-
matos Christianos esse, qui amplius opus non habent, ut
subinde

subinde porrò uel audiant uerbum, uel perdiscant profundius. Ab hac oscitantia et securitate ne hodie quidem nostri alieni sunt, posteaquam aliquandiu uerbum audierunt, incipiunt nunc præ nimia concepti spiritus persuasione, publicas conciones negligere, & prorsus fastidire. Verum hi nostri superbi animi aut nõ legerunt hanc epistolam, aut alias huic similes, aut lectas non intelligunt: alias a'iter in tantis rebus agerent, maioriq; cum studio uersarentur. Si quidem uerbi cognitio, qua æterna dei uoluntas discitur, non potest ita leuiter, quasi degustando tantum percipi aut perdisci, imò ne in tota quidẽ uita perfecte potest, sed quò ad uerbi cognitionẽ uel mediocriter pertingamus saltem, non solum requiritur diligentia maxima & assiduitas, uerum etiam ipse Dei spiritus, & potentia roboris Dei, quemadmodum in hac epistola audiemus. Quis enim unquam sanctorũ gloriatus est se plenariẽ uoluntatem Dei perdidicisse? Videlicet, quòd deus reuera irascatur peccatoribus, rursum seruet, & saluet credentes? Quis enim non dubitat sepe de hac uoluntate? Quis non sæpe in afflictionibus indignatur deo, tanquam illi, qui credentes deserat, adliquet & abijciat? uicissim foelices in mundo iuuet, amet atque seruet &c.

Ab his itaq; cogitationibus habere cor purum, est uerè ac plenarie cognoscere uoluntatem Dei, & pertingere ad uerbi dei cognitionem. Sed tale cor paucis adhuc

IN EPIS. DOMINICA XXIII.

contigit in hac uita, imò ne sanctissimis quidem patrib. qui subinde hæstarunt in adflictionib. de uoluntate Dei & de amore dei erga se. Queruntur enim passim in scriptura de sua infirmitate, ex qua non ualuerunt ad eã perfectionem uoluntatis diuinæ peruenire, quòd non infinitis diffidentie cogitationibus obnoxij fierent. Reuocanda sunt huc exempla, quæ monstrant sanctos orasse pro uberiori uerbi et uoluntatis diuinæ reuelatione. Et quia sancti pro talium rerum reuelatione orarint, quid nobis faciendum erit, qui fortassis ad tantam diuinæ uoluntatis cognitionem nondum peruenerimus, qualem habuerunt Dauid, Solomon & reliqui.

Cæterum sicut in omnibus rebus externa quadam cognitione contenti sumus, ita & hic in cognoscenda diuina uoluntate accidit. Nam satis putamus esse, obiter tantum scire, q̄ Deus sit, q̄ odio habeat malè agentes, & q̄ bene uelit rectè agentibus.

Sed hæc sic obiter tantum scire, nihil nos admodum eleuat ultra philosophos & sapientes huius mundi. Et quum hi Christiani non sint, sequitur Christianos maiori cognitione diuinæ uoluntatis opus habere.

Quod ergo quæso discrimen est inter Christianos, et non Christianos, qui diuinæ uoluntatis aliquam ex lege nature cognitionem habent? Respondeo. Hoc inter illos interest. Philosophi reuera ex natura intelligunt, quòd sit Deus, quòd non delectetur malis, sed puni

at illos. Item, quòd amet & seruet rectè facientes, inter-
rim non glorificant Deum cognitum, neque expendunt
hæc bona, neq; fruuntur illis in necessitate, hoc est, phi-
losophi et non Christiani constituti in afflictionibus nõ
possunt cognito Deo fidere, sed incipiunt de præsidio
Dei dubitare, maledicere & irasci Deo. Et sic loquitur
Apostolus de hac naturali cognitione ad Rom 1: Quia
quantũ de Deo sciri potest, manifestauit illis &c. Et pau-
lo post: Quia cum cognouissent deum, non sicut Deum
glorificauerunt.

Alia uero res est cum Christianorum cognitione de
diuina uoluntate, quæ certa & firma est, qui & proie-
cti in crucem, ponunt fidem suam sup talem diuinæ uo-
luntatis cognitionem, insultantes hac contra Satanam,
peccatum & mortem.

Postremo quia homines sumus natura à philosophis
nihil discrepantes, igitur ubiq; monet Apostolus & in-
culcat diligenter, quò Christiani à die in diem progredi-
antur in diuinæ uoluntatis cognitione, ut certa atq; fir-
ma sit, ne in tentatione fluctuent, sicut quotidie accide-
re uidemus & ipsi sentimus in nobis horribiliter.

SVM MARI LOCI.

Voluntas dei non potest perdisci, igitur crebrò ad-
hortari debent pij, ut diligenter in illa discenda laborèt,
& ideo maxime, quia tota salutis nostræ uis in eius co-
gnitione sita est.

IN EPIS. DOMINICA XXIII.

- 2 Bona opera faciendā sunt, quia illis placemus Deo.
- 3 Quòd cognoscamus dei uoluntatem, & in illa progrediamur, & faciamus bona opera, neq; à tantis rebus uel cruce auocemur, aut ne eas deseramus, uel in eis seagnes reddamur, id non est nostrarum uirium, sed roboris & potentiae dei.
- 4 Gratiae agenda sunt deo patri pro acceptis in Christo bonis, quae uero haec sunt bona, de descriptione quadam Euangelij ostendit Apostolus.

Ideo & nos.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus uotum quoddam continet, quo Apostolus more suo optat et Colosse sibus uberiorem cognitionem diuinæ uoluntatis, et progressum in omni sapientia, & intellectu spirituali. Item in operibus bonis uel ea de causa præcipue, quia, ut habet uulgare illud dictum, Deus non simul & semel dat omnia, sed successiue satis superque tamen satis, quo sic pijs semper habeant, quod accipiant, & admirentur, Deus uero semper habet at occasionem distribuendi immensum suum thesaurum. Quod cum ita est, sequitur cognitione uoluntatis diuinæ, non esse aliud studium neque excellentius, neque magis, ut maturetur necessarium, idcirco & libenter & diligenter in illo studio nos exercere debemus, & ideo etiam, quia sine cognitione uoluntatis diuinæ nemo potest saluus fieri. Est autem cognitio uoluntatis diuinæ

certa noticia æternæ potentiæ ac diuinitatis dei, quòd
 Deus curet nos, gubernet, & conseruet in Christo suo,
 & propter Christum. Certa inquam noticia, nam oportet
 Christianorum cognitionem aliorum excellere, quæ
 ex lege naturæ est, uidelicet ut certò statuamus ex cog-
 nita diuina uoluntate, deum certò tueri, et seruare pios,
 propter Christum. Discernit & Apostolus inter cog-
 nitionem naturalem, & inter cognitionem Christiano-
 rum, ad Rom. 1. cap.

Ideo &c.

Scilicet, quia Deus manifestauit nobis dilectionem ue-
 stram in spiritu, scilicet erga Euangelium & fratres.

Audiuimus.

De dilectione uestra erga Euangelium & fratres.

Non cessamus.

Cur a Pauli pro Colossensibus. Ostendit Apostolus in-
 crementum cognitionis uoluntatis diuinæ & progres-
 sus in rebus spiritualibus, precibus impetrari.

Et postulantes.

Iure promissionis à Deo factæ, quo Christiani mo-
 uent Deum ad exauditionem. Votum hoc est Pauli pro
 cognitione diuinæ uoluntatis uberiori, & pro bonis o-
 peribus faciendis.

Vt impleamini.

Vt certa & firma sit cognitio uoluntatis diuinæ. Et
 quia uoluntas Dei ad benefaciendū, & ad puniendū se

IN EPIST. DOMINICA XXIII.

extendit, igitur cognoscere uoluntatem diuinam est cer-
to noscere & statuere deum irasci peccatoribus, &
rursum seruare pios.

In omni sapientia & intellectu spirituali.
Expolutione Rhetorica idem dicit alijs uerbis, nam
cognitio sapientiæ Dei & intellectus spiritualis, nõ est
alia à cognitione uoluntatis diuinæ, nimirum quod sit
sapiens, prudens, uerax, æquus, bonus, saluator, conser-
uator, gubernator &c.

Ut ambuletis digne.

EXPLICATIO II. LOCI.

Exposito primo loco de cognitione uoluntatis di-
uinæ, qua deus ipse ornatus est, idq; in commodum
nostrum, ut seruet nos & gubernet. Subiicit nunc secundo
hoc loco uoluntatem Dei, qua uult nos honestè & di-
gnè uiuere. Est autem hic secundus locus incitatorius ad bo-
na opera, & ut digne domino ambulemus, quia & uolun-
tas Dei id exigit à nobis, & quia digne ambulantes pla-
cemus Deo, & beneplacitam suam uoluntatem perficimus.
Quemadmodum hic inquit Paulus: Ut ambuletis
dignè domino, per omnia placetes, in omni opere bono
fructificantes &c. Ad duo igitur ualet secundus hic lo-
cus. Primo ad bona opera prouocat: Deinde ab oscitantia
& segnitie dehortatur. Qui enim in sua uocatione
ignorat, nec potest certo apud se statuere, omnia sua o-
pera placere deo, is facile à bonis operibus deterretur. B
contra

contra qui in sua uocatione scit, & certo statuit, sua oia
 opera placere Deo, & uocari ea ambulationem dignam
 Domino, is sanè & libenter operabitur, & maiori cum
 uoluptate. Hodie quia pauci expendunt, sua opera in sua
 uocatione & placere Deo, & esse dignam ambulationem
 domino, idcirco infinitæ stomachationes contra Deum,
 uocationem non numerandæ detestationes, & molestiæ
 in uocationibus supra modum multæ.

Porro & si nunc opera placent Deo, & quia ea per-
 agit, dignè Domino ambulare dicitur, tamen non sequi-
 tur ideo bona opera iustificare, sed placent Deo opera
 bona, loco gratiarum actionis, in iustificatis fide, & re-
 ceptis in gratiam. Hinc & Apostolus ad Romanos 10.
 capite ait: Corde creditur ad iusticiam, ore autem fit cõ-
 fessio ad salutem. Vbi Apostolus fidei iusticiam tribuit,
 confessionem uero ut opus, loco gratiarum actionis requi-
 rit, & ne uideatur de fide ociosa loqui: Monet passim di-
 uisus Philippus, ut longè lateq; separemus personam ab o-
 pere. Opus placet Deo, quia persona prius placet, pro-
 pter fidem in Christum, in quem qui credit, is recipitur
 a patre in gratiã, & iustificatur. Postea receptus in gra-
 tiam, & iustificatur, & operatur bona opera, quæ pla-
 cent Deo. Et necessariò iustificati bene operantur, quia
 ad hoc cõditi sunt, & iustificati, ad Eph. 2. & ad Ro. 6.

Vt ambuletis.

Totius uitæ conuersatione,

IN EPIST. DOMINICA XXIII.

Digne Domino.

Pro ut placet Deo, & poscit uoluntas Dei. Domino inquit, q. d. Cuius nunc facti estis subditi. Commendatio est hic locus bonorum operum à dignitate, quia illis domino ambulamus. Et incitatoria causa ad bona opera.

Vt per omnia placeatis.

Quia uult Deus nos dignè ambulare, igitur dum dignè ambulamus, statuendum est nos placere Deo.

In omni opere bono fructificantes. Vt non contenti sitis uno aut altero bono opere, sed in dies magis ac magis gignentes multos bonos fructus. Metaphora sumpta est ab arboribus feracibus, in copia fructificantibus, uel à ferili agro multis fructibus respondenti agricolæ. Talem fructificatorem in omni opere bono describit Psalmographus psal. 1. Et erit tanquam arbor plantata iuxta decursus aquarum, quæ fructum dabit in tempore suo.

Et crescentes.

Hæc de necessario addit Apostolus, ne credas fructificare in bonis operibus prodesse, nisi simul & crescas in agnitionem Dei. Nam & hypocritæ sæpe bonos in speciem fructus operantur, sed quia non exerescunt in agnitionem dei, nihil sunt. Agnitio dei & cognitio uoluntatis Dei in idem recidunt.

Omni uirtute confortati.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tera

Tertius locus tollit omne nostrum meritum, & in cognoscenda dei uoluntate, & ut in ea progrediamur, & ut in omni opere bono fructificemus. Et docet, quod cognoscere Dei uoluntatem, in ea progredi, scire bona opera, non recidere à tantis bonis per crucem, neq; ea deserere, aut in eis segnes reddi, id esse nõ nostrarum uirium, uerum roboris & potentie dei. Mundus quando audit crescendum esse in agnitionem Dei, esse progrediendum in ea, & esse benefaciendum, statim temerarius accurrit, & credit se omnia illa posse, quum tamen nihil minus possit. Et quia crescere in agnitionem Dei, in ea progredi, & fructificare in omni opere bono, talia sunt opera, quæ carni sunt molesta. Quapropter adijcit Apostolus per omnem tollerantiam & patientiam cum gaudio, ne indignemur deo, id quod plerumque fieri solet in molestijs & cruce.

Omni robore,

Non aliqua roboris parte.

Iuxta potentiam gloriæ eius.

Non nostrarum uirium, ut ipse inde omnem gloriã habeat. David: Non mihi domine, non mihi, sed nomini tuo da gloriã.

Ad omnem tollerantiam,

& patientiam.

Ne quia sentietis ex prædictis rebus et operibus molestias carnis, & quia uidebitis uos in crucem præcipi-

IN EPIST. DOMINICA XXIII.

tari propter dicta opera, offendamini & addubitare de
ueritate uerbi incipiatis. Tollerantiam & patientiam,
remedia ponit contra scandala uel molestiam carnis,
uel alterius crucis.

Cum gaudio.

Ne irascatur cor uestrum Deo, quando sentietis præ
dicta opera carni molesta esse, aut uos propter prædic-
ta opa adfligi, sicut fieri in molestijs & cruce solet. Hi
ob primum cum gaudio tulit multa, cum dixit: Domi-
nus dedit, dominus abstulit. At postea cepit deo irasci.

Gratias agentes.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus exordium narrationis ipsius epi-
stolæ continet, in quo Apostolus Colossenses
ad gratiarum actiones hortatur pro acceptis in Christo
beneficijs & bonis, quæ autem illa beneficia & bona sunt
explicat Paulus descriptione quadam Euangelij, qua de-
finit Euangelium ex causis & effectibus. Causæ sunt, de-
us pater & Christus mediator. Effectus, ereptio de pot-
estate tenebrarum &c.

Gratias agentes.

Gratiarum actio unicum est sacrificium, quod Deo
debemus pro suis beneficijs.

Patri &c.

Vt causæ salutis nostræ. Vnde & sequitur: qui idon-
ecos nos fecit. Excluditur meritum.

Ad

Ad patrem sortis sanctorum in lumine.

Id est hereditatis, quã habent sancti cõmunionem in lumine, hoc est, Euangelio. Euangelium lumen dicitur ab effectu. Participationem sortis dicit contra meritum. Hęc enim cõmunitio hereditatis sorte contingit nõ merito. Participem fieri sorte sanctorum, unus ex effectibus Euangelij.

Qui eripuit.

Expolitione Rhetorica plures Euãgelij effectus subiicit, ad quos idoneos nos fecit deus. In uoce potestatis emphasis est. Tenebræ sunt ignorantia & caligo. Põt et hinc sumi definitio regni Satanæ.

Et transtrulit. Alius Euangelij effectus.

Per quem habemus.

Subdit mediatorem per quem tanta Dei patris beneficia contingunt. Clarius atq; clarius explicat Apostolus Euangelij effectus.

IN EPISTOLAM PAULI I. AD THESSA. CAP. III. DO-

mnica à Trinitatis uicesima quinta.

TRACTAT hodierna epistola de mortuis, quid de illis sentiendum sit post hanc uitam, & quomodo hic lugendi sint in terris, ne nimio luctu uel peccamus grauius, uel ostendamus nos nõ ueros esse Christia-

IN EPIST. DOMINICA XXV.

nos: uel sicut hic ait Paulus, qui spem non habemus ueluti cæteri. Verum ut hic textus Pauli probius à nobis intelligi possit, plurimum occasio hodiernæ epistolæ querenda est, qua fuit compulsus Apostolus, hoc de mortuis scribere. Ratio in ea est opinione, quòd credat mortuam & animam simul interire, & sic totum extingui hominem: quæ opinio naturaliter insita est omnibus hominibus, nec solùm uulgo, sed & sapientissimis mundi: imò quanto homines sunt sapientiores, tanto minus plerumque credunt de immortalitate animi. Et quanquam sæpe studeamus opinionem hanc dictam forinsecus dissimulare: tamen in corde firmissime hæret rationis iudicio colligata: adeò quod reuera impossibile sit posse hominem uestigationis sequentem articulum de resurrectione animarum sine dubitatione credere. Quis enim naturaliter credat, ex nihilo rursum aliquid fieri? Hinc sanè non mirum fuit ex rationis argumentis maximos quoque philosophos de resurrectione dubitasse, quosdam etiam illam risisse: Diogenes strictissimæ alioqui uitæ philosophus, & uincus rerum mundanarum studiosissimus contemptor, dixisse fertur, ridendo resurrectionem: Vbi surrexero, mihi fustem apponite, ut si sensero, illa canes & reliqua animalia molientia mihi periculum abigam. Vbi uero nihil mortuus sensero, idem duco, siue rapiant, siue dilanent me. Et si quoque fuerunt philosophi, qui aliquam resurrectionis spem habuerint: tamen illa obscura ac incerta fuit.

Quem

Quemadmodum de Socrate legimus apud Ciceronem in Tusculanis quæstionibus: ubi cum esset moriendum Socrati ab aduersarijs suis falso accusato: hilari animo & gestu minime tristi, cicutam ueneno plenã accepit, eamq; alteri propinando exhibitis dicens: Duplicem uiam scio: aut enim habebò post hanc uitã aliam & meliorem, aut si non aliam & meliorem: tamen sensibus carebo, quorũ finium uterq; erit sine molestia. Porrò fuerunt & inter Iudæos, qui ratiois iudicio excæcati, exemplo Philosophorum, non crediderunt resurrectionem: quales extiterunt Sadducæi, non alij homines apud Iudæos, quàm hodie apud nos, scholastici doctores, qui philosophorum scriptis Theologiam contaminant. Neq; hodie, quanquã in maxima puri uerbi claritate, desunt, præcipuè in Italia, qui animam mortalem esse statuunt: et nescio qui Põtifex, si bene memini, Iulius, cum illa opinio magis ac magis in Italia cresceret, uoluit statuere decreto, credendũ esse animam immortalem.

Cæterum cum & tempore Pauli complures existent in Ecclesia, qui idem de mortalitate animæ sentiret, & resurrectionem negarent: orti postea fuerunt immo-
dici illi luctus & dolores pro mortuis, quos hic Paulus prohibet Theſſalonicẽsibus. Quis enim obsecro cum auidiret fidum & charum amicum in perpetuum perire, nõ generet & quereretur? Hinc parætationes, exequiæ, uulatus & ploratus apud gentes olim: etiam hodie apud nos,

IN EPIS. DOMINICA XXV.

nos, qui sumus è gentibus conuersi: nec admodum immites
 ritò, quia nec nos magnam aliquam resurrectionis spem
 habemus, si aliquam, certè obfuscata & incertam: alio
 qui quid opus esset tot missis & uigilijs, tot exequijs &
 funeralibus pompis? quas licet Deus ex singulari miseri-
 cordia à nobis tulerit: attamè maxima adhuc mudi pars
 illis ficticijs rebus & ad pietatem prorsus inutilibus, ir-
 retita tenetur & c.

Reuocat itaque Paulus in hodierna epistola suos
 Thessalonicenses à iudicio & argumentis rationis con-
 tra resurrectionem ad ipsum uerbū, è quo solo discenda
 uenit & resurrectio mortuorum & status post hanc uita-
 tam. Nam sicut hactenus auditum est, articulus de resur-
 rectione longe euolat ultra omnem humanum captum:
 quare ad uerbum confugiendum est, quod de resurrectione
 ne certi aliquid dicere potest. At temere à ratione non
 reuocat Paulus suos Thessalonicenses ad uerbū circa ar-
 ticulum de resurrectione. Siquidem et hoc ante Paulum
 Christus fecit Marci capite 12. contra Sadducæos, ubi in-
 quit. An non legistis in libro Moysi, quomodo in rubo
 sit illi locutus dominus, dicens. Ego Deus ille Abraham,
 & Deus Isaac, & Deus Iacob. Non est deus mortuorum
 sed uiuentium. Vos igitur multum erratis, quasi dicat
 Christus, qui resurrectionem è iudicio rationis, & non
 è uerbo Dei, quod in Mose extat, iudicatis. Sic & nos Ap-
 postolus de resurrectione & statu mortuorum, à nobis

stris cogitationibus è ratione petitis, ad ipsum uerbum reuocat. Ait enim: Hoc enim dicimus uobis in uerbo do mini &c.

Postremo cum error errorem gignat, etiam apud eos, qui credunt resurrectionem: hinc olim tempore Pauli, quidam uarie & de modo & de tempore resurrectionis senserunt: quorum opinionibus ut occurreret Apłus, & de modo & de tempore resurrectionis partim in hodierna epistola, partim in posteriore epistola cap. 2. diligenter scripsit.

SUMMARI LOCI.

1 Mortui dolore queri possunt, id quod phibitũ non est, modo id sub spe resurrectionis fiat.

2 Resurrectio iudicanda & discenda est ex uerbo: ideo ait Apostolus. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini. &c.

3 Forma resurrectionis hæc erit. Mortui primum resurgent: deinde & uiui rapientur in occursum aduentantis domini.

4 Usus resurrectionis erit, semper esse cum domino post hanc uitam: hic uero eius usus est, ut spe resurrectionis nos consolemur.

Nolumus autem.

EXPLICATIO I. LOCI.

PRIMVS locus præscribit finem & modum, quatenus

IN EPIS. DOMINICA XXV.

quatenus et quomodo mortui lugendi sint, ne aut peccentis
 lugendo, aut illis similes fiamus, qui spem non habent. Quis
 clam adeo sunt Demones, & quavis carpesia caute dicitur
 res, qui omnino nihil commouentur ad cognati uel alte
 rius boni amici mortem. Quidam e contra adeo sunt mol
 les, & nullius animi, ut quando iniuria mortis amicum
 aliquem amittunt, statim abijciunt animum & maiore qu
 decet luctu se torquent, qui luctus propemodum infideli
 tatis signum est: quod uicium hic comprehendit Pau
 lus, & gentibus tribuit illud, quae ex uerbo spem futurae
 resurrectionis non habeant. Verum cum Christianis alia
 res esse debet, quibus non prohibetur lugere mortuos mo
 desto luctu, alioqui hoc prohibere esset in naturalibus homi
 nibus, naturales adfectus tollere. Sic Abraham sine pecca
 to luxit suam uxorem. Ge. 23. Iacob suum filium Ioseph.
 Ge. 34. Prohibetur autem Christianis immodicus & si
 ne omni spe, resurrectionis luctus. Quomodo igitur mor
 tui lugendi sunt? Respondeo. Ita sunt lugendi ut dolens
 et simul spe resurrectionis te consolaris. Gentes incredulae
 prius faciunt, posterius uero negligunt.

Nolumus.

Respondet Apostolus ad sorte oblatum à Theossaloniensibus
 quaestionem de plangendis mortuis, & de illorum
 resurrectione.

De dormientibus.

Extenuatio mortis, quam somnū uocat, ut soletur et non

non terreat. De dormientibus, scilicet corporibus mortuis, anima enim non dormit. Item dormiendi uoce innuat futuram resurrectionem, nam qui prorsus sunt mortui, resurgere non possunt: dormientes autem resurgent tandem à somno.

Ne doleatis, sicut & cæteri.

Scilicet infideles gentes, nescientes post hanc uitam aliam futuram. Refertur huc nunc debent pomposa Genitum funera, quia credebant actum esse per mortem de anima, & corpore simul.

Qui spem non habent.

Futurae scilicet resurrectionis &c.

Si enim credimus.

Ætiologia à resurrectione Christi, quia probat mortuorum resurrectionem. Similis nostrae resurrectionis probatio extat priore ad Cor. 15. cap.

Hoc enim uobis.

EXPLICATIO II. LOCI.

Quia resurrectio mortuorum aduersatur rationi & humanae sapientiae, igitur nunc secundus hic locus docet, unde discenda & iudicanda sit resurrectio. Sanè non è philosophorum scriptis, non à mundi sapientibus, nõ ex rationis consilio, sed ex ipso uerbo dei, quod resurrectionem approbat & promittit eam in maximam solatum omnibus pijs, passim per totam scripturam. Ideo ait Apostolus: hoc enim dico uobis in uerbo.

IN EPIS. DOMINICA XXV.

domini. Sicut & Christus Mar. 12. Sadduceos contra re-
surrectionem disputantes ad uerbum relegat, inquit:
An non legistis in libro Moysis etc. Non est Deus mortu-
orum, sed uiuentium. Porro, qui negl' ecto uerbo institu-
unt de resurrectione disputare, illi non possunt non in-
uarias & hæreticas opiniones incurrere. Iuuabunt uero
illos & rationis sententiæ. Ex nihilo nihil potest fieri:
Ossa combusta in integrum redire quomodo possum: Et
Ossa à uermibus corrosa atq; in puluerem redacta: Vide
Ezech. cap. 37. Vbi possibile esse ostendit de ossium colles-
tione, quod ratio pro impossibili iudicat.

Hoc enim uobis.

Ætiologia quur resurrectio mortuorum sequatur,
ab autoritate uerbi q. d. Paulus. Hoc quod nunc dicā de
resurrectione, non dicam iuxta meas cogitationes, que
non ualent assequi articulum de resurrectiōe, sed iuxta
uerbum dei, quod solum me certum facit de resurrectio-
ne, & uos de ea docet.

Quod nos, qui uiuimus.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus subijci formam resurrectionis morta-
orum. Et seruit hic locus contra uarias opinio-
nes, quas hætenus mouerunt innumeri nugatores de resur-
rectione. Item seruit hic locus contra nostras cogita-
tiones de eadem resurrectione, quibus nunc hoc, nunc ali-
ud de resurrectione imaginamur. Paulus si plus scire
uoluit

nolisset suos Thessalonicenses, quàm hic scribit de resurrectione, procul dubio id non intermisisset, præcipuè si iudicasset illud aliquid ad salutem Thessalonicensium futurum. Satis itaq; est nouisse resurrectione, eos qui obdormierunt in Christo primum resurrecturos. Deinde & nos, qui tum uiuemus, occursum in aduentum Christi. Quomodo autem id eueniet, nostrum non est extra uerbum sollicitos non esse. De signo aduentus Christi & resurrectionis certò, paucis hic monet Apostolus, quum ait: Quoniam ipse dominus cum classico & uoce Archangeli et tuba de cælo descendet & c. hoc est, uisibiliter Acto. 1. cap. Hic Iesus, qui assumptus est à uobis in cælum, sic ueniet, quemadmodum uidistis cum abeuntem in cælum & c.

Postremo qualia corpora erunt nostra in resurrectione Apostolus satis indicat 1. ad Cor. 15. Et ad Philip. 3. Qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut cõforme reddat glorioso suo corpori.

Quod nos, qui uiuimus.

Forma resurrectionis et hypotyposis aduentus Christi ad resuscitandos uiuos & mortuos.

Cum classico & uoce archangeli.

Id est, uisibiliter. Acto. 1. Hic Iesus, qui assumptus est à uobis in cælum, sic ueniet & c.

Et mortui, qui in Christo sunt.

Uidetur hic Paulus tantum de priorum resurrectione loqui

IN EPIS. DOMINICA XXV.

qui & reuera de ea tantum loquitur. Nam Theſſaloni
censibus pijs & fidelibus ſcribit, aliàs uniuerſalis omnia
um hominum reſurrectio erit. Ioan. 5. Nolite mirari hoc
quia ueniet hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt
audient uocem eius, & prodibunt: qui bona fecerunt in
reſurrectionem uitæ: qui uero mala egerunt, in reſurre
ctionem condemnationis.

Et ſic ſemper cum domi
no erimus..

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus quartus duplicem reſurrectionis uſum nobis
proponit: alterum poſt hanc uitam, nimirum ſem
per eſſe cum domino, quem uſum alij ſcripturæ loci ali
ter efferunt, id eſt, alijs uerbis. Eſa. 65. & 25. Apoc. 21.
Cap. & c. alterum in hac uitæ, ut nos ſpe reſurre
ctionis cõſolemur, ſicut inquit Apoſtolus.

Itaq; conſolamini uos inuicem per
hæc uerba & cætera.

IN EPISTO
LAS FESTIVALES
POSTILLA.

IN EPISTOLAM PAULI
AD ROM. CAP. X. QV AE
277
legitur in ferijs S. Andreae.

HODIERNA Epistola duplici nomine difficilis est. Primum quia lacerata est & auulsa à precedenti textu: Secundo, quia uerbis & loquendi formis paulo à uulgari cognitione recedit: Tertio quia sensibus obscurioribus constat. Facilis autem fit, annexis precedentibus, monstrata occasione, a peritioribus et ad nostrum captum aptioribus uerbis adhibitis, quae tum etiam sensum epistolae aperient.

Postquam ergo Apostolus egit in fine precedentis capituli, quomodo Iudaicus populus translatione gratuita gratiae ad Gentes offensus, Christum suscipere recusauerit. Immoratur in initio 10. huius capituli, in causis offensus, quae sunt: ignorare iusticiam uniuersalem, aut eam quae Dei est, & propriam iusticiam constituere, idque ex falso legis intellectu, quae debuit Christus adimplere ad iusticiam omni credenti, non solum Iudaeis, sed et Gentibus. Post haec instituit collationem iusticiae mosaicae, & iusticiae, quae est ex fide in Christum, ut doceat, quae sit uera iusticia ad salutem, non Moysis iusticia, de qua loquitur Moyses: Quod qui fecerit ea homo, uiuet per illa: Sed iusticia fidei, quae sic loquitur: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in caelum: hoc est Christum ex ala-

IN EPIST. IN FERIIS.

to deducere &c. Hoc est, quæ uult, ut apprehendamus Christum ad ueram iusticiam, nec dubitemus de salute, seu iusticia per mortem & resurrectionem Iesu Christi accepta &c.

Proximè uero ante hodiernam epistolam cõfert se Apostolus ad medium, per quod pertingere Iudæos atq; da deò sic nos omnes ad ueram fidem oportet, quæ iusticiam per Christum apprehendit. Illud est ipsum uerbum, è quo fides, è qua postea iusticia.

Et ne anxij sint Romani, ad quos scribit, de quo uerbo loquatur Apostolus, initio hodiernæ epistolæ monstrat se loqui de uerbo uocali, quod lingua prædicatur, & auribus auditur.

Sequitur nunc textus præsentis epistolæ, cuius generalis est summa, nos uerbo uocali pertingere ad fidem, et à fide è uerbo uocali concepta, ad iusticiã seu salutẽ.

SUMMARI LOC.

1. **Vocale uerbum medium est**, per quod pertingimus ad ueram iusticiam, apprehendentem iusticiam coram Deo ualentem.

2. **Verum est hoc uocale uerbum**, seu Euangelium, quod prædicat Iesum Christum dominum esse, & hæc uera est fides effectus uerbi, quæ credit, quòd deus Iesum excitauit à mortuis. Et hic uerũ habet uocale uerbum, seu Euangelium, qui ore confitetur Iesum dominũ esse, &

¶ ueram habet fidem, qui corde credit Christum excitatum esse à Deo à mortuis.

3 Fidei præcipuus effectus est, non pudefieri.

4 Absq; prædicatione uocalis uerbi seu Euangelij nemo fit saluus &.

5 Scriptura multis laudibus extollit prædicatores, ergo non sunt contemnendi aut reijciendi.

Sed quid dicit.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus agit de cõmunissimo ac uulgatissimo medio, quo ducit nos Spiritu sanctus ad fidem ualentem apprehendere iusticiam coram Deo. Interim hic locus non abbreviat spiritu sancto manum, quòd nõ potest adhuc alijs medijs ad fidem ducere, quàm uocali uerbo. Prodest hic alia media enumerare. Est & circa hunc locum aperta fenestra dicendi contra Anabaptistas et alios nouitios hæreticos, qui sentiunt uocalis uerbi nullum esse in Ecclesia usum. Commendatur hoc primo loco potissimum uocale uerbũ à suo effectu, qui est fides. Commendantur circa hunc locum & bonæ artes, quibus uocale uerbum & aptè & prudèter proponitur uulgo.

Sed quid dicit.

Occupatio, ne simus solliciti, quo medio perueniendum sit ad fidem apprehendentem iusticiam corã Deo.

Prope te uerbum est in ore tuo &c.

IN EPIST. IN FERIIS

Periphrasis uocali uerbi, seu Euangelij.

Hoc est uerbum fidei.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus ponit nobis ob oculos, quod sit uerū uocale uerbum seu Euangelium, gignens fidem iustificantem. Item, qui sit effectus ueri uocalis uerbi, seu Euangelij, scilicet fides iustificans.

Circa secundum hunc locum & agi potest de discrimine inter uerum uerbum seu Euangelium, & non uerum: inter salutarem fidem seu iustificantem, & inter fidem non salutarem, seu non iustificantem. Postea hinc sumi potest descriptio ueri uerbi seu Euangelij, & ueræ fidei, atq; ad eò iustificantis. Tertio monemur circa hunc locum, qui sint, qui uerum uerbum seu Euangelium habeant, & fidem ueram. Quarto docemur & hic, quàm latè pateat uerbum seu Euangelium, quod se non ulterius extendit, nisi & ore confiteatur Iesum esse Dominum, hoc est, uictorem Satanæ, mortis & peccati. Deinde ut aperiat, quòd Deus excitauit Iesum Christum ex mortuis, hoc est, quòd eum constituerit gloriosum sa resurrectione Dominum, & mortis & peccati. Item quàm latè pateat fides iustificans, quæ se non latius extendit, nisi ut credamus Christum ex mortuis à Deo patre excitatum esse.

Quinto considerandum est circa hunc locum secundum, nō satis esse cōfiteri Iesum esse Dominū, & credere cum

reum à patre à mortuis excitatum, nisi id & ad tuam
& aliorum salutē confitearis: ad tuam, ut hac confessio
ne te gratum ostendas: ad aliorum salutem, ut & alij in-
de ad credendum Christo prouocentur, quòd sit Domi-
nus à mortuis à patre excitatus.

Hoc est uerbum fidei.

Exponit clarius Apostolus, de quo uerbo loquatur,
ut medio ad accipiendam fidem ad ueram iusticiam, nu-
mirum de Euangelio, in quo offertur gratuito iusticia p
Christum, & propter Christum credentibus. Verbum
fidei uocat ab effectu, qui est gignere fidem.

Quod prædicamus,

En uocale & audibile uerbum,

Nempe.

Definitio Euangelij, quod nihil est aliud, quàm præ-
dicatio annuncians Iesum esse dominum.

Euangelium apprehendit, qui confitetur ore Iesum
esse Dominum.

Confiteri Iesum esse Dominum, est confiteri Iesum es-
se uictorem mortis, peccati, Satanæ &c.

Et credideris.

Definitio ueræ fidei, quæ nihil est aliud, quàm certa
fiducia, Christum à Deo patre pro nobis à mortuis exci-
tatum esse. Et is ueram habet fidem, qui illud ex cor-
de credit &c.

Crede Christum à mortuis excitatum esse à patre,

IN EPIST. IN FERIIS.

est credere Christum constitutum à Deo patre dominum
mortis, peccati, Satanae &c.

In corde tuo.

Cor subiectum est fidei, separans fidem ab opinione,
& extra cor uana persuasione.

Saluus eris.

Id est, eoram Deo iustus, & habebis uitam æternam,
ut rem iusticiæ cognatam. Salus hæc effectus fidei est.

Corde enim.

Ætiologia quur confessio & fides simul requirantur,
sumpta à subiectis & fidei & confessionis.

Urget hac ætiologia Apostolus subiecta fidei & confessionis in Iesum.

Ad iusticiam.

Effectus est hæc iusticia fidei in corde existentis.

Ad salutem.

Et tuam & aliorum. Tuam, quia iusticia absq; confessione,
seu gratiarum actione non potest subsistere. Aliorum,
quo alij inde ad fidem in Christum prouocentur.

Summa est huius loci, id ore confitendum esse, quod corde credis. Nota & hac confessione excludi hypocrisin.

Nota iusticiam fidei tribui, non confessioni.

Dicit enim scriptura.

EXPLICATIO III. LOCI.

LOCUS

Locus tertius (postquā Apostolus fecit mentionem iusticiæ seu salutis, ut effectus ueræ fidei) porrò auctoritate scripturæ probat, fidei propriissimum esse iusticiam seu salutem. Nam non pudeſieri nihil est aliud, quàm ex fide certò stat uere Deum esse nobis per Christū recōciliatum & nos iam placere Deo.

Monemur circa hunc locum & iusticiam uniuersale esse pro omnibus credentibus. At enim Paulus ex propheta: omnis qui fidei.

Docemur etiam circa hunc locum fidem iustificare. Item fidem & spem res cognatas esse. Quod enim hic tribuitur fidei. Ad Romanos .s. spei tribuitur. Porrò spes non pudefacit, hoc est, non facit desperare cōscientias de gratia, sed facit eos in certa fiducia expectare credita.

Non pudefiet.

Certa fiducia statuet se habere placatum patrem propter Christum. Iustificari, salutem consequi, & non pudefieri, idem sonant. Huic loco respondet ille ad Romanos capite tertio. Arbitramur autem hominem fide iustificari absq; operibus legis.

Non enim est distinctio.

Ætiologia præcedentis sententiæ, omnem fidentem Deo, non pudefieri: sumpta autem est ætiologia ab uniuersali iusticia, quæ ex æquo ad omnes pertinent sine respectu circumstantiarum.

IN EPIST. IN FERIS

Et Christus dixit in genere Lucae 21. Regnum meum nō
uenit cum obseruatione: scilicet personarum, locorum,
temporum &c.

Nam idem Dominus omnium.
Ætiologia quur non sit distinctio uel Iudei uel Græ
ci, à potentia Dei seu immensis suis diu ijs. Deus enim
potēs est & Iudæis et Gentibus, hoc est, ex quo omni
bus impartiri iusticiā: nec solū potēs, sed & diues satis.

Inuocantes se.

Scilicet ex fide, fides enim impetrat iusticiam.

Quisquis enim.

EXPLICATIO III. LOCI.

Q Varius locus continet gradationem quandā,
cuius summa est, nos saluos fieri prædicatione
Euangelij seu uocalis uerbi.

Gradatio ad formam posita hæc est.

Omnes erunt salui, qui inuocabunt nomen Domini.

Inuocantes nomen domini oportet credere,

Credentes oportet audire uerbum.

Qui uerbū audiūt, oportet ut habeāt prædicatores.

Ergo nemo saluus fiet absq; prædicatione.

Firma est gradatio ex causis & effectibus collecta.
Commendatur primum circa hunc locum uerbum
seu iusticia effectus fidei.

Stabilitur ac roboratur circa hunc locum ministeris
um

um uerbi. Stabiliuntur et roborantur prædicatores, per quos Deus uult annunciari suum uerbum ad salutem.

Damnantur hic qui uerbum uocale explodunt, qui uocale uerbum ut fidi causam negant, qui ministerium uerbi reijciunt, tandem qui sentiunt nos non opus habere prædicatoribus hominibus: sed nos omnes intus doceri per spiritum sanctum.

Nisi missi fuerint.

Nemo debet se temere, hoc est, absq; uocationeingere in ministerium uerbi.

Sicut scriptum est:

EXPLICATIO V. LOCI.

Locus quintus totus occupatus est in commendatione prædicatorum, & cõspectant loci scripturæ ex Eia producti. Commendantur autem ab effectibus, qui sequuntur eorum prædicationem, quales sunt pax et bonum. Et ex his effectibus debent etiam probari ueri prædicatores: Item cognosci debent. Christus Matth. 7. eadem probationis & cognitionis uerorum prædicatorum signa ponit. Veros prædicatores sequuntur uua & fici, dulcissimi ac gratissimi pro cõscientijs fructus, quos hic Apostolus uocat pacem & bonum, & quos alias nos uocamus requiem, tranquillitatem & gaudium conscientiarum &c.

Falsos prædicatores sequuntur de spinis spinosi fructus, & de tribulis tribulosi, id est, in tranquillitas irrequies

IN EPIST. IN FERIIS
quies & mœsticia conscientiarum.

IN EPISTOLAM I. AD
TIMOTH. QVAE LEGITVR
in Ferijs S. Nicolai cap. 3.

VETERES ordinarunt epistola loco ad praesentes sancti Nicolai Ferias, 44. cap. Ecclesiastica, quod quia parum commodum est ad naturam episcopi explicandam, aut qualem episcopum esse oporteat. Nicolaus autem episcopus fuit: quare usum est epistola his ferijs conuenientem eligere, ut & certum fiet tempus in anno, quo de episcopis seu uerbi ministris agatur.

Elegi itaq; epistolam ex 3. cap. prioris epistolae ad Timotheum, in qua uiuacissime depingitur episcopus seu uerbi minister, non qualis ipse per se tantum esse debet, sed etiam qualis suscipiendus sit ab alijs.

Cæterum qualem nunc hic episcopum describit Apostolus, talis sine dubio fuit sanctus Nicolaus, qui suo tempore talis quoq; esse potuit, cum nondum esset ita erroribus implicata Ecclesia.

Et quantum nunc attinet ad usum praesentium feriarum, proponitur sanctus Nicolaus uerus ac syncerus episcopus tam in doctrina quam uitae moribus, nobis praedictoribus imitandus, ut sic exemplo sancti Nicolai simus fideles dispensatores mysteriorum Dei.

SUMMARI LOCII.

1 Non male agit, qui episcopi munus appetit: at male agit, qui non uocatus ad episcopi munus, in illud se temere ingerit & c.

2 Oportet episcopum irreprehensibilem esse, tam in doctrina, quam in uitæ moribus.

3 Ineptus prorsus est ad episcopi munus administrandum, qui non nouit propriam domum regere.

4 Nouicij & ætate iuuenes non facile sunt ad episcopi munus admittendi.

5 Peregrini prædicatores atq; adeo sic oēs alij nõ nisi sub bono testimonio ad episcopi munus admitti debent.

Certus sermo est:

EXPLICATIO I. LOCII.

Primus locus quatuor agit. Primum desiderium probet episcopi concedit. Secundo tamen prohibet propriam ad episcopi munus ingestionem. Tertio commendat munus episcopale, ut bonum, Christianum, piũ, & homine Christiano dignum. Quarto à contrario damnat, eos qui episcopale munus ut non bonum proclamant, aut ut mendicitatis officium suggillant, aut ut indignum Christiano iudicant & c. Certus sermo est, iurantis locutio.

Bonum opus desiderat.

Pium, Christianum, honestum & cæt. Episcopatus bonum est opus, non ex personis, quæ illũ administrant

IN EPIST. IN FERIIS

ministrant sed ex uerbo, quo pascere & regere debent episcopi. Episcopus non est natura uocabulum uerum officij, sicut & angelus non natura dicitur, sed respectu officij &c.

Oportet igitur.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus continet descriptionem ueri episcopi in doctrina & uitae moribus irreprehensibilis: et ad hæc duo, hoc est, ad doctrinam & uitae mores tota irreprehensibilitas, unà cum sequentibus epithetis referri debet &c.

Doctrina ex sua natura bona ac uera esse potest etiam si uitae mores boni in episcopo non sequantur.

Nihil enim ad naturam doctrinae accedit siue bonos uitae mores episcopus habeat, siue malos. Nostris namque uitae moribus neque accrescit quicquam doctrinae, neque decrescit. Et hæc ideo dico, ut damnem uesanum illud mendacium diiudicium, quo mundus doctrinam ex uitae moribus, non uitae mores ex doctrina iudicat. Hodie multi sed impio et temerario iudicio, damnant, ut falsam synceram doctrinam tantum quia uident quosdam uerbi ministros, uitae moribus non honeste uiuere.

Interim dum uitae moribus dico nihil accedere ad naturam doctrinae, & ab illius natura decedere: item dum dico doctrinam non esse iudicandam ex uitae moribus, sed potius uitae mores ex doctrina: non tamen nego honestos

Stos uitæ mores non debere sequi doctrinam sinceram. Sunt enim, aut magis esse debent, honesti uitæ mores res sinceræ doctrinæ cognatæ.

Et ut nunc mundus falso suo iudicio doctrinam è uitæ moribus, & non uitæ mores ex doctrina iudicat, ita & doctrinam è personis, non personas è doctrina æstimat. Sic hodie multi sic argumentantur.

Hic episcopus seu uerbi minister uimolentus est:

Ergo doctrina eius est falsa.

At infirmum est hoc argumentum, postquã certum est ad naturam doctrinæ nihil accedere nostris uitæ moribus, neq; à natura illius decedere.

Christus præcipit, ut spectemus & quæramus regnũ Dei, hoc est, ipsum Euangelium. Mundus primum uitæ mores episcoporum spectat. Vnde et facillime offenditur, ut non suscipiat doctrinam.

De uitæ moribus honestis in ministris uerbi hoc sentio, quod illi doctrinam sequi quidem debent, at insufficientes esse, ut statim inhonesti probent ppter humanam infirmitatem in ministris doctrinam falsam esse.

Porro quando Apostolus hic requirit, ut episcopus sit irreprehensibilis, tam in doctrina, quàm in uitæ moribus. Tã illius irreprehensibilitatis finales causæ inquirendæ sunt. Irreprehensibilis esse debet episcopus in doctrina, ut eos, quos docet, sincerè instituat, non errare faciat, quibus prædicet, non implicet falsa doctrina, ob-

IN EPIST. IN FERIIS
scura, difficili & rixosa, ne inde conscientie aut de uera
doctrina addubitent, aut eam prorsus deserant. Obscura,
falsa, difficili & rixosa uoces adieci, ut causas, quibus in
firmi rapiuntur eò, ut aut dubitè de uera doctrina, aut
eam prorsus deserant.

Obscura et difficilis illorū est doctrina, qui non sunt
idonei ad docendum, qui non aptè & distinctè docent,
qui nullam certam in docendo methodum aut rationem
sequuntur. Vnde & uult Paulus in textu huius loci epi
scopum esse didacticum, id est, qui certam rationem &
methodum inter docendum sequatur,

Falsa est illorum doctrina, qui non sincerè & purè
docent. Rixosa est illorū doctrina, qui sepe ppter leuis
sima dogmata defendenda, perturbant conscientias.

Irreprehensibilis debet episcopus esse in uitæ morib.
propter quadruplicem finem: primum, ut ipse ex honestæ
uitæ moribus cognoscatur Christianus, & bene habeat.
Deinde ut propter honestos uitæ mores melius au
diat doctrina, & glorificetur Deus. Matt. 5. Sic luceat
lux uestra &c.

Tertio, ut illi qui nondum habent uerbum, ex honestis
uitæ moribus ad uerbum suscipiendum puocentur,
priore Petri 2. Habete honestam conuersationem inter
gentes &cæt.

Quarto, ut illi, qui habent uerbum, per honestos ui
tæ mores episcoporum, de uerbo confirmentur, & ut
ipfi

ipsam in melius mutant &c.

Irreprehensibilem.

Tam in doctrina, quàm in uitæ moribus.

Vnius uxoris uirum.

Prohibetur in Episcopo polygamia, quæ olim in usis
 fiat. Digamiam hinc excludi non probo. Commendatur
 hic matrimonium à circumstantia personarum. Quan-
 do. n. cõceditur episcopo uxor, lögè magis alijs hoïbus.

Sobrium.

In uerbis & factis.

Modestum.

In gestibus & uultu.

Bene moratum.

Compositum seu moribus compositis ornatum.

Hospitalem.

Hospitalitatis officijs præditum & mansuetudinis.

Idoneum ad docendum.

Didacticum, qui ordine, aptè, distinctè, methodicè, id
 est, ex causis & effectibus certò docet. Ecce commenda-
 tionem methodi in episcopo.

Non uiolentum.

Vinosum, uini cupidum, & ex uino mirabilem ac tu-
 multuosum. Vinolenti uoce p se non dãnatur usus uini.

Non percussorem.

Verbis acerbum, nimis sæuum & improbum.

Non turpis lucrì cupidum.

Turpis quæstus damnatur in episcopo.

Non pugnacem.

IN EPIST. IN FERIIS

Manfuetum, humanum, & promifforum tenacem.

Aequum.

Omnia in meliorem partem interpretantem.

Qui suæ domui bene præfit.

Certis consilijs, legibus & prudentia regat.

Filios habentem subditos.

Eff. Etus hic est regiminis episcopi, qui suæ domui bene præfit &c.

Cum omni grauitate.

Excluditur leuitas, quæ alios offendere potest.

Si quis autem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus tertius à minori ad maius probat profusus in
Leptum esse episcopum ad munus episcopale admini-
strandum, qui ne scit propriam domum administrare,
Qui enim in priuatis, ad quæ omnes nos sumus attentio
res, regere non nouit, is nunquam bene reget publica, ad
quæ ferè semper sumus segniores, & tardiores.

Constituit Apostolus hoc loco terio certum, ordinatum,
decorum, & legitimum regimen Ecclesie, quod
ex uerbo certis legibus, & alijs non nocius ordinationibus
constat, quo omnia in Ecclesia fiant ordine, & cū
decoro. De hoc regimine loquitur Paulus priore ad Corin-
thios epistola, cap. 11. & 14.

A contrario damnat hic Apostolus incertum, dissolu-
tum, indecorum, & illegitimum regimen in Ecclesia.

Regimen

Regimen autem hic uoco, non dominium in conscientias pro libidine: sed tale, quod disponit, ut omnia ordine & cum decoro fiant in Ecclesia.

Non nouitium.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus porro pergat monere de ineptis ad episcopi munus, ad quod neophyti non sunt facile admittendi, hoc est, tam illi, qui recēs aut baptizati sunt, aut ad fidem conuersi, aut ætate adhuc iuuenes.

Et quamquam Euangelium uniuersale sit, et sic etiam ministerium Euangelij, id est, episcopale munus, tamē quædam pericula ex experientia certa, uidentur prohibere neophyti facile ad episcopi munus admittantur. Illud uero non facile, non præscribit, quod neophyti admissi olim non sunt, aut admitti non debeāt. Sic Timotheus iuuenis admissus fuit à Paulo, sic hodie multi admittuntur, propter præsentem prædicatorum penuriam.

Neophytos scribit hic Apostolus sequi elationem & iudicium calumniatoris. Timotheum sequutus est conuemptus. Quare in 4. capite prioris epistolæ sic scribit: Nemo tuam iuuentutem despiciat & c. Ne insuperbiam elatus. Superbia & iuuentuti & nouis honoribus res est cognata. Et ille dixit: Honores mutant mores. In iudicium incidat diaboli. Verius legatur calumniatoris quemadmodum & Timotheus in iudicium calumniatoris propter suam iuuentutem incidit.

IN EPIST. IN FERIIS.

Oportet autem illum & testimonium habere.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quinto loco docet nunc Paulus de certo medio, quo occurrendum sit calumniatoribus & sic omnibus calumnijs: nimirum, si nemo admittatur ad episcopi munus, nisi sub bono testimonio, ab his etiam petito, qui nondum acceperunt Evangelium. Ab his autem testimonium requirit, quia hi perpetuo inuigilant, ut habeant quod in pijs reprehendant.

Monet itaque hic locus, non satis esse, ut testimonium requiratur à pijs, sed longe magis ab his, qui foris sunt, quò & illis ora calumniæ obstipentur.

Locus hic quintus largè sumptus docet peregrinos prædicatores, nec quosuis alios sine testimonio, cùm piorum fratrum, tum eorum, qui adhuc foris sunt, suscipiendos esse ad episcopi munus. Testimonio subinde committendos ministros legimus in epistolis Pauli. Ad Philip. 3. Excipite Epaphroditum in domino cum gaudio, & qui huiusmodi sunt, eos in precio habete &c. Ad Coloss. 4.

De omnibus rebus meis certiores uos faciet Tychicus dilectus frater & minister fidelis &c.

IN EPISTOLAM PAV²
LI AD EPH. CAP. I. Q^V AE

legitur in ferijs S. Thomæ.

Epistola

EPISTOLA hodierna in genere sumpta, tractat locum communem de electione seu prædestinatione, de qua multi multa: Pauci uero sana & pro cōscientijs consolatoria loquuntur. Causa uero est malæ illius tractationis de prædestinatione seu electione, quia dicturi de rebus tantis, non à uerbo, sed à ratione ordinantur, quæ cum ubiq; & semper cæca est in rebus dei, quær hic circa prædestinationem seu electionem aliquid cerneret? Relicta igitur ratione nos locum de prædestinatione seu electione ex ipso uerbo tractabimus, quod solum de prædestinatione seu electione nos certò docere potest. Et ita cuncta agemus, ut ex nostra tractatione conscientie solatia accipiant, non desperationem.

Imò quid multis uerbis opus est, si omnia ea, quæ scripta sunt, scripta sunt in nostram consolationem, ad Rom. cap. 15. Quær ergo patiemur amplius, ea quæ ab Apostolo de prædestinatione seu electione exarata sunt, nobis in desperationem esse?

Præterea tantæ fuit prudentiæ Apostolus, ut si sciuisset locum de prædestinatione seu electione aliquid mali allaturum conscientijs, sine dubio non ita frequens cum suis epistolis interseruisset.

Sed prædestinationis seu electionis methodum in hæc uerba ex uerbis hodiernæ epistolæ accipite.

DEFINITIO.

IN EPIST. IN FERIIS

Prædestinatio seu electio est certa præordinatio, qua præordinauit nos Deus, antequam iacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles, per Christum in conspectu eius.

Definitio certa est ex uerbis epistolæ: Deus pater est prædestinans & eligens personam. Hac persona excluditur causa electionis in nobis, aut ex nobis, sicut et his uocibus. Antequam iacerentur fundamenta mundi. *Uc*: Per Christum. Quæ uoces & formalem quandam causam no- tant. Ut essemus sancti &c. Hæc uerba finalem præde- stinationis effectum continent.

C A V S A E.

Causæ prædestinationis ex nunc dictis aperte sunt aliquantulum: nimirum quod merita nostra nõ sint cau- sa, ergo misericordia, beneplacitum, charitas & gratia Dei causæ sunt. In hodierna epistola ait Apostolus: Per charitatem. Item: Iuxta beneplacitum uoluntatis suæ.

Posteriore ad Timoth. i. cap. Qui saluos nos fecit, & uocauit uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam. Augusti- nus ait: Elegit Deus quos uoluit, gratuita misericordia. Neoterici causam prædestinationis faciunt opera nostra, à quib. nihil dissentiunt Ambrosius & Hieronymus, qui statuunt in nobis esse electionis causam. Cæterum ut intran- quillum reddat animum prædestinationis causam ex nostris meritis colligere, ita mirifice solatur conscientias in ad- uersitate,

ueritate, certò scire prædestinationis causam esse miser-
ricordiam Dei.

P A R T E S.

Augustinus de prædestinatione Dei ca. 2. duas præ-
destinationis causas facit. Alterã alligationis, ut si quid
prædestinatione præsens esse uidetur, id necesse est esse,
tametsi nullam habeat naturæ necessitatem, ut omnes ho-
mines mortales eẽ, necesse est, sic deo pudente: alterã cõ-
ditionis, ut si Adam ederit de pomo, morietur. Si Israel
ambulauerit in uijs domini, et seruauerit præcepta eius,
seruabitur. Si susceperit Germania Euangeliũ, & illi si-
dendo ad finẽ usq; adhæserit, saluabitur: si uero nõ susce-
perit, dånabitur. Hęc prædestinationis partẽ uidetur et
insinuare Apostolus posteriore ad Timot. cap. 2. Si quis
igitur expurgarit se ipsum ab his, scilicet impijs doctri-
nis (nam de illis paulo ante dixit) erit uas in honorẽ san-
ctificatum, accõmodatum usibus domini, ad omne opus
bonum præparatum. Hac parte prædestinationis solari,
se debent conscientie, quando rationis argumentis agi-
tantur contra uniuersalem Euangelij promissionem.

E F F E C T V S.

Effectus prædestinationis hi sunt sequentes.

Esse nos sanctos, & irreprehensibiles in conspectu dei.

Esse nos adoptatos in filios Dei.

Hi effectus ex hodierna epistola aperti sunt. Plures
sunt effectus ex alijs scripturæ locis, qui tamen non di-
scerpant à prædictis duobus, nisi in quantũ res cognatæ

IN EPIST. IN FERIIS.

discrepare solent. Iustificari. Ad Roma. 8. Quos uocauit, eos iustificauit.

Habere eternam uitam. Mat. 25.

Venite benedicti patris mei, & possidete regnum paratum uobis ab initio mundi.

Vocari in consortium si' ij ipsius Iesu. 1. ad Cor. 1.

Fidelis Deus, per quem uocati estis in consortium filij ipsius Iesu Christi domini nostri.

His obsecro predestinationis effectibus, ad quos sumus predestinati à Deo, antequam iacerentur fundamenta mundi, quid consolatorium magis? At obijcis, hi effectus tantum spectant ad uasa gloriae, sed quid dicis de uasis ignominiae? RESPONDEO.

Quòd sint uasa ignominiae ad contrarios effectus à predictis predestinata, nullum est dubium, cum ex 9. ca. ad Rom. tum ex. 2. cap. ad Timo. posterioris epistolae.

Hec inquam uasa ad interitum parata sunt. Sed quid id scire incommodat nobis, qui recipimus Euangelium, & inde certi sumus, quòd simus uasa honoris, ad eternam uitam parata? Imò scire quosdam esse ignominiae uasa, & ad interitum parata, id nobis utile est, quippe in hoc apparuit Deus ignominiae uasa, ut notas faceret diuitias gloriae suae, erga uasa misericordiae.

OBIECTIO.

Ast adhuc particularitas circa predestinationem me offendit.

RESPONSIO.

Et hæc particularitas considerata nihil non mali pro-
uocat, hinc incertitudo hinc dubitatio, hinc sæpe de spe
ratio. Verum solabitur te contra particularitatem illam
Euangelium uniuersalis promissionis, quod qui ut uni-
uersalem promissionem apprehendit, is iam certissimus
est se esse uas gloriæ: unde postea nullam occasionem re-
stare uideo abeundi aut respiciendi, uel ad particularita-
tem, uel ad incertitudinem, uel ad dubitationem, uel ad
desperationem &c.

OBIECTIO.

Porro quibus ex signis cognoscam me esse uas glo-
riæ ad æternam uitam prædestinatum?

RESPONSIO.

Ex his signis cognosces. Suscipere Euangelium, &
Euangelio credere: uelle & accipere oblatam per Euā-
gelium misericordiam, in fide erga Euangelium ad extre-
mū usq; persistere. De his signis in genere loquitur Apo-
stolus 1. ad Timoth. capite. 2. Si quis igitur expurgari se
ipsum ab his, scilicet: impijs doctrinis, erit uas in hono-
rem &c. Expurgare autem se ab impijs doctrinis, nihil
est aliud, quam Euangelium piā doctrinam suscipere,
illi credere, ablatam per illam misericordiam apprehen-
dere &c. Et his cognitionis signis quid magis consolato-
rium? Alia est ratio cum impijs, qui dubitatione, incerti-
tudine, desperatione, et terrore plenis speculationibus care-

IN EPIST. IN FERIIS

re non possunt: quia non habent Euangeliū, quo tanquā certissimo signo certiores redduntur pij, quod sint uasa honoris. Ceterū uideamus nunc textum hodiernæ epist.

Benedictus Deus.

His uerbis exorditur Paulus suam ad Ephesos epistolam. Et sumptū est hoc exordium à gratiarum actione, qua gratias agit Apostolus deo pro beneficijs in Christo filio exhibitis.

Deus potentiæ uox est, pater custodia ac curæ.

Qui benedixit.

Benedicere hic est diuites reddere. Benedicendi uocabulo commendantur diuitiæ Dei. Et uoce omni eadē diuitiæ commendantur.

Benedictione spirituali.

Ostendit hic Apostolus qualitatem diuitiarum, quibus Deus Ephesijs bñdixit: hæ spirituales sunt: quales esse possunt cognitio Euangelij, fides, iusticia, æterna uita &c. In cœlestibus.

Expolitione clarius exponit de quibus diuitijs loquitur: nimirum de cœlestibus, quas paulo antè spirituali benedictione extulit.

Per Christum.

Mediatorē non negligit, ut ostendat, cuius intercessionem, propter quam et propter quem donarit deus Ephesios cœlestibus diuitijs. Per Christum uoces, excludunt propria merita.

Sicut elegit.

Cona

Confirmatio ab electione, quòd deus Ephesijs benedixerit: omni benedictione spirituali in cœlestibus. Insuper est quoq; huic confirmationi ordo quidam, quomodo Ephesij ad iustificationem peruenerint. Eundem ordinem cernis & ad Rom. 8.

Per ipsum.

Repetit mediatorem Christum, in quo et propter què elegit Deus Ephesios. Excluduntur merita.

Antequam iacerentur.

Et hæc excludunt nostra merita & opa, ut causas electionis. Ad Ro. 9. in exemplis Iacob & Esau: antequam quicquam uel boni, uel mali fecissent.

Ut essemus sancti.

Effectus hi sunt electionis, qui Periphrasticòs circumlaquuntur iustificationem.

In conspectu eius.

Exprimit his uerbis, de qua sanctitate & irreprehensibilitate loquatur: Item de qua iusticia: nimirum de illa, quæ ual' et coram Deo.

Per charitatem.

Quæ ipse prior dilexit uos. Sensus est, quòd uos Ephesij sitis electi in hoc, ut sitis sancti et irreprehensibiles coram Deo. Id inde accidit, quia deus dilexit uos prior. Et charitatem Dei ut causam electionis ad iustificationem.

Qui prædestinauit.

Expolitione Rhetorica eadem repetit clarius. Electio enim, uocatio, & prædestinatio idem sonant.

In adoptionem filiorum.

Effectus

IN EPIST. IN FERIIS
Effectus prædestinationis alijs uerbis pronuntiatus.
Adoptione filios uocat, non naturales, sed p̄ Christū na-
turalem filium insitutos. Excludunt pp̄ria merita, sicut
& in his uocibus. Per Iesum Christum in ipsum.

Secundum beneplacitum.
Ecce causam prædestinationis. Excluduntur pro-
pria merita. In laudem gloriosæ &c.

Finalis causa est, quur Deus prædestinavit Ephesos,
& sic omnes ad adoptionem filiorum: scilicet ut glorio-
sa sua gratia laudaretur, et ut ipse solus gloriam haberet,
uel ut Apostolus ait, Ad Rom. 3. Ut omne os obturare
tur, et obnoxius fieret totus mundus Deo, quod ex ope-
ribus legis non iustificabitur omnis caro in cōspectu dei.
Et gratia dei ut causa prædestinationis hic cernitur.

IN EPISTOLAM PRO-
CAP. VIII. QVAE LEGITVR
in Ferijs Conceptionis Mariæ.

HODIERN A epistola una est ex illis, que igno-
rantiam & iudicij leuitatem perhibent eorū, qui
epistolas ad sanctorum ferias ordinarunt. Lectio enim
his præsentibus ferijs ex 8. capite pro. accommodata, nihil
minus agit, q̄ ut aliquid tradat de conceptione Mariæ:
imò Mariæ nullam facit prorsus mentionem. Siquidem
tota hodierna epistola nihil aliud tractat, quàm æterni-
tatem

tatem & potentiam uerbi, unà cum uerbi æterni & potentis effectibus: ut hæc præsentis epistolæ summa sit, æternum esset & potens ad salutem omni, qui illud apprehendit &c.

Impietatis ergo fuit Mariæ tribuere ea, quæ uerbi sunt, non solum ignorantia aut leuis iudicij.

Nec quicquam hic moror illorum uana commenta qui ordinatores epistolarum hic excusare moliuntur, his & similibus argumentis. Per sapientiam, de qua hic meminit Solomon, Christus intelligitur: hic uero est filius Mariæ: ergo honor filij est honor matris, & e contra honor matris, est honor filij. O carnales hominum cogitatus: O impij planè, Mariam creaturã in Christi unici saluatoris locum constituere? Coram mundo fortassis ualeat sic carnaliter argumentari: at alia ratio est corã deo, qui non tribuit suum honorem creaturæ.

Ambrosius super epistolam ad Romanos ad hæc et similia argumenta carnis, sic respondet. Coram iudice ciuili locum habent intercessores homines, alia uero ratio est, coram Deo iudice.

Occasionem ordinatoribus huius epistolæ ad præsentis ferias præbuit initium uerborum apud Solomonem, in quo uerbi potentiam confirmat et amplificat à creatione: sic boni illi homines confirmare & amplificare studeuerunt potentiam Mariæ à conceptione seu creatione simul. Nos suo loco et tempore scimus quoq; decantare laudes

IN EPIST. IN FERIIS.

laudes Mariæ, quas illi tribuit scriptura. Hic autem nulla habita occasiõe ex præsentis epistolæ laudã dicã, quare eius laudib. omiſſis, & ad oportunitate tempus p̄ductis, de laudibus æterni ac potentis uerbi agemus hac hora.

SUMMARI LOCII.

- 1 Verbum dei æternum est, quo et condita sunt oĩa, et seruantur omnia.
- 2 Verbum Dei æternum non solum in cœlis mansit, sed & in terris publicatum est: in quibus et ludit publica prædicatione coram hominibus, & delectat filios hominis, hoc est, adfert illis pacem, gaudium & tranquillitatem conscientie.
- 3 Verbum dei est uirtus & potentia dei, ad salutem omni credenti.
- 4 Inimici & osiores uerbi dei, uiui aut salui fieri non possunt &c.

DOMINUS POSSEDET ME.
EXPLICATIO I. LOCII.

Locus primus est commendatio uerbi dei ab æternitate, quod quia æternum est: ideo & per illud condita sunt omnia, et sustentantur. Et annectitur hic locus præcedentibus occupatione, cui inclusa est confirmatio, ne quis credat ea uana esse, quæ Solomõ hætenus de uerbi potentia dixit. Confirmatio autem est ab æternitate uerbi, quam non propter uerbum ponit solum: sed propter nos, qui uerbum apprehendere debemus, ut inde solatium accipiamus; certi, quod ut uerbum est æternum, ita eos

Et eos æternos fore, qui uerbo adhærebunt & credent, Seruit & hæc cōmendatio uerbi ab æternitate eò, ut sciamus ad uerbum cōfugiendum esse in necessitate, non ad inefficax uerbum, quod iuuare non potest, uerum ad effi-
cax, quod æternum est, & quia æternum, ideo potens iuuare in omni aduersitate.

Damnantur circa hunc locum, qui nobis alia solatia proponunt in tentatione, quàm uerbum æternum. Damnantur & illi, qui uerbum æternū esse negant. Disputatur et circa hunc locum de contrario uerbo huic æterno, quod quia æternum nō est: igitur in æternum suos sectatores seruare non potest.

Euanescit & circa hunc locum quæstio per se hic aperta, an uerbum æternum sit, nec ne? Item, an per uerbum omnia condita sint et sustententur? Quadrat hic locus Ioan. 1. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est. Spectat & huc locus ad Heb. 1. Per quem etiam sæcula constituit, qui cum sit splendor gloriæ, & expressa imago substantiæ illius, modereturq; omnia uerbo potētiae suæ & c. Ad Coloss. Omnia per illum, & in illum creata sunt, & c. ipse ante omnia & c.

Hic primus locus uel solus etiam confutat Ebionitarum hæresin.

Dominus possedit me.

IN EPIST. IN FERIIS

Huic loco correspondent uerba Esa. cap. 40. Verbum
Domini manet in æternum. Mansiōis causa est, quia ab
æterno fuit. Et locus Ioannis 1. capite. In principio erat
uerbum &c.

Initio uitæ suæ. Ante omnes creaturas.

Ante opera eius.

Expolitione hæc accedunt, sicut et sequentia omnia,
quæ nihil aliud sibi uolunt, nisi ut ostendant uerbum æ-
ternum esse &c.

Adiutabamq̃.

Respondent huic uerbo loci ad Coloss. 1. ad Heb. 1. et
Psal. 32. Scilicet uerbo Dei condita esse oīa, et sustentari.

Sum in delicijs eius.

De Christo, qui est uerbum, dixit uox e cœlo: Hic est
filius meus dilectus, in quo mihi beneplacitum est.

Ludo coram eo semper. Id est, præsens adsum.

Ludo in orbe terræ.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus est de reuelatione & publicatione
uerbi, quod est æternum. Item de effectibus ex opo-
rationibus uerbi æterni in hac terra. Io. 1. et uerbum caro factum
est. Ad Phil. 2. Qui cum esset in forma Dei &c.

Multa circa hunc locum secundum dici possunt, quo
modo uerbum reuelatum sit & publicatum in his terris.
Item dici multa possunt de operationibus uerbi reuelati
et publicati. Et pertinent huc omnes scripturæ loci de re-
ue-

relatione uerbi & eius effectibus, qui præcipui sunt: ludere in orbe terræ, & delectare filios hominum, hoc est, publica prædicatione adferre illis pacem, gaudium & tranquillitatē conscientiarū: nam hi fructus sunt & opera, quæ operatur uerbū in terra. Cōmendatur hic uocale uerbum, seu ipsum uerbi ministerium, qd' non est inefficax seu inutile, quemadmodum mentiūtur hodie Anabaptiste, uerum quod delectat filios hominum. Cōmendatur hic humanū uerbum, quod nō delectat filios hominum, nō pacificat conscientias, nō adficit gaudio, non tranquillat, imò inefficax est.

Ludo in orbe terræ.

Scilicet per publicam prædicationem. In orbe terræ, inquit, ut monstret prædicationem uniuersalem esse, nō particularem.

Et delecto filios hominis.

Pacificando, gaudio adficiendo et tranquillando conscientias.

Nunc itaq̃.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus agit de potentia publicati & reuelati uerbi, ne illud contemnamus. Extendit uero potentia uerbi se eò, quid sit uirtus dei ad salutem omni credenti, quemadmodum & Apostolus dixit ad Ro. 1. Non enim pudet me euangelij Christi. Potētia siquidē dei est, ad salutem omni credenti. Idem priore ad Corinth. 1. cap.

IN EPIST. IN FER IIS.

Sermo crucis nobis, qui salutem consequimur, potentia Dei est &c.

Munit nos hic tertius locus cōtra Anabaptistas damnantēs uocale uerbum, ut prorsus ad salutem inutile, & inefficax. Tertius locus totus est adhortatio ad suscipiendum uerbum, & ut illi credamus, idq; ab uilitatibus in de mulis.

Audite me.

Suscipite me, mihi credite &c.

Beati, qui uias meas obseruant. Qui præter me non aliud uerbum ad salutem suscipiunt. In uerbo obseruant, nota uerbum non requirere ociosos, securos & segnes homines.

Audite castigationem.

Quando uoco uos ad pœnitentiam. Castigationis uoce exprimitur altera pœnitentiæ pars, ipsa contritio.

Sapite &c.

Id est, fide uos e cōtritione rursus exigite. Verbo sapite altera pœnitentiæ pars expressa est, ipsa fides.

Beatus qui audit me & aduigilat. Audire & uigilare coniungit, ut scias non illum esse beatum, qui obiter saltem audit uerbum, sed illum, qui aduigilat ad fores uerbi quotidie, ad obseruanda limina ianuæ uerbi, hoc est, qui iuxta primum psalmum in uerbo uoluntatem habet, & meditat in uerbo die atq; nocte. In summa. Verbum non pertinet ad ociosas aut securas personas &c.

Vitam

Vitam æternam inuenerit.

Huic loco correspondet ille ad Rom. 1. ca. Euangeli-
um est potentia Dei, ad salutem omni credenti.

Et hauriet uoluptatem
a Domino.

Coram dño bene habebit, beatus erit, placatū habebit
Deū & c. A dño. His uerbis distinguit inter uoluptatē
mundi, & inter eā, quā Deus dabit recipiētibz uerbū.

Qui peccarit in me.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus quartus ostendit pericula, in quæ incurrunt
inimici & osiores uerbi, qui nunquā aut uiui aut
salui fieri possunt. Apertus est hic locus à cōtrario ad
precedentem translatus. Nam quemadmodum credenti-
bus uerbo, uerbum est potentia Dei ad salutem, ita non
credentibus occasio est mortis seu damnationis.

Qui peccarit in me. Me suscepit.

Iniurius est animæ suæ.

Non potest animæ suæ salutem consequi.

Quisquis odit me. Id est, non suscipit me.

Mortem diligit.

Quia solum uerbum in se uitam habet.

IN EPISTOLAM ACT.

VII. QV AE LEGITVR IN FE

rijs sancti Stephani.

IN EPIST. IN FERIIS

SANCTI Stephani primi in nouo Testamento
 martyris ferias hodie celebramus, qui quor mar-
 tyr dicatur, & ut uos semel uocabulum marty-
 ris intelligatis, ad intelligendum simul martyri-
 um, & ppter quas causas illud susceperint omnes olim
 martyres, & adhuc suscipere debeant, id hic nobis expo-
 nendum uenit. Martyr Græca uox est, & sonat testem.
 Vocantur ergo martyres omnes illi testes, qui de Christo
 & gratuita Christi iusticia testati sunt. Et de his, qui ad
 huc hodie testantur, martyres uocantur. Tales testes ap-
 pellat Christus suos discipulos Ioan. 15. *Quin & uos tes-
 tes estis, quia ab initio mecum estis.* Item Acto. 1. *Et eritis
 mihi testes, non solum Hierosolymis, uerum etiam in uni-
 uersa Iudæa, Samariaq; , deniq; usq; ad extrema ter-
 ræ.* Petrus Act. 4. *& se & discipulos tales testes uocat,
 inquiens: Vos autem sanctum & iustum negastis, & po-
 stulastis, ut uirum homicidam daret uobis, auctorem autē
 uite interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius
 nos testes sumus. Hinc martyrium est testimonium de
 Christo, & gratuita iusticia in Christo.*

Et quia tale testimonium contra mundum est, quare
 huius testimonij testes à mundo semper miserrime tracta-
 ti fuerunt. Vnde martyres abusuè postea dicti sunt, qui
 propter Christum & gratuitam Christi iusticiam san-
 guinem effuderunt. Et martyriū dictū est effusio sangui-
 nis propter Christum & gratuitam Christi iusticiam.
 Porro

Porro quòd Christus et gratuita Christi iusticia cau-
se sint martyrij, & quòd martyres fiant, Christus Mat.
cap. 23. satis declarat, dū inuehendo in Phariseos et hy-
pocritas ait: Ecce, ego mitto ad uos prophetas, & sapiē-
tes & scribas, & illorum a. i. quot occidetis & c. ut ueni-
at super uos omnis sanguis iustus, q̄ effusus est super ter-
ram à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ.

Hic sanguinem iustum uocat Christus, propter gratu-
itam iusticiam effusum. Et Abelem iustum uocat, gratu-
ta Christi iusticia iustum. Hæc inquam gratuita Christi
iusticia primum fecit martyrem in ueteri testamento A-
belem, et primū in nouo testamento sanctum Stephanū.
cuius ferias hoc die celebres seruamus. Quæ gratuita
Christi iusticia & hodie aliquot martyres fecit, & sine
dubio passim adhuc multos facit, & faciet.

O B I E C T I O.

At quær hac Christi gratuita iusticia, uti re bona mū-
dus ad faciendum martyres commouetur?

R E S P O N S I O.

Quia hæc gratuita Christi iusticia mundi iusticiæ cō-
traria est, qua iusta faciēdo opera, iuxta Aristotelis sen-
tentiam sumus iusti, et reuera iusta faciēdo opera sumus
iusti corā mundo, sed non corā Deo. Mundus autē sua
iusticia & coram hominibus & Deo iustus esse uult:
Hinc accingitur mūdus ad persecutionem: hinc fuit mar-

IN EPIST. IN FERIIIS

tyres: hinc & Stephanus noster martyr factus est, testante id sequenti Acto. cap. in quo legitur post insignem de gratuita per Christum oblata iusticia cōcionem, à Iudeis lapidibus obrutus.

SVM MARI LOCI.

- 1 Euangelium quia erat doctrina noua, & mundo incognita, ideo prodigijs & signis opus habebat, quorum multa fecit Stephanus fide & potentia plenus, in confirmationem Euangelij.
- 2 Humana sapientia, et huius sectatores cōtra sapientiam Dei, & huius sectatores nihil possunt, exemplo disputantium cum Stephano.
- 3 Mundus & mundi sapientes, quando contra ueritatem suis argumentis et disputationibus nihil possunt, cōfugiunt ad mendacia & testimonia falsa, ut tamen perdat pios, exēplo horū de synagoga submittentium uros ad testandum cōtra Stephanū super uerbis blasphemie.
- 4 Præcipui sunt ueritatis hostes, uulgaris populus, seniores in populo & scribæ.
- 5 Hypocritæ iusticiarij duabus ex causis ad falsa testimonia, & persecutionē cōtra ueritatem commouētur: altera est, quia gratuitæ iusticiæ prædicatione admissa, timēt ne ipsi fugētur: altera est, quia timēt, ne ex gratuitæ iusticiæ prædicatione traditiones suæ periculū patiātur.
- 6 Exemplo Stephani Deus gloriosos reddidit suos coram hostibus persecutoribus, ut appareāt coram eis, tanquam

quam facie angeli præditi, id quod consolatorium est
contra crucem &c.

Stephanus autem.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus cōmendatio est sancti Stephani, à fi-
de, potentia & factis prodigijs ac signis, quorum
multa fecit S. Stephanus. Ast in quē finem? Respondeo:
in eum finē, ut Euangeliū novā in mundo doctrinā con-
firmaret, & homines ad suscipiendum Euangelium im-
pelleret. Nam hi sunt omnium factorum miraculorum
fines. Nos hodie quia miraculis confirmatam doctrinā
excepimus, amplius externis miraculis non habemus o-
pus, mors & resurrectio Christi postrema sunt externa
miracula, ultra quæ non sunt alia externa expectanda,
ueletiam Christo teste Matthæi 12. cap. Non dabitur hu-
ic nationi prauæ & adulteræ aliud signum, nisi signū
Ionæ prophætæ, hoc est, mors & resurrectio Christi.

Miracula, quibus hodie in confirmationem doctrinæ
utimur, interna sunt, quæ fiunt in conscientijs, dum sen-
tiunt ex prædicatione Euangelij, pacem, gaudiū & trā-
quillitatem. Quæ enim doctrina hos nunc dictos fructus
comites habet, uera est doctrina & Euangelica.

Monemur et circa hunc primum locum de causis mi-
raculorum, quæ sunt fides & potentia, quanquam et po-
tentia fidei effectus est, tamen hic formalis quædam mira-
culorum causa. Et Christus miracula credētes secutura

IN EPIST. IN FERIS.

dicit Marc. 16. Porrò signa eos, qui crediderint, hæc subsequenter: Per nomen meum demonia eijcient &c. Doctet et primus hic locus formam cõmendandi sanctos, qui primũ à fide cõmendari debet, postea à factis et operibus.

Surrexerunt autem.

LEXPLICATIO II. LOCI.
 Ocus secundus ualde consolatorius est pro pijs, nec cum ab humana sapiëntia, aut his studiosis exagitantur, animũ dei ciãt, sed certò credant, humanam sapiëntiam, et eam sapientes, cõtra ueritatem nihil effecturos: exemplum hic habent in disputantibus cum Stephano.

Commendatur ergo hoc loco secundo potentia ueritatis, quæ inexpugnabilis est, nunquam non triũphans, contra suos hostes. E cõtrà, uituperatur hic humana sapiëntia à sua impotentia, qua nihil ualet cõtra ueritatẽ. Interim humanæ sapiëntiæ suus relinquatur honos in rebus ciuilibus, in quibus multum potest.

Cæterum, quòd ueritatis sectatores subsistant coram humana sapiëntia sapientibus, nec id illorũ opus est, sed potentis ueritatis, quam amant: & spiritu sancti, qui in illis ac pro illis loquitur, iuxta promissionem Christi, Mat. cap. 10. Non enim uos estis illi loquentes, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis.

Sapiëntiæ.

Cui a iharebat Stephanus, & quam proficebatur.

Spiritui.

scilicet

Scilicet sancto, qui pro pijs loquitur coram aduersarijs ueritatis. Tunc submiserunt.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus tertius ostendit, quid porrò agant sapientes mundi, quando uident se sua sapientia contra ueritatem nihil posse: non quidem cessant ab oppressione ueritatis: uerum aut confugiunt ad brachium seculare, aut ad mendacia & falsa testimonia, quibus tamen opprimant ueritatem. Exemplum hic habes in disputantibus cum Stephano. Et Christum sic adorsi sunt principes sacerdotum, Matth. 26. Nec hodie similia desunt exempla. Submiserunt.

Hoc uerbum timorem aliquem indicat, & quòd persecutores ueritatis omnia sub pileo agunt, apertè nihil. In Moysen & Deum.

Prætextus pietatis, quo prætexunt impij sua mendacia, ut facilius impietatis fucum faciãt, & illis imponãt. Commouerunt itaq; populum.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus narrat, qui sint præcipui hostes ueritatis, & hanc profitentium: nimirum uulgaris populus instar arundinis mobilis & constans qui faciliè magnorum hominum autoritate, ad persequendã ueritatem impellitur. Sic uulgus die Palmarum summo gaudio excipiebat Christum regem Hierosolymam ingrediẽtem, quem paucos deinde post dies, & capere iuua-
bat

IN EPIST. II FERIIS.

bat & cruci adfigere, uulgari populo accedunt præcia
pui hostes, seniores in populo, & scribæ quorum prio-
res autoritate pollent, posteriores sapientia et prudētia,
quos cum intuentur populi uulgares, non possunt non
simul ad persequendos pios capi.

Homo iste.

Iste inquit per contemptum, ut hodie de Luibero,
iste profugus monachus.

Aduersus locum sanctum
& legem.

En prætextum mandacij & falsi testimonij. Sumptus
est prætextus à pietate, quam defendere contra hæretica
cos pium est & iustum.

Audiuimus enim.

Ætiologia ab auditiis, qua nituntur probare falsa sua
testimonia &c.

Quod Iesus Nazarenus.

Per contemptum hæc dicunt. Contemptus petitus est
à circumstantia loci, q. d. Ille Iesus è Nazareth: quemad-
modū hodie dicunt aduersarij ueritatis: Quid boni pos-
sit è Vitæberga oppidulo et lutofo & palustricoso pro-
uenire?

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus proponit causas, ex quibus conta-
mouentur hypocritæ impij ad falsa testimonia
& persequutionem contra ueritatem et pios: causæ duæ
sunt

sunt: altera est ipse timor ne fugentur, destructo loco isto timuerunt fugationem. Sic & Herodes Matt. 2. fugare ex timore maluit Christum, quam ipse fugari: at iniuriosa hæc causa est. Nam neq; ueritas neq; Christus, neq; pij illum fugant. Veritas enim doctrina pro cōscientijs est: & Christus spiritualis rex in regno spiritali est, pij ueritatem tantum prædicant, nõ ea fugant homines. Altera est causa, quia timent ne ueritate aut gratuita Christi iusticia admissa, illorum traditiones periculum patiantur, è quibus quærunr pl'erunq; suam iusticiam.

Destruet locum istum.

Quo destructo, nos fugabimur.

Et mutabit traditiones.

Cura pro traditionibus.

Quas tradidit nobis Moses.

En prætextum pietatis. Traditiones Moses prætendunt, ut suas humanas defendant.

At intuentes eum.

EXPLICATIO VI. LOCI.

SExtus locus consolatorius est, in exemplo Stephani ostendens, quam gloriosos Deus reddat suos in cruce coram impijs persecutoribus. Illa uero glorificatio, nõ tam fit propter pios, ut inde consolationem habeãt, quã propter persecutores, ut ea glorificatione piorum retro cogitent, & uicti in conscientijs de ueritate, à persecutione desistant &c.

IN EPISTOLAM EC
CLES. XV. QVAE LEGITVR
in ferijs Ioannis Euangelistae.

TEstatur & haec epistola, quam omni sensu & iudicio caruerint, qui epistolas feriales, et etiam Dominicales ordinarunt, non enim uideo, qua ratione haec lectio ex 15. cap. Ecclesiastici scriptoris, ad sancti Ioannis Euangelistae ferias applicari possit commode.

Ego tamen ne uiderer à ueterum uestigijs temere deflectere, rationem aliquam ex textu praesentis epistolae diuinavi. Videtur igitur haec causa ordinata ad ferias praesentis epistolae, quod uoluerint ordinatores huius epistolae ordinatione ad has ferias ostendere, (quod quia Ecclesiasticus textu huius epistolae recenset multas comoditates, quibus donat uerbum & perfecta cognitio suorum sectatores) quomodo uerbum & Ioannem Euangelistam uerbi diligenter imitatore, multis donauerit uirtutibus ac donis: ita quod eum sapientiae spiritu, & intellectus ultra reliquos Euangelistas extulerit. Et reuera Ioannem Euangelistam reliquos Euangelistas multis modis excellere nullum est dubium. Phrasis longe plenior est in Ioanne, quam in reliquis. Item grauior longe. In rebus sublimior est caeteris. Alij in miraculis Christi externis describendis ualde occupati fuerunt, hic in internis pro conscientijs occupatior. Alij res à Christo externe gestas, per omnes cir-

cumstantias absoluerunt faberrimè: hic in potentia et maiestate Christi in cōscientias ob oculos ponenda laboriosior: quare et merito cum aquila confertur à propheta ut puta qui ultra alios Euāgelistas altissima euolarit: unde alii uolans Euangelista à quibusdam dictus est.

Cæterū ut se habeat cum causa, ex qua moti fuerunt ueteres ad ordinādum præsentem ex Ecclesiastico textum ad præsentem ferias, utilissimum tñ est hunc textum in ecclesia tractare, ut nos qui sequamur uerbum, & perfectam uerbi cognitionem habeamus, sciamus quid nobis à uerbo & perfecta uerbi cognitione expectandum sit. Si enim exemplo Ioannis uerbo adhæserimus, et perfectam uerbi cognitionem habuerimus, nullum erit dubiū, quin et nos multis uirtutibus, donis et cōmoditatibus adficiet.

DE OCCASIONE huius Epistolæ.

Ante textum hodiernæ epistolæ miris modis commendauit Ecclesiasticus eum, qui uerbo dei adheret, qui illud discit, qui illud sectatur, qui illud corde considerat, ut uere intelligat, et ad eius perfectam cognitionem, quæ sapientiam dicit, perueniat: tandem (sicut et primus Psalms beatum uocat) qui meditatur in lege domini, die atq; nocte &c.

Addidit & multas cōmoditates, quibus David talem uerbi amatorem adfici à uerbo & uerbi perfecta cognitione. Quemadmodum & David subiicit. Et erit tanquã arbor iuxta decursus aquarum plantata.

Nunc

IN EPIST. IN FERIIS

Nunc textu hodiernæ epistolæ monet, qui adhærebunt uerbo, et in illo studebunt die ac nocte, itē: qui sunt qui ad uerbi cognitionem, quam sapientiam uocat, et uerbi ac perfectæ illius cognitionis comoditates ptingent: nimirum illi qui timebunt Deum, & uerbo diligenter et animo adhærebunt.

SUMMARI LOC.

- 1 Verbo adhærebunt, et ad uerbi perfectā cognitionē peruenient: item ad comoditates uerbi & perfectæ cognitionis, quibus solet adficere suos sectatores, qui timebunt Deum, & uerbi diligentem curam agent.
- 2 Sapientia, hoc est, perfectā uerbi cognitio, sua sponte sequitur eos, & cum gaudio eos excipit, qui diligenter adhærent uerbo.
- 3 Ut cognitione uerbi non est alius preciosior thesaurus: ita multis & penē infinitis diuitijs ac beneficijs adficit illos, qui eam apprehendunt.
- 4 Qui uerbi perfectam cognitionem habet, nō potest tacere quin alios fiducialiter & sine timore doceat, ut et ipsi ad eandem percipiendam abeant.
- 5 Verbi perfectā cognitio, uerē immortales facit.
- 6 Qui uerbo dei non adhærent, qui illud non discunt, qui illud nō considerant, qui non die ac nocte in illo meditantur, quod cordibus sunt impijs, qui propria sanctimonia et operū fiducia elati, & qui hypocritæ sunt, ad perfectam uerbi cognitionem peruenire non possunt.

Talia

Talia nemo facit, nisi qui timeat Dominum.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus respicit ad præcedentia, in quibus Ecclesiasticus beatos dixit, qui uerbo adherent, et uerbi perfectam cognitionem habent, cuius aliquot in signes fructus & utilitates recensuit, nunc hoc primo loco agit de illis, qui uerbo adherent, et qui ad uerbi perfectam cognitionem peruenient, potienturq; utilitatibus et uerbi & perfectæ uerbi cognitionis, nimirum illi, qui timebunt Deum, & qui diligentem uerbi curam agent, q. d. Ecclesiasticus: Mundus qui sine timore Dei uiuit in extrema securitate, ille uerbum non curabit, neque perfectam uerbi cognitionem, igitur etiam ad uerbi & perfectæ uerbi cognitionis commoditates non pertinet.

Excluduntur circa hunc locum securitas & oscitantia, uita contraria timori, & curæ pro uerbo, & perfectæ uerbi cognitione. Et est summa huius loci, uerbum et perfectam uerbi cognitionem, item fructus utriusq; rei non pertinere ad homines securos & oscitantes, sed ad timeantes Deum, & qui uerbi, & perfectæ uerbi cognitionis seriam curam agunt.

Talia.

Vt adhereat uerbo, illud discat, in illo die atq; nocte meditetur, ad perfectam uerbi cognitionem labore et etc.

Nisi qui timeat dominum.

IN EPIST. IN FERIS.

Nam timor domini est perfecta illa sapientia, quæ uerbi cognitionem tenet, Ecclesi. i. Timere dominum sapientia est. Et qui adhæret uerbo.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus à facili hortatur nos ad sapientiam, hoc est, perfectam uerbi cognitionem. Hæc enim nõ difficulter sequitur eos, qui uerbo diligenter adhærent, imò cum gaudio excipit tales. Res paratu difficiles plerumque auersamur: paratu uero faciles libentius imitamur, Quare ne sit nobis excusatio, quo minus laboremus pro perfecta uerbi cognitione, proponit nobis hic secundus locus facilitatem ad eam parandam, & promptitudinem qua ipsa nos excipit.

Inuenit eam.

Scilicet sapientiam, hoc est, perfectam uerbi cognitionem.

Et illa obuiabit ei.

Similibus explicat Ecclesiasticus promptitudinem perfectæ uerbi cognitionis erga omnes, qui uerbo diligenter adhærent.

Vt imater.

En promptitudinẽ et naturalem et plenã adfectibus.

Vt sponsa iuuenula.

Id est, cum magno gaudio excipiet eum.

Illam cibabit eum pane intellectus.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius

Tertius locus agit de præmijs & beneficijs, quibus perfecta uerbi cognitio adficit suos sectatores. Beneficia hæc sunt: Donum intellectus, donum sapientiæ, donum fortitudinis, reseruatio ab ignominia seu pudescatione: exaltatio ultra alios, apertio oris inter alios &c. Cibabit eum pane intellectus, id est, donabit eum dono intelligentiæ.

Et potabit eum aqua sapientiæ, hoc est, donabit eum sapientiæ dono.

Per quæ reddetur fortis.

Hoc est, is etiã accipiet fortitudinis donũ, ut apud uerbum et uerbi perfectam cognitionem perduret firmiter.

Ne pudefiat.

Id est, de fauore Dei ac beneuolentia ne addubitet, aut desperet.

Et eleuabit eum ultra suos uicinos.

Id est, in omnibus prosperabitur, etiam ultra suos uicinos, & cum omnium admiratione.

Et aperiet illi os in Ecclesia.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus quartus adhuc præmium quoddam apprehensio oris cū libertate sine timore, pro quo dono et Apostolus orat ad Ephe. 6. his uerbis: Orate & pro me, ut mihi detur sermo in apertione oris mei cum libertate ut notū faciam mysterium Euangelij mei &c.

IN EPIST. IN FERIIS

Insinuat & hic locus libertatem prædicandi & annu-
nunciandi uerbum, esse donum Dei, quod eos rectissime
sequitur, qui perfectam uerbi cognitionem habent.

Coronabit eum læticia, iucunditate,
& æterna immortalitate.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus omnium maxima præmia perfec-
tæ uerbi cognitionis continet, quæ sunt: læti-
tia, iucunditas et æterna immortalitas. Hæc et alia præ-
sasticus ad parandam nobis perfectam uerbi cognitionem.

Per læticiam & iucunditatem intelliges pacem, gau-
dium & tranquillitatem conscientiarum. Per æternam
immortalitatem, uitam æternam.

Verum stulti non inuenient eam.

EXPLICATIO VI. LOCI.

Sextus locus ponit homines ad perfectam uerbi cog-
nitionem parandam ineptos, inepti uero sunt: pri-
mum stulti, hoc est, qui uerbo non admodum adherent,
qui obiter tantum curant, in illo se non oblectant serios,
sed humanis traditionibus simul inhiantes, eas cum uer-
bo adæquantes etc. Deinde impij, qui uerbum nõ
habent, neq; ut habeant, curam agunt. Tertio elati hypo-
critæ & iusticiarij, propria sanctimonia & operum fra-
ducia repleti.

IN EPISTOLAM PAU³⁰²

LI AD GAL. CAP. III. QV AE

legitur in ferijs Circuncisionis domini.

PR A E S E N S Epistola agit potissimum de legis usu, quur data fuerit, nimirum in hoc, ut sub lege custodiretur Israel conclusus, in eam fidem, quæ erat reuelanda, ita quòd lex tantum pædagogus fuerit in Christum, ut ex fide iustificaretur Israel. Hic Christus hac die circuncisus fuit, ut Israelem conclusum sub lege & sub ea tanquam sub pædago militantem liberaret, iustificaret, et in libertatem Euangelij constitueret. Siquidem in hoc circuncisus fuit Christus, & lege se subiecit, quòd eos, qui legi erant obnoxij, redimeret, ut adoptione ius filiorum acciperent, ad Galatas quarto.

Porro ut nunc Israel sub lege tanquam sub pædago custoditus fuit, donec ueniret Christus, ita nos omnes, sub lege tanquam pædago custodimur, donec recipiamus Christum fide, audito Euangelio, qui Christus hac die circuncisus fuit, & legi factus est obnoxius, cui de iure nihil debuit, quòd nos, qui legi eramus obnoxij, redimeret, ut adoptione ius filiorum acciperemus. Et hæc de causis, ex quibus moti fuerunt ordinatores epistolæ præsentem ad præsentem ferias ordinare.

S V M M A R I I L O C I .

1 Vsus quidam datæ legis est, ut ea coerceantur ha

IN EPIST. IN FERIIS

omnes usq; ad Christum iustificatorem & datorem spiritus sancti, qui postea coercet & regit per Christum iustificatos ad uitam placentem Deo.

2 Lex per angelos data fuit.

3 Populus Israel sub lege non potuit esse sine mediatore, qui pro illo apud Deum intercederet: ergo multo minus nunc mediatore carere possumus, qui pro nobis apud Deum intercedat, & aditum nobis ad Deum faciat.

4 Lex promissioni non aduersatur, nec eam abrogat, aduersaretur autem ei, & abrogaret eam, si in hoc data esset lex, ut iustificaret.

5 Sola promissione ex fide Iesu Christi iustificamur, absque lege &c.

Quid igitur lex?

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus agit de uno quodam legis usu, & illo remotiore, qui est coercere homines, donec ueniat Christus. Annectitur uero hic locus præcedentibus, per occupationem. Nã Paulus certis argumentis hæc probauit, hæreditatẽ seu iusticiam non esse ex lege, sed ex promissione & fide. Iã igitur obijcere potuissent Galatæ: Ergo nullus datæ legis usus? Respondet Apostolus occupatione de usu legis, q. d. Hic legis usus est, ut coercet homines usq; ad Christum iustificatorem.

Verum hic legis usus, de quo nunc agit Paulus, unus est ex remotioribus, quo posito et reliquos proximiores intelligit

intelligit, nimirum ducere homines ad cognitionem peccati. Ad Rom. 3. ca. Lex est cognitio peccati. Augere peccatum, Ad Rom. 5. ca. Cæterum lex obiter subiit, ut abũ daret delictum. Cæterum finalis horum nunc dictorum usuum legis hic fuit scopus, ut per legem primũ in ciuilitate iusticia Israelitæ retineretur. Deinde, ut cognitis suis peccatis, confugerent fide ad Christum à peccatis libera orem. Tertio, quò ad aucto peccato intelligerent, se non lege, non operibus legis, nullis meritis iustificari, sed sola fide in Iesum Christum, ad cuius aduentum sub lege, tanquam sub pædago custodiebantur.

Porrò præsentem nunc Christo iustificatore, non amplius militamus sub lege pædago, sed sub spiritu sancto, quo donauit nos credentes & iustificatos Christus, ut nostra sponte & ex corde, non tantum externis factis seruemus legem (non ad iusticiam coram deo, quam per fidem in Christum iam accepimus) uerum ut illa legis completionem testemur nostram gratitudinem erga Deum pro accepta gratuita in Christo iusticia.

Quid igitur lex.

In quem usum data, si non iustificet? Obiectio est hic locus & c.

Propter transgressiones.

Legis hic usus est cohercere eos, qui nondũ sunt per Christum iustificati, nec habent spiritum sanctũ rectore. Ergo legis usus non est iustificare. Occupatio est hic lo-

IN EPIST. IN FERIIS

cus respondens præcedenti obiectioni. Eundem legis u-
sum pluribus uerbis extulit Apostolus ad Timoth. capite
primo epistolæ prioris.

Donec ueniret semen.

Christus, in quo erant benedicenda & iustificanda
Gentes. Alludit ad promissionem Abraham factâ, de qua
multis egit ante hodiernam epistolam. Præsentem Christo
lex abrogata est: non litera legis, idq; propter decalo-
gum, & alias leges conuenientes cum natura, sed male-
dictio legis abrogata est, non pars tantum, sed tota lex,
ad Ephe. 5. Legem in decreuis sitam abrogans.

Ordinata per angelos.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus proponit nobis, per quos Deus ordi-
narit & dederit legem, scilicet per angelos. Et cora-
respondet huic præsentem loco et alter ille, qui erat Act. 7.
Qui accepistis legem per dispositiones angelorum, nec
seruastis. Acris ac difficilis quæstio hic tractari solet. an
Deus legem per angelos dederit, uel an ipse uisibiliter
apparendo dederit eam.

Responsum apertum est ex huius epistolæ loco, &
ex illo qui extat Act. 7. legem per angelos esse datam.
Deum uero uisibiliter nunquã apparuisse, satis docet
hi loci Exod 33. Quia nemo uidebit me homo, & uiuet.
Ioan. 1. Deum nemo uidit unquam.

Ordinata per angelos.

Act.

Act. 7. Qui accepistis legem p̄ dispositiones angelorū.
In manu mediatoris. Scilicet Mosis.

Mediator autem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus tertius à Mose mediatore probat, sub nouo Testamēto non minus requiri mediatorem, quàm sub lege. Nam quū populus Iudaicus non potuit audire legem, ordinatam ab angelis, sine mediatore Mose, ergo multo minus sub nouo Testamento, nos audiemus promissionem, absq; mediatore Christo.

Mediatorem Mosen uoco, qui inter Deum & populum intercessit.

Mediatorem Christum uoco, qui inter nos & Deum patrem intercedit, qui reconciliat nos Deo patri, & qui nobis ad Deum patrem aditum parat. Excludit hic locus omnes sanctos intercessores, & solum Christum intercessorem facit.

Mediator autem unius non est.

Quid quātum ad intercessionem attinet, duorum est agens inter duos: inter eum, pro quo intercedit, et inter eum, ad quem fit intercessio. Sic de Christo ait Apostolus priore ad Tim. 2. cap. Arbitr Dei & hominum homo Iesus Christus.

Deus autem unus est.

Apud quem fit intercessio &c.

Lex est aduersus promissa Dei.

IN EPIST. IN FERILS.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus quartus aliam occupationem continet, quæ
 uidetur ex præcedenti nasci. Si enim lex tantum da-
 ta est propter transgressiones, donec ueniret Christus, er-
 go lex aduersatur promissionibus Dei? Respondet Apo-
 stolus occupatione legem non aduersari promissioni, ratio-
 nem sumit, à finali legis usu, qui non est iustificatio:
 Si uero iustificatio esset legis finalis usus, uerè lex ad-
 uersaretur promissioni, imò inanem faceret, et irritam.
 Ad Rom. 4. Etenim si ij, qui ad legem pertinent, hære-
 des sunt, inanis facta est fides, et irrita est facta promissio.

Concedit Paulus hoc loco, ex lege uerè esse iustifica-
 tionem, si lex propter iustificationem esset data, aut pos-
 set iustificare, sed quia propter iustificationem non est
 data, neq; per se potest iustificare: igitur statuit iustifica-
 tionem promissioni tribuendam. Argumentum ualeat à
 non sufficientibus causis, quæ quia insufficientes sunt,
 ideo non possunt effectus dignos gignere.

Abfit.

Quia promissio lege stabilitur. Est enim lex occasio
 ad accipiendam promissionem, seu promissionis effectus.

Si enim data esset lex.

Ætiologia legem non aduersari promissioni, sumpta
 est ætiologia à finali legis usu, qui non est iustificatio. Si
 uero iustificatio esset finalis legis usus, aduersarentur
 lex & promissio. Siquidem una res non habet diuersa
 effici

efficiētia, quorum singu' a sufficiunt. Si enim promissio
confert iusticiam, Ergo non lex. Si lex cōfert iusticiam,
Ergo non Promissio .

Quæ posset uiuificare.

Iustificatio seu uita adimitur legi.

Concessio conditionalis est.

Sed conclusit scriptura.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus continet epiphonema, quo con-
cluit Apostolus hanc disputationem de causis
iustificationis. Summa autē est huius epiphonematis: nos
sola promissione ex misericordia Dei facta, fide interce-
dente, et apprehendente promissionem, iustificari sine le-
ge. Similis est huic ad Rom. 11. Concluit Deus omnia in
incredulitatem, ut omnium misereatur.

Ostendit hic locus causam, qua motus fuit deus ad p-
missionem iustificationis causam: nimirum ut ipse solus
gloriam haberet: & ut laudaretur gloria gratiæ suæ,
ad Ephesios. 1. item ut omne os obturaretur, & obnoxii-
us fieret totus mundus Deo: tandem ut nobis adimeret-
ur gloriatio in carne.

Concluit scriptura omnia sub peccato, id est, scrip-
tura ostendit nos omnes esse peccatores coram deo. Vide
mus hic peccatum esse occasionem misericordiæ Dei.

Ut promissio.

Effectus conclusionis dictæ, ut promisso ex fide
Iesu

IN EPIST. IN FERIIS.
Iesu Christi daretur credentibus, hoc est, ut sola fide in
Christum iustificaremur.

IN EPISTOLAM ESA
CA. LX. QV AE LEGITVR
in ferijs Epiphaniæ.

HODIERN A Epistola tota uaticinium
quoddam est de reuelatione Euangelij, doctrina
na, mundo ante factam reuelationem incognita. Sic
num ait Apostolus ad Ephes. 3. ex quibus potestis legere
intelligere cognitionem meam in mysterio Christi,
quod in alijs ætatibus non innotuit filijs hominum, quæ
admodum nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius &
prophetis per spiritum.

Hanc uero Euangelij doctrinam, quam reuelandam
predixit propheta, nõ alligat certis circumstantijs, quæ
si illa tantum pro uno aut altero certo populo, p una aut
altera regione doctrina futura sit: uerum illam uniuersa
lem facit, & pro Iudæis & pro Gentibus, hoc est, pro
omnibus hominibus, & sic pro toto mundo. Vt. n. deus
uult omnes homines saluos fieri, & ad cognitionem ueri
tatis peruenire: sic etiam Euangelium uniuersalis est p
omnibus hominibus doctrina. Et hoc scire admodum re
fert, quo habeas in tentatione, quo soleris contra pariti
cularitatem, quam subinde nobis apponere solet Satan,
ut

ut nos gentes desperare faciat, quasi indigni simus nec idonei ad Euāgelij gratiam: quippe solis Iudæis ut dignis & idoneis promissam. Referral huc debet adhuc alij scriptura loci, qui nos uniuersalis Euāgelij promissione contra particularitatem muniunt. Mat. 11. Venite ad me oēs &c. Ad Gal. 3. Non est Iudæus, neq; Græcus, non est seruus, neq; liber, non est masculus, nec fœmina.

Ceterum quia Euāgelij doctrina mundo erat incognita, igitur miris encomijs Euāgelium commendat Esaias in hac episto'ā, non ob aliam causam, nisi ut noue et mundo incognitæ doctrinæ auditores reconciliet bene uolos: deinde ut muniat eosdem auditores contra contemptum Euāgelij in speciem uilis & contemptæ doctrinæ. Nam in hunc modum plerunq; argumentatur mundus. Euāgelium uilis & contempta est doctrina, et apparatus nullius: ergo non est à deo, ergo nõ est sincera doctrina. Hoc itaq; scandalum contemptus ut tollat propheta, insignibus epithetis adornat Euāgelium, nunc lumen illud uocans, nunc gloriam domini q. d. O Hierusalem, quamuis hæc doctrina tibi incognita sit, uilis et contempta in speciem, tamen est uerum illud lumen, quo ad eternam iusticiam & uitam illuminabit te Deus tuus, tamen est gloria domini, qua deus tuus glorificabit te. Itē q. d. propheta ad gentes, O uos gentes quanquā doctrinæ Euāgelij corā sapientia carnis, nullius est estimationis, tamen lumen est, quod uos tenebras illuminabit, tamen
glo

IN EPIST. IN FERIIS.
gloria domini est, quæ uos ignobiles & alienos à testa-
mentis Dei glorificabit.

Seruit & hæc Euangelij commendatio eò, ut ministe-
rium uerbi nobis extollat, quod hodie frigidi Anabapti-
stæ ad unum usq; protrudunt.

SUMMARI LOCI.

- 1 Prærogatiua Iudeorum est, eos prius ad illuminan-
dum per Euangelium prouocari, quàm gentes.
- 2 Euangelium non solum est doctrina pro Iudeis: sed
etiam pro gentibus, ut uerum fiet, Euangelium esse uni-
uersalem doctrinam.
- 3 Gentes quanq̃ posterius ex misericordia ad Euange-
lium uocatæ: tamen pro accepta Euangelij gratia, erunt
gratissimæ, non solum uerbis, uerum & factis.

Surge.

EXPLICATIO I LOCI.

Primus locus est de prærogatiua Iudeorū, ex qua
illis Euangelij gratia prius adiecta fuit, & aduenit
etiam, quàm gentibus: ait enim propheta in hac epistola:
Surge illuminare Hierusalem. Postea de gentibus inquit:
Et ambulabūt gentes in lumine tuo. q. d. Esaias, quod ad
te pertinet, quod tibi propriè promissum est, et ad te spe-
ctat propriè: illud in quā postea abibit ad gentes, ad quas
Euangelium propriè non pertinet, quæ sunt ab alienati
populi à testamentis Dei, non habentes deum in hoc mō-
do, ad Ephesios 2.

De hac Iudæorum prærogatiua loquitur Apostolus ad Rom. 3. Quid igitur habet, in quo præcellat Iudæus & aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Nam primum quidem illud, quòd illis cõmissa sunt oracula Dei.

Ad Ro. 9. qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio, et gloria, & testamenta, & legis constitutio, & cultus & promissiones: quorum sunt patres, & hi ex quibus est Christus, quantum attinet ad carnem &c. Ad Ephes. 2. Confert Paulus prærogatiuam Iudæorum cum indignitate gentiũ. Et Christus in Ioãne ait: Salus ex Iudæis est.

Monemur et circa primum hunc locum, quàm tenax sit deus suarum promissionum, qui quia promiserat Iudæis Euangelium in Christo: id nunc seruat per prophetam, ad sæpe promissam Euangelij gratiam exhortans Hierusalem.

Surge.

Adhortatio ad suscipiendũ oblatum Euangelium. Et quia Hierusalem iubet surgere ad Euãgelij lumen, ostendit eam in tenebris absq; lumine iacere.

Illuminare.

Occupationem accedit hoc uerbum, ut excludantur Hierusalem merita. Illuminare scilicet Euangelio ex promissione nunc oblata.

Quia uenit.

Ætiologia cur Hierusalẽ surgere debeat, sumpta ab oblata

IN EPIST. IN FERIIS

oblata nunc Euāgelij gratia, diu ante pmissa. Venit uerbum, excluduntur merita, & stabilit promissionem cum gratia & c.

Lumen Euāgelium uocat, primum ab effectu, qui est illuminare alios: deinde quia natura est lumen.

Tuum magnam habet Emphasim, hoc est, tibi pmissum. Pronomine tuum, ualde exaggerat prerogatiua uideorum.

Et gloria Domini.

Euangelium quod prius lumen uocauit Esaias, nunc gloriam domini uocat, idq; ab effectu, qui est glorificare alios, uel alios gloriosos reddere. Aut intelligit Esaias p gloriam domini, quicquid bonorum habet Euangelium, qualia dona esse possunt, cognitio dei, iusticia, pax conscientiarum, uita æterna.

Orta est.

Excluduntur propria merita. Metaphora sumpta est ab ortu solis diei, ad quem de suo nemo quicquam addit.

Quia ecce tenebræ.

Ætiologia qua illustrat et amplificat propheta Euāgelij lucem super Hierusalem exortã, ut cleuet magnitudinem gratiæ Iudæis pro gentibus exhibita. Nē potest hic locus esse collatio Iudæorum qui tanto lumine sunt donati, & gentium in tenebris ambulantium.

Caliginem uocat extremam ignorantiam Dei, ueræ iusticiæ, & carentiam luminis Euangelij.

per

Per populos sine dubio intelligit Gentes, à gratia alienas, & in ipsis tenebris ambulantes.

Super te autem.

Specula prærogatiuam Iudæorum, & magnitudinem gratiæ in Iudæos præ gentibus. Extollit Esaias Iudæos à magna gratia illis exhibita, quo eos ad gratiarum actiones prouocet.

Rursum deicit gentes, ut quæ postea ex misericordia uocatæ quoque sint gratæ.

Dominus.

Euangelij lux, cuius autor est Dominus.

Et gloria eius.

Quicquid boni habet Euangelium.

Et ambulabunt gentes.

EXPLICATIO II. LOCI.

HActenus Esaias egit de illuminatione Iudæorum, per Euangelium. Item de Iudæorum prærogatiua: nunc secundo hoc loco de uocatione gentium aget ad idem Euangelium, quæ quanquam non sint filij Abrahamæ secundum carnem, alieni à testamentis dei, non habent Deum in hoc mundo, nullum propriè promissum lumen (ait enim propheta, & ambulabunt Gentes in lumine tuo) tñ ex misericordia uocantis Dei facti sunt participes Euangelij.

Quomodo autem gentes ad Euangelij lumen admisi si peruenerint, et quibus ex causis, satis docet Apostolus

IN EPIST. IN FERIIS

ad Ro. 10. et 11. De multis rebus monemur circa hunc locum: Primū, Euangeliū esse uniuersalem doctrinā, hoc est, non solum pro Iudæis, sed & pro Gentibus, i. pro omnibus hominibus. Deinde Ecclesiā non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus constare. Tertio, Gentes ex misericordia dei ad Euangelij lucem admissas fuisse. Vnde et ad immensas gratiarum actiones hic prouocantur. Constat etiam hic se debent Gentes, quia ex hoc loco certè sunt de sua ad Euangelium uocatione.

Ambulabunt, id est, scribō & cum gaudio acceptabunt Euangelium. Gentes.

Populus tenebris & caligine obductus, alienus à testamentis Dei & c. ad Ephe. 1.

In lumine tuo.
Tibi propriè promisso. En indignitatem Gentium, non habentium lumen propriè promissum. Tuo aut ualde Emphaticòs.

Splendorem euāgelium uocat. Et tui emphasim quoque magnam habet.

Leua in circuitu.
Quæ sequuntur, ostendunt Euangelij propagationem per totum terrarum orbem. Itē, indicant Ecclesie dilatationem: Item Euangelij libertatem insinuant, quod non ad certum populum aut regionem certam alligatum erit, quemadmodum lex alligata fuit.

Omnes de Saba uenient.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus est de gratiarum actionibus, quibus Gentes se gratas exhibebunt, pro illuminatione per Euangelium facta. Gratias igitur agent, non solum uerbis domino annunciantes laudem, confitentem Euangelium, alios euangelium docentes &c. Verum & factis erunt gratæ, hoc est, suis bonis & diuitijs iuuabunt, ut Euangelij & dñi gloria propagetur. Possunt hic quædam dici de presentibus Epiphanijs ferias.

IN EPISTOLAM ACT.

CAP. IX. QUAE LEGITUR

in ferijs Conuersionis Pauli.

Agitamus hodie ferias Conuersionis diui Pauli, quas cur sacras seruemus, hic dicendum uenit. Primum, quia conuersio diui Pauli in sacris literis diligentissime scripta extat, ueluti in hodierna epistola, quæ ferè nihil aliud tractat, nisi quomodo diuus Paulus acerrimus Ecclesie dei & gratuita per Christum iusticie persecutor, ad Ecclesiam conuersus sit, & gratuitam Christi suscepit. Acerrimus quidem persecutor ille, sicut de se ipso testatur ad Gal. 1. Audistis enim meam conuersationem quondam in Iudaismo, quòd supra modum persequebar Ecclesiam dei, & depopulabar illam. At Christus longè acrior acerrimo persecutore Paulo opifex, potuit sibi ex uase indigno electum uas parare.

IN EPIST. IN FERIIIS

Deinde celebres seruamus has ferias, quia nū̄ inutile uisum est ueteribus, qui has ferias conuersionis diuini Pauli instituerunt celebrandas, ut esset certum tempus in Ecclesia, quo moneremur de ratione conuersionis omnium impiorum ad Euangelij cognitionem, quæ ratio in præfenti epistola uiuacissimè ob oculos ponitur, & in Paulo conuerso expressissimè, ut ita loquar, conspicitur.

Tandem sacras tenemus has ferias, ut liceat his feriis omnibus miseris ac cæcis peccatoribus spem suæ conuersionis facere, ne de gratia aut sua conuersione desperent, quasi conuerti non possint. Si enim Paulus supra modum persequens Ecclesiam Dei conuerti potuit, quanto magis uel similes illi, uel inferiores illo.

Offert & præfentis diei festum de conuersione Pauli, nobis occasionem monendi temerarios illos Christianos, qui statim reijciunt & damnant inimicos uerbi & persecutores, quasi conuerti non possint.

Cæterum tota præfens epistola est perpetua quædam narratio conuersionis Pauli, in qua exactissima quædam forma, quomodo impij conuertantur, præscribitur. Locos ergo summarios placet ex forma ipsa, idè ex perpetua textus serie, colligere.

SVMMARII LOCI.

1 Inimici ac persecutores uerbi sumus, antequam ad uerbum conuertimur, exemplo Sauli.

Voce spirans exprimitur studium in Saulo persequantur dē

di discipulos Christi. Et se studio ac zelo quodam contra
 pios laborasse, ipse de se testatur etiam aliàs, ut ad Gala.
 cap. 1. & priore ad Cor. 15.

Et cum iter faceret.

2 Occasione tantum conuerimur, non meritis nostris
 exemplo Pauli, qui uocatus est ad conuersionem, quum
 iter faceret, & nihil minus cogitaret futurum. Iter face=
 ret, occasio notatur & excluditur meritum. Notat et oc=
 casionem uerbum contigit, item particula subito.

Et subito circumfulsit eum

lux de cœlo.

3 Alia atq; alia ratioe, alijs atq; alijs medijs, alio atq;
 alio tempore, ab alijs atq; alijs personis uocantur alij at
 que alij ad conuersionem.

Lux de cœlo. Hæc uocatio Pauli miraculose cõtigit.
 Simplicior uocatio est & cõmunior, quæ fit per uerbũ
 audibile seu per ministeriũ uerbi, de qua uide 10. ad Ro.

Ego sum Iesus.

Cum reliqua membra persecutionem patiuntur, pa
 titur & Christus caput.

Durum est tibi.

4 Non facilè est cõverti ad Christum seu Euangeliũ
 imò durum & difficilè. Vnde certum est conuersionem
 esse donum Dei singulare.

Et tremens.

5 Vocati ut cõuertantur, exemplo Sauli, non diu desi

IN EPIST. IN FERIIS.

berare debent, sed statim in has uoces prorumpere: Domine, quid me uis facere?

5 Tremor & stupor uulgares sunt effectus, seu res cognatae, quae sequi solent uocationem factam.

Et dominus ad eum.

6 Et quanquam saepe miraculose uocentur hoies ad conversionem, hoc est, alio medio, quam illo uulgari, quod fit per ministerium uerbi, tamen adhuc potior uocationis pars uocali uerbo cedit. Sic Christus miraculose uocatum Saulum, tamen uult eum ingredi in ciuitatem, ut audiat uocale uerbum, è quo cognoscat uoluntatem dei.

Dicetur tibi. En uocale uerbum.

Viri autem illi.

7 Quòd homines conuertantur, auire quidem licet, item uerbum, per quod conuertantur, quomodo autem et qualiter conuersio accidat, sensibus humanis percipi non potest. Ioan. 3. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis: sed nescis unde ueniat, & quò uadat.

Surrexit autem Saulus.

8 Vocatos ad conuersionem oportet prorsus apertis oculis caecos fieri, ut nihil uideant, id est, oportet eos abijcere oculum humanae sapientiae, perpetuo praesumentis iustificare uerbum, quo uocamur, idque exemplo Sauli.

Erat autem quidam.

9 Per praedicatores homines uocati discunt uoluntatem Dei, igitur dominus iubet Ananiam ire ad Saulum.

Respon

Respondit autem Ananias.

10 Conuersis ab impietate non facile credimus, exemplo Ananæ &c.

Dixit autem ad eum Dominus.

11 Conuersis non est negandum uerbum, et porro maior institutio, quia facta sunt electa uasa ad confitendam ueritatem &c.

Ego enim ostendam.

12 Cōuersi non debent esse solliciti pro cruce, pro qua Dominus ipse uiderit. Abiit autem Ananias.

13 Verum in rebus dei uisum accipiunt uocati ad cōuersionem, quando à sinceris prædicatoribus apertius erudiuntur, & spiritu sancto implentur.

Et surgens baptizatus est.

14 Vocati ad cōuersionem opus habent baptismo, qui est primus gradus in regnum coelorum. Sic Pau. baptizatus fuit.

Et continuo ingressus &c.

15 Homo ad fidē cōuersus non potest tacere, quin gloriam Christi prædicet, exemplo Pauli, qui continuo ingressus in synagogas prædicauit Christū esse filiū Dei.

Stupebant autem omnes.

16 Mira res est, et digna sanè stupore, hominem prorsus impium conuerti.

Saulus autem &c.

17 Quanto homines magis stupent & mirantur super conuersione piorum, tanto pij magis conualescunt.

IN EPIST. IN FERIIS.

Cum autem completi essent.

18 Conuersos sequitur crux, ideo Iudæi incunt consilium, ut Paulum interficiant. Cum autem uenisset.

19 Conuersos non debet pudere fratrum, igitur Paulus uenit Hierusalem, & tentat se adiungere discipulis.

Libere agens in nomine Domini.

20 Conuersi & maximè prædicatores liberè debent confiteri ueritatem.

IN EPISTOLAM MAL

CAP. III. QV AE LEGITVR

in ferijs Purificationis Mariæ.

QU IA legitur in hodierna epistola. Et ueni et statim ad templum suum dominator, quem uos queritis, & quia Christus à uentre in templum hac die deductus fuit, ut faceret secundum consuetudinem legis pro eo, igitur hodierna epistola ad præsentem feriis fuit ordinata à ueteribus. Verum quia præsens epistola & locis insignibus & uerbis referta est grauius. Quare omissa proluxa præfatione de ratione ordinatæ epistolæ ad præsentem feriis, insignes illos locos & uerba grauiora uidebimus.

SUMMARI LOC.

1 Ut Christus, patre sic disponente, uenire in hunc mundum non debuit, nisi Ioannes præcursor præcederet, ita Euangelij nullus admodum fructuosus est usus, nisi legis prædicatio præcedat.

Quemada

2 Quemadmodum utilissimum est, Ioannem præcur-
sorem præcedere, ita periculosissimum est, Christum nõ
statim sequi Ioannem.

3 Aduentum Christi incertum esse uoluit Deus pater,
ne Iudæi redderentur securi.

4 Coram Christo nihil subsistere potest, neq; sanctimo-
nia propria, neq; iusticia &c.

5 Purgati à Christo primum placent Deo, placent &
illorum opera Deo, quæ grata sunt Deo sacrificia, qui-
bus purgati & iustificati per Christum, testantur de sua
purgatione, & iusticia in Christo accepta.

Ecce ego mittam.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus proponit nobis officium Ioannis præ-
cursoris Christi, quod est Christo præparare uiam.
Et quia Ioannes præcurrere debuit Christum, & ut præ-
curreret eum, sic disposuit pater. Oportet id non sine ma-
gno mysterio esse factum, & reuera uel ideo factum est,
quod pater certò præuiderit, Christum Euangelij præ-
dicatione parum effecturum, nisi Ioannes legis prædica-
tione præcederet, Christo præpararet uiam, & omnia ob-
stacula, quæ essent impeditura Christum, semoueret.

Longè itaq; se extendit hic primus locus: Primò ostē-
dit Euangelij prædicationem non admodum fructuosam
esse sine legis prædicatione, immo sæpe inutilem, sæpe
perniciosam. Secundo monet, Euangelium prædicaturum

IN EPIST. IN FERIIS

à lege exordiri debemus. Tertio docet legis prædicationem, occasionem esse ad Euangelium cum fructu percipiendum & c.

Perinent huc scripturæ loci, qui prædicta confirmant. Sic Christus Lucæ ultimo, uult sub nomine suo prædicari pœnitentiam, & remissionem peccatorum. Sic Christus suam prædicationem exorditur Matth. 4. Respondeat illi, quoniam instat regnum cœlorum. Matth. 13. bona illa terra sunt, qui semen ad fructificandum excipiunt, qui legis prædicatione prius bene proficiunt, & parati sunt. Nathan solaturus Dauidem, prius legis prædicatione terret, & ad peccati cognitionem abducit.

Ecce. Attentionis particula.

Ego mittam.

Qui scio id & bonum & necessarium esse.

Angelum meum.

Meo iussu missum. Angelus non naturæ nomē est, sed officij Et præparabit uiam.

Hoc est, quicquid erit magni, alti, sancti & c. tollet, iuxta illud Esa. 40. Omnis uallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, omnis caro scœni, et omnis gloria eius, quasi flos campi, exiccatum est scœnum, & cecidit flos, quia spiritus domini sufflauit in eo.

Est igitur uiam dom'no præparare, propriam sancti moriam, propriam fiduciam, propriam iusticiam, propriam

priam in carne gloriam, & quicquid est his dictis finale tollere. Nā talia obstacula sunt, quæ impediunt Christum aduenientem. Quare & Malachias. 4. cap. ait: Et conuertet corda patrum ad filios, & cor filiorum ad patres, hoc est, hæc erit præparatio Ioannis, ut doceat filios, quò propria sanctimonia & iusticia deposita, exemplo patrum suorum credant in Christū, qui coram Deo sanctos & iustos facit. Postea est uiam præparare domino, prædicare etiam poenitentiam exterioris uitæ, ut hæc mutantur in melius. Agere enim poenitentiam, nō solum ab externis uicijs recedere: sed potius animi impietatem deponere.

Et statim ueniet.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus circumstantia temporis docet, mutua & cognatam Ioannis præcursoris & Christi sequelā: utilissimum quidem est Ioannē præcursorem præcedere, si statim sequatur Christus: at periculosissimū si non sequatur. Ioānes præcursor sua prædicatione potest detegere & ostendere peccata: uerum tollere nō potest, ut autem tollantur, opus est Christo. Item prædicatione Ioannis non nisi terret, imò grauis et nimia adigit ad desperationem, quare ut Christus statim sequatur, & conscientias à desperatione uindictet, necessarium est.

Ante faciem tuam, et ante te uocess, apud prophetas et

EVANG

IN EPIST. IN FERIIS

Euangelistas idem uolunt, quod hic particula statim.
Monet secundus locus, prædicationem Ioannis periculosa esse pro conscientijs, imò cōscientiarum carnis ficinam, nisi statim sequatur Christus, aut Euāgelij prædicatio. Ideo & Christus connectit pœnitentiam & remissionem peccatorum Lucae ultimo. Item Matth. 4. Resipiscite: instat enim regnum cœlorum. Et Ioannes prædicando legem, simul monstrauit & Christum. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.

Ad templum suum.

Christum spiritualem regem, & templum eius spirituale insinuat propheta.

Quem uos quæritis.

Notat studium patrum pro Christo.

Et angelis testamenti.

Qui annunciabit uobis testamentum & pactum gratiæ duraturæ in æternum. De hoc testamento seu pacto, lege Iere. cap. 31. Et Ezech. capi. 35.

Et quis poterit.

EXPLICATIO III. LOCI.

Circa tertium hunc locum tractari solet quæstio, quæ deus non certum aliquem diem aduentus filij sui constituerit? Ad quæstionem respondeo, sicut & ad quæstionem de incertitudine temporis postremi aduentus semel atq; iterum respondi, ne homines certo tempore constituto redderentur securi.

Et

Et quis stabit ad uidendum eum ?

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus maxime aduersatur omnibus hypocritis et iusticiarijs, qui ficticijs suis operibus opinata sua iusticia & sanctimonia, & mendaci cultu Dei, coram Christo non subsistent. Oportet enim prædicta omnia coram Christo corruere, non aliter atq; fœnum et stipulam.

Ante aduentum Christi, facticia opera nullū non splendorem habent, propria iusticia & sanctimonia, merum ac purum argentum apparent, cultus mendaces gloriosi sunt &c. At adueniente Christo, uno interitu ruunt ista omnia, & nihil sunt. Christus enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, sedebit conflans et emundans argentum, hoc est, quicquid sanctum, quicquid propriæ fiduciæ & iusticiæ, quicquid mali in nobis erit, purgabit, & parabit sibi ex nobis pura uasa, in quibus ipse habitabit cum sua sanctitate & iusticia.

Spectant huc similes scripturæ loci. Esa. 40. Omnis uallis exaltabitur, & omnis mons et collis humiliabitur. Ibidem. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos campi. Exiccatum est fœnum, et cecidit flos, quia spiritus domini sufflauit in eo. Per spiritum intellige spiritum sanctum, qui iuxta suum officiū Ioan. 16. arguit mundum, de peccato, de iusticia & iudicio.

Priore ad Corinth. 3. Dies enim declarabit, quod in igne

IN EPIST. IN FERIIS

igne reuelatur & cuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Id est, examen conscientiae quod incipit praedicatione Euangelio. Ad Ro. 1. Palam enim fit ira de caelo, aduersus omnem impietatem et iniusticiam hominum, qui ueritatem in Christo seu Euangelio.

Et quis.

Scilicet quantumuis sanctus, iustus & probus sua opinione &c.

Auidendum eum.

Scilicet, qui non suffundetur, et multum deiciet eum sua sanctitate & iusticia.

Ipsa enim.

Aetiologia cur nemo stabit ad uidendum Christum, sumpta à natura Christi & officijs. A natura qua non potest ferre propriam sanctimoniam & iusticiam, tanquam res ad salutem coram Deo ualentes. Ab officijs Christi, quae sunt, conflare & emundare quicquid est in nobis propriae sanctimoniae atq; iusticiae, & sic quicquid mali in nobis. Christum esse ignem constantem, et herbam fullonis, naturae sunt uocabula.

Argentum uocat quicquid magnum & splendidum in nobis est iudicio carnis, et maxime ea argentum dicit, quae praetendimus salutis praesidia opponere deo.

Et purgabit filios Leui.

Non solum prorsus impios: sed etiam eos, qui uerbi
alia

aliquam cognitionem habent, sed aliquantulum sunt pij.

Quasi aurum & argentum.

Insinuat purgationem non leuem, verum consummatam.

Eterunt domino offerentes.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus recenset effectus seu comoda purgationis per Christum factam, illa sunt: ut simus puri, sancti & iusti coram deo: ut placeamus deo, placeant et Deo omnia opera nostra, simus apti ad offerendum Deo sacrificia in iusticia, hoc est, nos iusti facti per Christi purgationem, pro accepta in Christo iusticia. Ad Roman. cap. 8. Iustificati per fidem, pacem habemus per dominum Iesum Christum. Ad Roman. cap. 5. Per Christum nunc reconciliatiorem assecuti sumus, Ad Roman. Nulla nunc condemnatio his qui sunt in Christo.

Sacrificia de quibus loquitur propheta, sunt omnia bona opera, eorum qui a Christo sunt purgati & iustificati: illis agunt Deo gratias pro accepta in Christo purgatione & iusticia.

In iusticia, id est, ipsi iusti, pro accepta iusticia. Hinc etiam iustorum bona opera sacrificia iusticie in scriptura dicuntur, quibus iusti de sua iusticia in Christo accepta, testantur &c.

IN EPISTOLAM ACT.

CAP. I. QUAE LEGITUR

in Ferys Matthie Apostoli.

IN EPIST. IN FERIIS

PRAESENS epistola conuenit cum praesentibus ferijs, quae diui Matthiae Apostoli inscribuntur. Si quidem ostendit epistola quomodo Matthias, cuius ferias hodie celebramus, ad munus Apostolatus uocatus sit, in locum Iudae proditoris, qui uitam laqueo finierat. Nolu- erunt autem ueteres diui Matthiae Apostoli ferias esse ce- lebres, fortassis ut certum tempus existeret in Ecclesia, quo ageretur, de uocatione ministrorum uerbi, ad praedican- di munus. Quae uocatio quid sit, & quid sibi uelit, unde sit, quomodo fieri debeat, et per quos qui uocari debeant, quotuplex sit, & quae eius operationes, hac hora absol- uam, & si quid temporis reliquum fuerit, adijciam & speciales ac summarios totius epistolae locos.

DE uocatione.

Vocatio & ordinatio idem hic sonant. Vocationis seu ordinationis ministrorum uerbi non unus mos apud ueteres, sed uarius. Apostolus praecipit Tito, ut in uicinis locis constituat praesbyteros, unde liquet pastores olim ordinatos fuisse a pastoribus. Apostoli sorte elegerunt mi- nistros, sicut habet hodierna epistola. Ex hystorijs & de- cretis constat Ecclesiam elegisse & uocasse pastores: uici- nos autem episcopos uocatos & electos approbasse. Hic mos extat lib. 8. Tripartitae historiae. De hoc more memi- nit et Cyprianus epistola 3. Quando episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi uniuersi suffragio eligitur

eligitur. Epistola 4. Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis, & Deum metuens, à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quando ipsa maxime habet potestatem uel eligendi sacerdotes, uel indignos recusandi. Plura post hæc inuenies apud Cyprianum. Approbatio electi episcopi ex Nicæna synodo, à uicino episcopo, aut uicinis, ad omnes prouinciales abiit, quæ constitutio cū & ipsa esset difficilis, tribus cessit approbatio, uel præsentibus, uel per scripta consentientibus. Dist 64. Ca. Episcopi.

Cæterum ut omnia ordine fierent, & præter tumultum, uocatores & electores fuerunt ministrorum, qui us ab Ecclesia committebatur.

Est itaq; uocatio ministrorum ordinatio seu electio ab Ecclesia facta, uel ab illis, quibus ab Ecclesia committitur, ut electi & ordinati purè prædicent, & sacramenta castè distribuant, simulq; inuigilent, ut in Ecclesijs oïa fiant cum decoro & ordine. Habent enim pastores propter hunc dictum finem, potestatem ordinandi cæremonias, uerbo non contrarias. Siquiem oportet in Ecclesia esse certas cæremonias, quibus rudiores ad internam pietatem abducantur, & apud pietatem retineantur, ne redantur segnes.

Causæ sunt uocationis ministrorū. Vocatores seu electores, quibus ab Ecclesia commissum est. Et approbatores uicini episcopi.

IN EPIST. IN FERIIS

Forma uocandi et eligendi pastores sumitur à ritu ueteris Ecclesie. Personæ, quæ uocantur & eliguntur, quales esse debeant, satis docet Apostolus ad Timotheum & Titum, & quæ Apostolus habet, approbat decretum Dist. 25. Ca. Vnū orarium. Dist. 24. Ca. Episcopi Dist. 13. Ca. Tales. Et his igitur.

Finale causæ & operationes, ad quas uocantur & eliguntur pastores, hæc sequentes sunt:

Prædicare uerbum purè.

Distribuere sacramenta purè et castè.

Absoluere potestate clauium alios.

Excommunicare publicis criminibus obnoxios.

Recipere excōmunicatos uolētes ad Ecclesiā redire.

Ordinare cæremonias uerbo non contrarias, ut oīa cum decoro & ordine fiant in Ecclesie coetu &c.

Et iuxta præscriptam methodum, & diuus Matthias electus fuit, & eligi debent omnes pastores.

SUMMARI LOCII HVIVS EPISTOLÆ nunc sequuntur.

1 Iudæ Euentus nō temere accidit, sed ex uaticinio prophetarū: quare Euentus scripturæ nō sunt temerarij, neq; casu accidunt, sicut reliq; pphanarū historiarū euentus.

2 Acerrimas & maximas dant poenas inimici & persecutores Christi: exemplum habes in Iuda, qui uitam laqueo finiuit, & medius crepuit.

3 Ex Ecclesia noti ministri eligēdi sunt, nō peregrini: quare

quare Petrus in locum Iudæ apostolum eligi uult, qui apud Christū et reliquos pios uersatus est aliquandiu.

4 Ministri uerbi precibus peti debent à Deo: igitur orantes dixerunt: Tu domine &c. Et Christus Mat. 9. ait: Rogate dominū messis, ut extrudat operarios &c.

5 Olim sorte electi fuerunt ministri uerbi, idēq; apostolorum tempore. Postea suffragijs Ecclesiæ, sic adhuc hodie eligi debent.

IN EPISTOLAM ESA

CAP. XI. Q. VAE LEGITVR

in ferijs annunciationis Mariæ.

Occasio, qua moti fuerunt ueteres ad ordinandam hanc ex Esaia epistolam, ad præsentem Annunciationis Mariæ ferias, hæc esse uidetur, quia in principio huius epistolæ propheta mentionem facit uirgæ de radice Iesse, & floris de eadem radice descendente, hoc est, Mariæ de stirpe Iesse, & Christi filij ex Maria de stirpe Iesse prodituri. Huic ergo Mariæ hac die ab angelo Christus Iesus concipiendus annuntiatus fuit.

Agit uero in genere tota hodierna epla, Ex qua stirpe nasci debuerit Christus: nimirum de stirpe Iesse, & illa serè extincta, quia de radice seu trunco, ut impleretur propheta Gen. 39. De tempore aduentus Christi: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de scemore eius, donec ueniat, qui mittendus est.

IN EPIST. IN FERIIS

Deinde agit, qualis rex erit futurus Christus ex stirpe Iesse proditurus, nimirum rex spiritualis: igitur ait propheta: Et requiescet super eum spiritus Domini.

Rex autem hic spiritualis Christus non erit leuis quaedam persona, aut nullis donis prædita. Donata enim & ornata erit à spiritu sancto multis donis: nimirum sapientia, intellectu, consilio, fortitudine, scientia, & timore filiali. Huius ornatus & donationis ex multis donis meminit & David Psal. 44. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo læticiæ, præ consortibus tuis. i. spiritu sancto & donis huius.

Porro qualis nunc rex est Christus, nempe spiritualis, talem et iusticiam tribuit ei propheta, ut iudicare non secundum uisionem oculorum, non arguere secundum auditum aurium, sed iudicare in iusticia pauperes, & in æquitate arguere pro mansuetis terræ &c.

Tandem qualis rex est Christus, & qualis eius iusticia, tale & regnum habet, uidelicet spirituale, quod non armis et gladijs paratur aut instituitur, sed per ministerium uocalis uerbi, per quod erit efficax operator in oēs impios & pios: in impios, eos occidendo & mortificando: in pios, eos per uerbum conseruando.

Et hæc generalis quaedam huius epistolæ summa est. Speciales sunt huius epistolæ loci hi sequentes.

1. Christus ex semine Dauidis nasci uoluit secundum carnem, propter uarias huic semini de Christo factas promissiones

missiones. Virga significatur Maria. Flore Christus. Radix notat, quo tempore Christus nasci uoluerit, nimirum regno iam amisso, et radice iam desperata. Florem Christum uocat, regem florentem atque felicem.

2 Christus omni genere ditissimus rex erit et spiritualis. Rex spiritualis erit Christus, igitur super eum requiescet aut cubabit spiritus, non caesar, non rex aliquis terrestris. Itē spiritualis erit rex, quia spiritus dona habebit.

Domini adijcit differentiae loco.

Spiritum domini uocat, quem mittit dominus.

Spiritum sapientiae appellat per metonymiam, donum sapientiae. Et sic de reliquis. Hinc spiritus sapientiae est donum sapientiae, cuius autor est spiritus.

Donum sapientiae est, quo cognoscimus uoluntatem Dei, et ea quae Dei sunt.

Donum intellectus est, quo intelligimus, quae sit uera Dei uoluntas, quae non.

Donum consilij est, quo in cruce persistimus, et scimus quod sit fugiendum, ne desperemus.

Donum fortitudinis est, quo uincimus in tentatione.

Donum scientiae est, quo nouimus iudicare, quae in communi uita bona uel mala sint.

Donum timoris est, quo reseruantur ab inflatione, ne uarijs donis donati inflemur.

Quidam adeo in angustum ex hoc loco redigunt spiritus sancti dona, quod his iam dictis non plura esse con-

IN EPIST. IN FERIIS

tendant: sed errant &c.

3 Iusticia Christi longè erit diuersissima à iusticia mūdi. Mundus iusticiam habet, quam colligit ex iudicio secundum uisionem oculorum, & secundum auditum aurium. At Christi iusticia est, quæ non est neq; oculis neq; auribus exposita.

4 Regnum Christi nec armis aut gladijs paratur, nec regitur: sed prædicatione uocalis uerbi. Ideo ait propheta. Et percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorū suorum interficiet impium. Regnum igitur Christi spirituale est.

5 Iusticia & fides in regno Christi arma sunt, quibus uincuntur omnes contra hoc regnum hostes.

IN EPISTOLAM SAP.

CAP. V. QUAE LEGITUR IN
Ferijs Apostolorum Philippi & Iacobi.

HÆC Epistola quæ ex 5. cap. Sapientie his ferijs Apostolorum Philippi & Iacobi deputata à ueteribus fuerit, dictu non est facile. Quantum uero ego diuinare potui, hæc fortassis causa fuit, quia præsens epistola agit de iustis, quomodo illi stabunt in die iudicij, & post hanc uitam in magna constantia, aduersus eos, qui se angustiauerunt. Philippus autem & Iacobus iusti fuerunt, & nullas non angustias ab aduersarijs ueri

ueritatis tulerunt: quare futurum aliquādo, ut in die iudicij, & post hanc uitam, in magna constantia aduersus suos angustiatores stabunt.

Cæterū ut & nos inde solatia habeamus, non erit dubium, si & nos iusti fuerimus, etiamsi extremæ angustie in his terris premant nos, quin post hanc uitam exemplo Iacobi & Philippi, atq; adeo omnium iustorum, in magna constantia aduersus nostros inimicos & persecutores stabimus.

SVMMARY LOCI.

- 1 Iusticia Christi iusti, etiamsi hic in terris angustias & persecutiones patientur, tamen post hanc uitam, habebunt æternam beatitudinem: è contrà, persecutores et inimici iustorum, etiamsi in hac uita optimè habebunt, tamen post hanc uitam sentient sua tormenta & horribiles cruciatūs &c.
- 2 Beatitudo & felicitas piorum in hac uita tecta est cruce, nec est exposita oculis: igitur ab omnibus habentur risui, tanquam illi, quorum Deus oblitus sit, & nullam agat curam. E contrà, impiorum beatitudo & felicitas in hac uita caret omni cruce, & est exposita oculis: igitur ab omnibus commendantur impij, & in magna æstimatione sunt, tanquam illi, quos diligit Deus, & quorum agat curam.
- 3 Dies iudicij primum declarabit, qui sint uere beati & felices, & qui non.

IN EPIST. IN FERIIS

Tunc stabunt iusti.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus agit de recōpensatione et refrigerijs quæ habebūt iusticia Christi iusti post hanc uitā, è contrā agit de præmijs, quæ post hanc uitam auferent impij ac persecutores iustorum.

Multa autem insignia dogmata ludunt circa hūc primum locum: Primum hic agi potest, qui sint illi iusti, de quibus hic loquitur Sapientie liber, nimirum illi: qui iusticia Christi sunt iusti, & propter huius iusticiae confessionem, multas angustias ferunt. Et quos hic iustos uocat autor huius libri, Matthæus capite quinto beatos uocat, Christus Matthæi capite uicesimo tertio, sic iustorum & beatorum sanguinem effusum iustum appellat, uide licet propter iusticiam effusum.

Secundo hic dicendum est de iusticia ut causa omnis persecutionis iustorum in hoc mundo.

Tertio, de causis constantiæ seu gloriæ illius, cuius hic meminit presens epistola, & quam iusti post hanc uitam possidebunt: Cause non sunt opera nostra, nec merita, sed promissio Dei, qua addicit iustis in terra ad afflictis constantiam & gloriam.

Quarto agendum est circa hunc locū de iniustis, qui post hanc uitam sentient horrores & poenas. Iniusti itaque sunt, qui iusticia Christi non sunt iusti. Itē, quæ causa sit, ex qua cōmoueamur iniusti ad persequendum iustos,

stos, ea est: gratuita Christi iusticiæ confessio. Item, quæ
pœnarum & horroꝝ in iniustis causæ.

Stabunt gloriæ uerbum est.

Iusti sunt, iusticia Christi gratuita iusti.

In magna constantia. Hæ uoces circumloquuntur
uitam æternam, plenam omnis gloriæ & perfectionis.

Aduersus eos.

Qu. d. Contraria sentient iniusti ac impij persecuto-
res, hoc est, uitam plenam calamitatibus. Angustiandi
uerbo exprimit extremam persecutionem.

Et qui abstulerunt labores eorum.

Hoc est, qui usi sunt creaturis in summis delitijs, tan-
tum in iustorum usum creatis. i. ad Timoth. 4. Iubentiu
abstinere à cibis, quos Deus creauit ad sumendum cum
gratiarum actione fidelibus.

Videntes turbabuntur.

Videre, turbari, mirari, gemere, dicere, pœnitentiã
agere, et similes uoces ad adfectus conscientie referendæ
sunt, quod iniusti sic erunt in consciētij adfecti. Et pœ-
næ hic omnes, conscientie sunt pœnæ.

Turbabuntur timore horribili.

Periphrasis atrocissimæ pœnæ. Est hic locus descri-
ptio atrocissimarum pœnarum, quas sentient impij post
hanc uitam.

Pœnitentiam agentes.

Id est, pœna persoluentes suas persecuciones in pios.

Hi sunt &c.

IN EPIST. IN FERIIS.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus potissimum occupatus est in prode-
da causa, quur beatitudo & felicitas piorum in hac
uita non cernatur, & quur pij ab omnibus ut inbeati &
infelices iudicentur, ea uero est: quia beatitudo & felicia-
tas piorum tecta est cruce. E contra, prodit hic secun-
dus locus causam, propter qua beatitudo & felicitas im-
piorum spectabilis sit in mundo, et quur impij in hac ui-
ta ab omnibus beati & felices iudicentur, quia beatitudo
et felicitas impiorum caret cruce, et est oculis exposita.

Docet praeterea hic locus, pios gaudia & premia in
hac uita fere nulla habere, post hanc uero uitam amplissi-
ma: E contra, impios in hac uita habere multa gaudia,
& post hanc nulla.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus tertius de tempore disputat, quo manifestabi-
tur primum beatitudo & felicitas piorum, et e con-
tra, poena & infelicitas impiorum. In hac uita, quia Ec-
clesia commixtos habet uere iustos et hypocritas, igitur
non est facile pronunciare, qui sint uere beati, et qui no.
Quam difficultatem etiam Christus expressit in parabo-
la Matth. 13. cap. de sparso bono semine, & superfemina-
ta zizania: in qua parabola uult simul excrescere bo-
nos & malos, usq; ad diem iudicij, in quo primum per
angelos segregabuntur boni a malis, tum primum inno-
tescet, qui uere beati sint coram Deo, & qui non.

Mundus

Mundus decipitur externa fortuna piorum, & hinc eos infelices & coram Deo & hominibus iudicat: at fallitur suo iudicio. Felicitas enim piorum testis est formis crucis: quare si recte uellet iudicare mundus, sic iudicare deberet. Pij in hac uita infelices sunt: ergo uere sunt beati coram Deo.

IN EPISTOLAM ESAIAE

CAP. XLIX. QVAE LEGITVR

in ferijs Ioannis Baptistae.

DIGNVM Quidem admiratione est, quod ueteres praesentem ex Esaia lectionem, ad Diui Ioannis Baptistae ferias accommodauerint, cum tamen egregia uaticinia in prophetis de Ioanne Baptista & eius officio habuerint, ut Esaiae capite 40. ubi ferè per totum caput propheta nihil aliud agit, nisi quo Ioannis Baptistae officium describat, item: Malachias tertio & quarto capite idem agat. Quid si ergo mouisset ueteres ad hanc epistolam ad praesentes ferias applicandam Esaiae institutum? qui postquam populum de fide & fide dignis moribus satis per superiora capita docuit: orditur nunc hoc capite quadragesimo nono, quasi nouum librum, in quo prophetat de futuro regno Christi. Ioannes uero Baptista, iuxta suum officium, debuit proximus hoc Christi regnum praecedere, & digito illud monstrare, ergo uoluerunt ueteres à longè praemonstrare, quod regni Christi

pro

IN EPIST. IN FERIIS.

proximior & liberior proclamator fuerit: nimirum Ioannes Baptista, cuius ferias hodie seruamus celebres.

Monemur autem nos exemplo Ioannis, ut quemadmodum ipse constantissimè regnum Christi proclamauit & confessus est, ita & nos constantissimè regnum Christi confiteamur &c.

SUMMARI LOC.

- 1 Prædicatio de regno Christi uniuersalis est: igitur clamat propheta. Audite Insulæ & attendite populi: nõ clamat hic, sicut hactenus clamauit. Audite domus Iacob, audite domus Israel.
- 2 Quia prædicatio de regno Christi, in speciem uilis & contempta est, quare regni Christi prædicatores exemplo Esaiæ, suam uocationem commendatam, & certam reddere debent.
- 3 Prædicatores regni Christi, non debent exemplo Esaiæ offendi paucitate credentium.
- 4 Reliquæ Israel tantum per prophetas seruari debuerunt. &c.
- 5 Ad regnum Christi non solum Iudæi, sed & gentes pertinent.

Attendite.

EXPLICATIO I. LOC.

Circa primum locum hæc dicenda ueniunt. Euangelion quod est prædicatio de regno Christi, & rebus ad hoc regnum pertinentibus, uniuersalis est doctrina.

Doctrina pro Iudæis & græcis simul.

Regnum Christi non solū ad Iudæos pertinet, sed etiam ad gētes. Iusticia regni Christi, atq; adeo bona huius regni oīa, non solū ad Iudæos spectant, sed etiam ad Gētes. Possunt igitur hinc mirificè solari se gentes.

Attendite.

Capitat benevolentiam ab autoritate & æstimatione rerum de quibus uult dicere.

Per insulas & populos, in genere Iudæos & gentes simul intelliges.

Dominus ab utero uocauit me.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus hic locus docet, quia Euangelij doctrina de regno Christi, uilis et cōtempa est in oculis carnis: idcirco exemplo prophetæ, nostram uocationem ad prædicandum Euangelium de regno Christi, commendare debemus, & certam reddere, non solum propter auditores, uerū etiam ppter nos eam certam habere oportet. Certitudo seu confirmatio nostræ uocationis sumi debet ex uerbo & autoritate uocantium. Sic ait hic Esa. Dominus ex utero uocauit. Paulus ait ad Gal. 1. Paulus Apostolus, non ab hominibus, neq; per hominem sed per Iesum Christum, ac Deum patrem. Certitudo nostra pendet ex legitima Ecclesiæ uocatione. Confirmatio ex locis scripturæ. Qui uos audit, me audit. Qui uos spernit, me spernit.

IN EPIST. IN FERIIS

Est & circa hunc locum disputandum de fine uocationis, qui est habere os quasi gladiū, & est esse sagittā: hoc est, prædicatores Euangelij de regno Christi. nō armis agere debent, nō potentia, non ui, non opibus, sed ore, scilicet ad annunciandam remissionem peccatorum. Os prædicatoris Euangelij confert cum gladio, ut significet uerbum in ore prædicatoris efficax: de qua uerbi efficacia loquitur Autor epistolæ ad Hebræ. cap. 4. *Viuis est enim sermo Dei, & efficax, & penetrantior quouis gladio acuto utrinq; incidente, & pertingens usq; ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagumq; et medullarum.* Commendatur itaq; & circa hunc locum potentia uerbi à sua efficacia.

Sagittam à simili uerbi efficacia se appellat propheta.

In pharetra sua abscondit me.

Significat contra Euangelij prædicationem neminem quicquam posse. Commendatur ergo his fortuna & successus uerbi.

Et ego dixi.

EXPLICATIO III. LOGI.

Locus tertius exemplo Esaiæ cōsolatur omnes prædicatores Euangelij contra scandalum paucitatis & ingratitude, Esaias tamen suum exequitur officium, etiam si pauci sint, qui grati existant, ita ne nos prædicatores, quantumuis paucos habeamus Euangelij susceptores, quantumuis pauci sint qui gratos se exhibeant erga Euangelium, & nos ministros: tamen nostrū officium
face

facere debemus, nec intermittere officium prædicandi.

Ergo iudicium meum.

Id est, quantumvis pauci suscipiant Euangelium, tamen causa mea, domini causa est, tamen officium meum à domino est. Solatur his semetipsum propheta.

Et nunc hæc dicit dominus.

Quæ sequuntur, pertinent ad certitudinem & confirmationem uocationis prophetae.

Et glorificatus sum.

Deus fortunat successum uerbi, et confortat ac gloriosos reddit uerbi prædicatores. Parum est.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus consolationi est Iudæis, quod & illi prædicatione Euangelij conuerti debeant, et fieri salui. At horribile est tantum reliquias cõuertit, & feces, Esa. 10. cap. In ueritate reliquiae conuertentur, reliquiae inquam Iacob ad deum fortem. Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiae conuertentur ex eo, Zacha. 13. Partes duæ in ea dispergentur, et deficient, et tertia pars relinquetur in ea.

Dedi te in lucem gentium.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus est de uocatione gentium, qui docet nos gentes, etiamsi non filios Abraham aut Iacob secundum carnem, tamen esse regni Christi participes. Consolari se debent gentes hoc loco contra scandalum

suae

IN EPIST. IN FERIIS.
sue uocationis, quæ ex hoc loco certissima est.

IN EPISTOLAM ACT.
XII. QUAE LEGITUR IN
ferijs beatorum Petri et Pauli.

QUIA hodierna epistola, quam nunc me legen-
te audiistis, mentionem facit Diui Petri, ideo
his ferijs presentibus adscripta sunt. In genere autem do-
cet hæc epistola, quomodo mundus excipere soleat præ-
dicatores Euangelij, & gratuita, quæ est in Christo Ie-
su, iusticiæ. Mundus si sapret, merito pro tantis rebus in-
gentes ageret gratias: Imò referret etiam factis: sed quia
mundus non sapit, neq; intelligit ea, quæ dei sunt, idcir-
co et uos, quæ à deo mundo offeruntur et personas, à qui-
bus res dei offeruntur, odit & extreme persequitur. Vi-
uacissimum huius rei exemplar est Herodes, qui legitur
in præsentī epistola Iacobū occidisse, et Petrum carceri-
bus iniicisse, ut post Pascha eum populo produceret atq;
interficeret. Deus uerò qui ad tempus finit suos ignobi-
les esse, subijcit eos cruci, et mactandos præbet, tamen
postremo grauissimè suorum persecutionem ulciscitur,
quemadmodum finis huius capituli duodecimi ostendit, in
quo scribit Lucas Herodem ab angelo domini percus-
sum fuisse, et à uermibus consumptum tandem exuisse.

SUMMARI LOC.

1 In negotio Euangelij nō est fidendum principibus, exemplo Herodis, qui, sicut Euangelistæ tradunt, aliquñ nihil charius habuit Ioanne Baptista, quem tamen postea gladio plecti permisit. Hic uero occidit Iacobum, et Petrum in carceres proiecit.

2 Qui semel non timet iustorum sanguinem effundere, sepius non timebit, exemplo Herodis, qui post Ioannem occisum, à cæde Iacobi non abhorruit.

3 Principes plærunq; in gratiam suorum subditorum persequantur pios. Exemplum hic est Herodes.

4 Impietatis comes est hypocrisis: igitur producit Herodes propter festum azymorum, Petrum populo producere.

5 Oratio aliena efficax est pro alijs.

6 Angeli in ministerium non solum Dei, sed et nostri creati sunt.

7 Liberati è cruce, beneficium Dei liberatoris, exemplo Petri agnoscere debemus, id quod gratitudinis est.

Eodem tempore.

EXPLICATIO I. LOCI.

Herodes quia sensim ac sensim cœpit persequi pios, uiuente Ioanne, Ioannis studiosissimus. Nihil enim, teste Marco, Herodes agebat sine Ioannis consilio, meuebat eum, auditoq; eo multa faciebat, et libenter eum audiebat. Quare monet hic primus locus, sicut et Dauid aliquando monuit, ne confidamus in principes, idq;

IN EPIST. IN FERIIS

In negotio pietatis, sint interim quantumuis studiosi prædicatorum. Malè agunt hodie, qui spem conseruandi Eua-
ngelium ponunt in principes.

Vt adfligeret quosdam.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundo hoc loco habitus ille describitur, quem ho-
mines impij et persecutores piorum induunt. Hi ex
emplo Herodis, cum nõ timent unum aut alterum perse-
qui & tollere, nec timebunt plures insectari. Nam Hero-
des occiso Ioanne, postea paruifecit & alios necare. Per-
tinet huc locus prouerbio. i. ca. Comedēt igitur fructus
uiæ suæ, suisq; consilijs saturabuntur.

Videns autem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus causam continet impulsuam, qua mo-
tus fuit Herodes ad persequendum pios, & ple-
rumq; principes mouentur, ea est gratia populi aut sub-
ditorum, quam demereri student. Et nunc Magistratus
in gratiam populi sæpe persequitur pios, ita uicissim po-
pulus plerunq; inicit manus pijs in gratiam principum.

Erant autem dies azymorum.

EXPLICATIO IIII. LOCI.

Locus quartus monet impietatis & furoris in im-
pijs diligentem esse comitem hypocrisis. Hæc autē
pallium est, quo impij suam tyrannidem & furorem te-
gere laborant. Quis enim hic propter obseruationem
azymo-

azymorum, non indicavit Herodem pijsimum? interim ipsa impietas & tyrannis.

Producere eum populo.

Captat auram popularem Herodes.

Oratio autem fiebat.

EXPLICATIO V. LOCI.

Locus quintus est de efficacia alienæ oratiōis, quæ in fide facta efficax est pro alijs. Verum ut nūc oratio aliena pro alijs efficax est, non statim sequitur, opinione monachorum, & fidem alienam pro alijs ad salutem animæ, seu remissionem peccatorum efficacem esse. Docet & hic locus, crucem oratione, non armis abigendam esse.

Et ecce angelus domini.

EXPLICATIO VI. LOCI.

Sextus locus est de officijs angelorum, quæ sunt: ministrare non solum Deo, sed & nobis, quapropter et ministratorij spiritus dicuntur in scriptura. Psal. 103. Qui creat angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis. Ad Heb. 1. ca. Nonne omnes sunt administratorij spiritus, qui in ministerium emittuntur propter eos qui hæredes erunt salutis?

Consolatorium est & circa hunc locum, Deum ita immittere, exemplo Petri, pios in crucem, ut tamen aliqui è cruce liberet.

Nunc scio uere.

EXPLICATIO VII. LOCI.

IN EPIST. IN FERIIS.

Septimus locus exemplo Petri hortatur nos ad gratiarum actiones, & ut agnoscamus beneficia dei liberatoris nostri.

IN EPISTOLAM CANONICAM
II. QUAE LEGITUR IN FERIE
VISITATIONIS MARIE.

LEVIS sanè occasio fuit, qua ueteres moti fuisse uidentur ad præsentem epistolam præsentibus feriis adscribendam, nimirum ex his saltem uerbis: Ecce iste uenit saliens in montibus, transiliens colles. Quibus uerbis uisitacionem Mariæ per montana ad Elizabeth significare uoluerunt, & exprimere, quomodo infans in utero Elizabeth ad salutationem à Maria factam, salijt.

Cæterum epistola per se nihil aliud sibi uult, nisi quomodo Christus Iesus suæ Ecclesiæ sponsus, in summa patientia oēs suos hostes uicerit, ad quam uictoriam inuitat sponsus Christus suam sponsam Ecclesiam, ut ueniat, et simul tanta uictoria fruatur.

Verum quia occasio, sicuti dixi, huius epistolæ leuis admodum est: quare credo ueteres, uel ideo hanc epistolam in Ecclesia legendam ordinasse, ut esset certum tempus in anno, quo diceretur de mutua Christi sponsi, et suæ sponsæ amicitia. Siquidem hæc epistola & hic totus Canticorum liber nihil agit aliud, nisi ut mutuum amorem Christi

Christi & suae Ecclesiae tradat. Et reuera nō aliter se habet Christus ad suam Ecclesiam, quā sponsus & sponsa, teste etiam Apostolo ad Ephe. 5. Vbi cum multa dixit de mutuo amore uiri & uxoris, tandem addit accommodationem. *Mysterium hoc magnum est, uerum ego loquor de Christo & Ecclesia.*

Sed porrò quaeso, quae ueniunt mutuo amore sponsi Christi & sponsae Ecclesiae intelligenda? Respondeo: Ea similitudine seu collatione quadā patebunt. Vt enim sponsus diligit suam sponsam, credit illi, omne bonum sibi de illa persuadet, soli adhæret, se illi subijcit, seruit illi, honorat illam, & in omnibus illius utilitatem quaerit. Sic Christus diligit suam Ecclesiam, credit illi, omne bonū sibi de Ecclesia persuadet, soli adhæret, se illi subijcit, seruit illi, honorat illam, & in omnibus illius utilitatē quaerit. Sic et uicissim sponsa Ecclesia Christum sponsum diligere debet, illi credere, omnia bona sibi de illo promittere, soli adhære, obedire illi, timere & honorare illum, illi se subijcere, illi seruire: colere, uenerari & suspicere illum, auersari et ægerrimè ferre dehonestationem sponsi Christi, illius utilitatem in omnibus quaerere, dictis illius audire, commissā & iussā à sponso libenter & cum gaudio exequi, communiter uti omnibus bonis cum sponso. Verum etiamsi omnia illa iam praestet Ecclesia, tamen propter hæc opera non dicitur immaculata, aut forma sponsa, quemadmodū hic & alibi in Canticis uocat eam

IN EPIST. IN FERIIS

Christus: sed propter Christum sponsum immaculatum, & formosum, qui immaculatam eam reddit et formosam, sanctificat, purificat &c. Et hæc dicta intelliges de mutuo amore Christi sponsi et immaculatæ Ecclesiæ: alia res est cum maculata Ecclesia, hoc est, hypocritica, quæ in speciem uidetur diligere Christum sponsum, nec tamen diligit. In summa, sic se habet Christus sponsus ad Ecclesiã hypocriticam, quemadmodum sponsus probus erga sponsam meretricem seu improbam. Et uicissim sic se hypocritica habet Ecclesia erga Christum sponsum.

SUMMARI LOCII.

1. Christus quæquam cum sapientibus huius mundi & propria iusticia splendidis iusticiarijs uersatus est, tamen propter eos non uenit.

EXPLICATIO huius loci.

Salij quidem Christus in montibus, hoc est, magno stripudio & gloriosa uictoria uersatus est cum sapientibus & propria iusticia splendidis operarijs, qui per montes & colles significantur, tamen propter illos non uenit: imò transiit illos, iuxta illud Matthæi 9. Non ueni propter iustos, sed propter peccatores.

2. Christum nihil latere potest.

EXPLICATIO secundi loci.

Christus cõfertur cum caprea, propter uisum actum, nam ut caprea tantum habet in uidendo actum, quòd à remoto uidet uenientem uenatorẽ, ita Christus

stus acerrimi uisus est, quem latere nihil potest. Hoc loco diuinitas Christi confirmatur, qui ut Deus uidet oia.

3 Christus patientia & cedendo uicit suos hostes, non armis, ita & nos exemplo Christi hostes nostros uincere debemus. EXPLICATIO tertij loci.

Cum hinnulo ceruorum confertur Christus propter suam patientiam, & quia cedere maluit uincere suos hostes, quam armis. Hinnulus enim cornibus se defendere non potest: quare insequentes fugit, quam diu potest.

4 Christus inuisibilis nunc, tamen innotescet nobis per fenestras & cancellos.

EXPLICATIO quarti loci.

Christum stare post parietem, est Christum coram humanis oculis nunc esse inuisibilem: tamen per fenestras & cancellos innotescit nobis, hoc est, per predicationes illuminantes nos Christo per predicationem uerbi.

En dilectus meus.

Verba Ecclesie sponsae ad Christum sponsum.

5 Christus sponsum Ecclesiam sponsam omnium suorum bonorum participem facit.

EXPLICATIO quinti loci.

Locus quintus continet adhortationem, qua Christus adhortatur sponsam suam Ecclesiam, ut surgat ac ueniat ad participandum cum eo de omnibus bonis de uictoria per crucem parta contra suos hostes, de iusticia parta, de uita aeterna &c.

Amica mea.

Per me amica reddita.

IN EPIST. IN FERIIS

Formosa mea. Per me formosa effecta.

Et ueni.

Christus inuitat: ergo merium excluditur.

Iam enim

Ætologia, quæ Ecclesia uenire debeat, sumpta à
parta uictoria. Hyeme & imbre circumloquitur cruce,
qua Christus uictoriam parauit.

Flores apparuerunt.

Quæ sequuntur, periphrasticôs circumloquuntur
partam cruce uictoriam. Ei est sequens locus amplifica
tio per expolitionem.

IN EPISTOLAM PRO

CA. XXXI. QV AE LEGITVR

in ferijs Mariæ Magdalenaë.

QUIA Hodierna epistola describit probam et
uerè domesticam mulierem. Maria uero Mag
dalena mulier fuit, et sine dubio post conuersionem pro
ba & uerè domestica: Quare factum esse puto, quòd ue
teres præ entem epistolam præsentibus Mariæ Magda
lenaë ferijs adscripserunt. Verum ut & ego de meo ali
quid addam, uel ueteres in primis uoluerunt per huius
epistolæ ordinatiõem ad præsentem ferias, uel ego sic sen
tio necessarium esse, ut certū tēpus in anno existat, quo
dicatur de probis & uerè domesticis matribus familiãs,
quò

quò mulieribus innotescat, quales se gerere debeãt, et uir
 ris notum fiat, quàm res preciosa sit proba ac uerè dome-
 stica mulier, ut sic melius nouerint probas & sedulas u-
 xores tractare. Et eò seruit præsentis epistolæ textus si-
 ne dubio, in quo uiuacissimè depingitur materfamiliãs,
 à suis officijs, quorũ hic Solomõ quàm plurima recēset.

O B I E C T I O.

At obijcis, et philosophi de officijs matrisfamiliãs fe-
 rè eadem scripserunt, quid ergo Solomon suis præceptis
 differt à philosophorum scriptis?

R E S P O N S I O.

Hoc interest inter Solomonem & philosophos. Solo-
 mon hic loquitur de muliere fideli, & quæ timet domi-
 num. Philosophi autem de fide & timore Dei nihil scri-
 bunt, nec scribere possunt.

In summa loquitur hic Solomon de ea muliere, quam
 Paulus priore ad Timoth. cap. 2. his uerbis describit: Sal-
 uatur mulier per filiorum generationem, si in fide man-
 serit, id est, mulier si habuerit fidem, & deinde uocatio-
 ni suæ seruiens, saluabitur. Est autem mulieris uocatio
 gignere sobolem, & curare: Ad curam nunc pertinent
 ea officia omnia, quæ ordine recenset Solomon in præ-
 senti epistola.

Epistola hodierna est perpetua quedam narratio, p-
 tinens ad genus demonstratiuum, in quo cõmendantur
 personæ.

S V M M A R I I L O C I.

IN EPIST. IN FERIIS.

1 Proba mulier inuētu est difficilis: ergo donū dei est.

EXPLICATIO primi loci.

Locus primus proponit difficultatem seu etiam impossibilitatem inueniēdi probā mulierem: quare certum est, probam mulierem esse donum dei, sicut & aliās inquit Solomon: Diuitiæ & bona à parentibus contingunt: probam autem mulierem dat Deus.

Verum ut nunc donum est proba mulier, ita uicissim diuinæ iræ signum est, aut diuina pœna, improbam accipere mulierē, qua Deus sæpe punit malos. Itē si proba mulier donum dei est: ergo precibus à Deo impetrari debet: ergo orandum est pro proba muliere.

Probam uocat mulierem, piam, & in timore dei seruientem suæ uocationi.

Quis inueniet?

Difficultatem & ferè impossibilitatem inueniendi probam mulierem notat.

Ea præstat gemmis.

Id est, res optima est, è cōtrā infernus ipse est mala mulier.

Confidit.

Exponit porrò cōmoditates, quæ sequi probam mulierem solent. Cōmoditates sunt: Eyn man darff sich auff sie verlassen. In eam maritus fiduciam ponere sine periculo potest: sed quibus in rebus? sequitur. Et res familiaris non deficiet eum, id est, de re familiari non opus habet maritus, ut curam agat: ipsa proba mulier nihil in curandis

vandis rebus familiaribus negligit.

OBIECTIO.

At uictus è benedictione domini est, quomodo ergo sedulam mulierem sequetur uictus?

RESPONSIO.

Probam mulierem, hoc est, fidentem deo & timentem eum, & seruientem suæ uocationi, benedictio domini ut causa uictus non deficiet.

Reddet ei bonum. Nunquã erit damno ei. Et uoluptati ei est. Voluptas hic opponitur molestiæ. Perinde est.

Similitudo sumpta est à nauì multum boni è longinquo adferētis suo domino, qua exprimuntur commoda, quæ proueniunt ex proba muliere.

2 Et sedulitas probatur in proba muliere.

Noctu surgit.

EXPLICATIO II. LOCI.

HIC locus sedulitatē in proba muliere cōmendat.

Accingit lumbos.

.I. quicquid eã in sedulitate impedire possit, à se deponit.

3 Mulieres non solum probæ & sedulæ esse debent, sed liberales in pauperes.

EXPLICATIO III. LOCI

AD hunc locum pertinet sentētia Pauli ad Ephesios cap. 4. ut laborando manibus, quod bonum est, sciamus ei impartiri, qui opus habuerit.

Mulier

IN EPIST. IN FERIIS.

4 Mulier proba liberalis esse debet erga suas ancillas non tenax &c.

EXPLICATIO III. LOCI.

VESTIRE enim duplicibus, liberalitatis opus est.
Ornamenta facit sibi.

5 Mulierem probam decet honestus Vestitus.

EXPLICATIO V. LOCI.

Locus quintus agit de honesto mulieris probæ uestitu, de quo lege & Apostolum Petrum 1. epistola cap. 3. Non prohibetur hic honestus uestitus mulieribus. Quæ porro sequuntur de commoditatibus sunt, quæ cõcomitantur probam mulierem.

6 Et proba mulier multa habebit præmia in hac uita.

EXPLICATIO VI. LOCI.

Probæ mulieri proponuntur hoc loco multa præmia, ut inde ad probitatem prouocetur uberiorè.

7 Proba mulier, quanquam pauper: tamen superat omnes diuites mulieres.

EXPLICATIO VII. LOCI.

Et hic locus collatione quadam inuitat mulieres ad probitatem.

8 Stultè agunt ne dicam ridicule mulieres, quæ in uenustatem ac formam confidunt.

EXPLICATIO VIII. LOCI.

Docet hic locus, à qua parte laudanda sit mulier, non à forma, quæ fallax & incõstans est: sed à timore

more Dei. Timorem uocat, qua mulier filiali timore in magno tremore, non securam, seruet suæ uocationi.

EXPLICATIO IX. LOCI.

9 Summam laudem, quam accipit mulier, è suis laboribus accipit post eam laudem, quam assequitur ex timore Dei. Ideò ait Solomon: Date ei de laboribus suis &c.

IN EPISTOLAM AD
ROM. VIII. QVAE LEGITVR
in ferijs Iacobi Apostoli.

Sancti Apostoli in genere omnes, à ueteribus unam constitutam epistolam: uidelicet eam, quæ extat ad Ephesios 2. quomodo omnes ciues sanctorum & domestici dei super ædificati sint super fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in qua epistola monemur, omnes sanctos & domesticos Dei, super unū idemq; fundamentū ædificatos esse, hoc est super angularem lapidem Christum, qui & Iudæos et Græcos coadunatos simul tenet.

Cæterum quia tædiosum esset, unam epistolam singulis Apostolorum ferijs repetere, quare placuit recentioribus theologis, cuiq; apostolo singularem epistolam assignare. Diuus ergo Iacobus cuius ferias hodie seruamus celebres, sortitus est eam, quæ extat ad Roma. 8. de præsidio spiritus sancti, quomodo illi iuuet infirmitates nostras

stras

IN EPIST. IN FERIIS.

stras intercedens pro nobis gentibus inenarrabilibus. Eā ergo epistolam hac hora, uolente Christo expediam.

DE OCCASIONE huius Epistolæ.

Instituit Apostolus Paulus consolationem quandam pro ipsis Romanis, ne propter crucem deficerent, quam grauissimis argumentis ornauit: primum à præmijs sicut post hanc uitam. Secundum ab exemplo uniuersalitatæ rerum: tertium ab exemplo prædicatorū, qui donis pluribus præ alijs præfulgent in Ecclesia: quartum à modo saluationis, hoc est ab ipsa spe, qua iā credētes in summa patientia expectant salutem: quintum & sextum nunc sequetur in hac epistola: quintum à præsidio spiritus sancti & petitum est, qui iuuat infirmos & cruci subiectos.

Sextum ab exitu, quòd qui in cruce agitantur, aliqui sentient crucis finem.

SVMMARII LOCI.

- 1 Non est desperandum in cruce: nam spiritus sanctus nostrorum curam agit in cruce, confirmat nos & corroborat, ne deficiamus.
- 2 Natura deprecatur ac fugimus crucem, quare spiritus sanctus orat pro nobis, & efficit ut aliqua ex parte uolentes feramus crucem.
- 3 In cruce constituti solari nos debemus futuro exitu, scientes crucem non esse perpetuam.
- 4 Ad salutem et gloriam non est alia uia, quàm crux: siquidem quos elegit Deus, eosdem similes fieri uult imaginis

ginis Christi, id est, ut exemplo Christi, qui multa tulit, patiantur. Similiter autem & spiritus.

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus huius epistolæ continet argumentum à præsidio spiritus sancti, quo solari se debent in cruce constituti, ne deiciant animos, ut uel de ueritate uerbi, uel personis uerbi prædicatoribus addubitare incipiant. In cruce. n. plerunq; his & similib. cogitationib. exagitamur. Si uerbum esset uerum, ipsum non tam multis expositum esset periculis: nec illi, qui adhærēt uerbo, tantis procellis turbarentur. Contra hoc scandalum crucis solatur Apostolus suos Romanos, argumento sumpto à præsidio spiritus sancti, qui in cruce constitutis, defensor & confirmator à Deo patre ordinatus est.

Et ut nūc spiritus sanctus in cruce nostri curam agit, defendit et confirmat nos: ita à contrario uerum est, nos nostris uiribus in cruce subsistere non posse.

Infirmitates nostras.

Quæ in cruce magnæ sunt & multæ.

Nam quid oremus.

EXPLICATIO II. LOCI.

Quia nos natura deprecamur crucē, auersamur et detrectamus: igitur deo ægerrimè in cruce obtemperamus, cruciamur expectatione liberationis, cupimus statim cripi è periculis, optamus certum euentum p̄spicere: unde nūc hæc, nūc illa oramus, et à deo petimus, sæpe ea quæ nobis

IN EPIST. IN FERIIS

nobis incommodant, quare nescij quomodo uerè orandū sit, ne & nobis incommodemus, et contra uoluntatem oremus, igitur spiritus sanctus intercedit orando pro nobis, & dat nobis uerè orare, quia ille scit iuxta uoluntatem dei orare, item efficit in nobis, ut aliquo modo libenter feramus crucem.

Duo docet hic locus secundus: alterum, ut uerè oremus, & petamus ea, quæ placent deo esse donum spiritus sancti: alterum, ut crucem libenter feramus, quoque esse donum spiritus sancti. Sicut oportet.

Pro uoluntate dei, & ut nobis orando profimus.

Gemitibus inenarrabilibus.

Id est, seriu. Specta spiritus sancti erga nos amorem.

Quid desideret spiritus. Quam recta et iusta.

Secundum Deum.

Iuxta uoluntatem Dei & c.

Scimus autem.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus omnium firmissimum argumentum consolationis in cruce continet, sumptum ab exitu, quod crux non erit perpetua. Hoc argumentum etiam Ethnici subinde se sunt solati. Poeta dixit: Et deus his finem dabit, & alibi: Durate, & uosmet rebus seruate secundis & c.

Cooperantur in bonum.

Id est, crucis res cognata erit liberatio & gloria.

His

His qui secundum.

Discernit, de quibus loquatur Paulus, scilicet de iustis seu pijs.

Nam quos præsciuit.

EXPLICATIO III. LOCI.

Quartus locus gradatione quadam imperfecta, docet ab exemplo Christi, non esse aliam viam ad gloriam, quàm crucem.

Consolatorium est circa hunc locum, præscientiæ dei seu prædestinationis finem esse iustificationem. Hoc sine nos solari debemus contra malas cogitationes, quæ proveniunt interdum ex serâ prædestinationis meditatione.

IN EPISTOLAM AD

EPHES. II. QUAE LEGITUR

in ferijs diui Bartholomæi Apostoli.

PLACVIT in his ferijs diui Bartholomæi, epistola in genere omnium Apostolorum singulis ferijs dicatam tractare, ut per omnia satis facere omnibus, etiam illis, qui præsentem epistolam singulis omnium apostolorum ferijs applicant.

Porrò tota hæc epistola in genere tradit vulgarem illam questionem. An nos hodie aliud fundamentum nostræ Ecclesiæ habeamus: quàm olim apostoli & prophetae habuerunt: aliam iusticiam, aliam fidem &c. Sic enim nu-

IN EPIST. IN FERIIS

gantur quidem scholastici doctores, Gentes loco suae salutis fundamentum habuisse legem naturae, Iudaeos legem Mosaicam, Apostolos Christi leges: nos uero nostras quasdam leges & caeremonias. Item, Gentes habuisse fidem naturae, & inde eas fuisse seruatas. Iudaeos fidem in leges Mosaicas: Apostolos fidem in leges à Christo praescriptas: Nos uero fidem, partim erga praecipua Christi partim erga Papae leges. Item, Gentes habuisse suam iusticiam ex lege naturae: Iudaeos ex lege Moysis: Apostolos ex legibus Christi: Nos nostris quibusdam legibus iustificari.

Quae supra dicta quaestio, et illae opiniones nunc narratae prorsus sunt impiae & abominabiles in conspectu Dei, & facillime solui ex praesenti epistola & confutari possunt. Si quidem in hunc modum loquitur Apostolus: Ergo iam non estis hospites & aduenae: sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superaedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, existente summo angulari lapide Iesu Christo.

Quibus uerbis nihil aliud sibi uult Apostolus, nisi Ephesios & sic nos omnes, idem nostrae salutis fundamentum habere, quod uel prophetae, uel apostoli habuerunt nimirum summam angularem lapidem Christum. Unde & fides nostra non est diuersa à fide prophetarum et apostolorum, una enim eademque est nostra & prophetarum & Apostolorum fides, tendens in promissiones de Christo. Hinc & iusticiam communem habemus cum prophetis

phetis & apostolis: uidelicet eam, quæ fide per imputationem in Christum paratur. Vnum itaque fundamentum salutis nostræ & omnium antecessorum nostrorum, siue Gentium, siue Iudæorum, semper fuit, Christus scilicet Iesus: una fuit semper omnibus pro salute fides, una tandè semper pro omnibus iusticia.

SUMMARI LOCII.

- 1 Abrogatæ legis per Christum effectus sunt: fieri nos Gentes exemplo Ephesiorum, ex hospitibus & aduenis ciues sanctorum & domestici Dei.
- 2 Prophetarum, apostolorum & nostrorum, tam Iudæorum, quàm Gentium, unum est fundamentum salutis nostræ, Christus Iesus angularis lapis.
- 3 Etiam super ædificati super fundamentum seu angularè lapidem Christum, tamen non statim erumpimus in sancta templa domino, sed sensim ac sensim excrescimus.
- 4 Ut fiamus sancta templa & tabernacula domini, nõ est nostri meriti: sed opus spiritus sancti.

DE OCCASIONE huius Epistolæ.

Paulus ante hodiernam epistolam proxime egit de abrogatione legis per Christum facta, & quomodo Iudæi et Gentes per Christum sub gratiam translati fuerunt, quã translationem effectum fecit abrogatæ per Christum legis. Nunc præsentis epistola uertit se ad solas gentes, & addit adhuc plures abrogatæ per Christum legis effectus et comoditates: scilicet, q̄ Ephesij & sic nos oēs per illam

IN EPIST. IN FERIIS

rogationem, iam simus facti ciues sanctorum & domesti-
ci Dei, qui aliquando fuimus hospites & aduenæ.

Ergo iam non estis.

EXPLICATIO I. LOCI.

Primus locus recenset effectus aliquot abrogatæ le-
gis per Christum, idq; in solatium Gentium singu-
lare: Nam primo hoc loco solis Ephesijs loquitur. Sum-
ma uero est huius loci: Gentes quæ aliquando fuistis præ-
putium, homines sine Christo, alienati à conuersatione Is-
rael, & hospites testamentorum promissionis, spem non
habentes, & sine Deo in mundo: nunc per Christum Ie-
sum facti estis ciues sanctorum, et domestici Dei, hoc est,
facti estis participes omnium testamentorum & promissi-
onum, omnis gratiæ, omnis iusticiæ, & omnium bono-
rum, quæ habent sancti & domestici Dei.

Insignis consolationis est hic primus locus pro omni-
bus gentibus.

Ergo. Epilogus de abrogatione legis, continens
aliquot abrogationis fructus.

Non estis.

Gloriosa nunc habent Gentes nomina, præ illis quæ a-
liqñ habuerunt. Iam enim non amplius uocantur hospi-
tes, & aduenæ testamentorum Dei. Callatio est hic pri-
mus locus. Gentium ante susceptionem in gratiam, et Gen-
tium in gratiam susceptarum.

Ciues sanctorum uocat gentes, quæ nunc iisdem pri-
uilegiis

uilegijs, immunitatibus, testamentis, bonis, promissionibus &c. utuntur cum omnibus sanctis.

Domesticos Dei uocat, qui iam Deo proximi sunt, qui aliquando erant longinqui.

Superædificati.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus prophetarum, apostolorum, & nostrorum, unum facit fundamentum Christum, unam fidem, unam iusticiam, & est sensus huius loci: tam ueteris quam noui Testamenti homines, uno Christo nisos esse, & adhuc niti: una fide in Christum seruatos esse, & adhuc seruari: unam habuisse, & adhuc habere in Christo iusticiam.

Cadit circa hunc locum opinio Scholasticorum, de diuersis modis salutis, hominum sub ueteri testamento, & hominum sub nouo.

Superædificati. Metaphora sumpta ab ædificio. quod non uno ictu aut momento exsurgit: sed excrescit sensim ac sensim: Sic & Ecclesia sensim ac sensim excrescit. Fundamentum Christus est, sicut & sequetur. Iesus Christus angularis lapis est, in quo Iudæi & Gætes resident. Incredulis fit Christus in caput anguli, & in lapidæ offensionis. 1. Pet. 2. In quo totum ædificium.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus crescendi uocabulo ostendit, Ecclesiam non uno ictu ac momento excrescere in iustum

IN EPIST. IN FERIIS

ac perfectum ædificiū. hoc est, ut sit omnino perfecta et consummata: uerum sensim ac sensim instar herbe crescētis. Errāt hodie, qui nos statim uolunt esse angelos & perfectos. In uocabulo ædificij eadem metaphora latet.

Ædificium Ecclesia est ex multis membris constans, & imparibus, non aliter atq; ædificium.

Coagmentatum, hæc uox conglutinationem quandā mutua[m] & concordiam Ecclesie insinuat.

In templum sanctum.

In quo Deus sanctus inhabitare potest.

Coædificamini.

Tollit prærogatiua[m] inter Ecclesie membra.

Per spiritum.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus quartus ceu occupatione annecti debet præcedenti, ne quia audiunt Ephesij se esse templa dei sancta, facta, id suis meritis aut uiribus adscribant, respōdet hic locus cōtrarium, & spiritui sancto tribuit, quòd Ephesij sint facti templa sancta.

IN EPISTOLAM ECC.

XXIII. QUAE LEGITVR IN

Ferijs Natiuitatis Mariæ.

HÆC epistola, ut olim intellecta fuit, ante nostra tēpora, meras abominaciones in cōspectu dei protulit, qđ. n. abominabilius, quàm ea, quæ uni et soli Christo conueniunt, diuæ matri Mariæ tribuere: maria nāq;

non est uitis fructificans, non est spes nostra. In Maria enim quidem non est omnis gratia uitæ & ueritatis, non est spes uitæ & uirtutis &c.

O B I E C T I O.

Honor filij est honor matris. Et è contrà, honor matris est honor filij?

R E S P O N S I O.

Hoc carnali argumento hactenus imposuerunt stulti ac impij monachi simplicibus. At alia est ratio cū Christo filio, qui hominum more, non transfert suam gloriam ad creaturas.

Præsens itaq; epistola ad solum Christum pertinet, sicut & Euangelij quædam loca ostendunt, quæ uidentur ex hac epistola mutuò accepisse Euangelistæ. Hic Christus uitis fructificans dicitur. Et Ioann. 15. Ego sum uitis uera. Hic Christus uita et ueritas dicitur. In Ioanne: uita, ueritas & uita.

Cæterū hæc epistola, uiuacissima est descriptio Christi à naturalibus suis, proprijs et æternis nominibus, nã quòd Christus spes est nostra, non semel atq; iterum est, sed perpetuò atq; semper: sic quòd uita est, nō est ad unum aut alterum annum, sed in æternum &c.

S U M M A R I I L O C I.

1. Christus est uitis, non effœta aut infructuosa: sed florens & fructificans per se, & alios florere & fructificare faciens.

IN EPIST. IN FERIIS

Ioannes cap. 15. hunc primum locum satis explicat, dum dicit de Christo: Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit: & omnem qui fert fructum, purgat: ut fructum copiosorem adferat. Idem: Sicut palmes nō potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis.

Sensus itaq; est huius primi loci, Christum esse uitē florentem & fructificantem, & simul alios facientem florentes & fructificantes. E contra docet hic locus, eos palmites, qui extra uitem Christum sunt, non esse flores palmites, neq; eos fructificare fructus placentes deo.

Suauitatem odoris.

Congeries fructuum ex Christo uite: similes ferunt fructus, qui sunt palmites. His paucis fructibus, alios in numeros comprehendit.

2 Christus uitis efficit, ut Deum uerè diligamus, timeamus, agnoscamus, ei fidamus, & in illum speremus. Secundus locus plures fructus uitis Christi enarrat: Christus autem primum pro se habet, et producit hos fructus ueram Dei dilectionem, uerum timorem dei, ueram dei cognitionem, fiduciam & spem in Deum ueram. Postea uero et similes fructus in nobis palmitibus efficit. Efficit autem hoc modo, donat nobis credentibus spiritum sanctum, hic purgat nos, & facit corda nostra apta ad ferendos prædictos fructus.

Monet

Monet hic locus, nos non habere posse ueram dei dilectionem et similes nunc dictos fructus, ex nobis: sed Christum per spiritum sanctum eos in nobis efficere.

Pulchræ dilectionis inquit, & sanctæ spei, ut discernat inter fructus extra Christum uitem, et inter fructus quos in nobis palmitibus generat uitis Christus.

3 Extra uitem Christum, nec uita nec ueritas est, nec spes uitæ aut ueritatis ulla.

Tertius locus in uniuersum ponit Christum uitem nostram, in qua floremus: uitam, in qua uiuimus: & ueritatem, in qua ueraces reddimur: è contrà exustum, mors & mendacium est, quicquid est extra uitem Christum, uitam & ueritatem.

Vitis, uita & ueritas, & naturæ sunt appellationes in Christo, & effectiui. Est enim per se Christus uitis, uita et ueritas, et alios palmites uiuere et ueraces esse facit.

4 Gratuitò inuiuantur omnes prædicatores & egenæ gratia Christi.

Duæ Euāgelij partes hic cernuntur. Poenitentia est: *Transite ad me omnes, qui concupiscitis.* In Euāgelio Matthæi 11. similis est locus: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis. Consolationis & Euāgelij est: Et à generationibus meis adimplemini.* Et Christus ait similiter: *Ego reficiam uos.*

Spiritus enim meus.

Ætiologia ab utili, in qua simul explicatur, quare ne

IN EPIST. IN FERIIS.

lit implere Christus ad se uenientes: nimirū spiritu suo,
 & hereditate sua.

5 Ideo Christus tanta bona in nos confert, ut ipse inde
 celebris fiat, & gloriam habeat.

Hic locus aperit causam, quur Christus tanta bona
 in nos conferat, scilicet ut ipse laudetur in generatione
 seculorum &c.

6 Beneficia Christi semel gustata & percepta, insatia-
 bilem famem & sitim pro illis excitant. Inuitatorius est
 hic locus, ad beneficia Christi capessenda, quia ea non
 nauseam prouocant: sed insatiabilem famem & sitim.

7 Credere Christo, sequitur gloria, à contrario non
 credere Christo, sequitur confusio.

Inuitat hic locus ad credendum Christo ab utili, &
 dehortatur ab incredulitate ab inuiti. Ad Romanos ca-
 pite quinto: Spes non pudefacit, id est, fiducia in certa
 spe expectans liberationem. Esa. 28. cap. Et qui credide-
 rit in illo, non pudefiet.

Qui audit me, id est, credit in me.

8 Credentium in Christū opera primum placent deo,
 hic locus docet, quo tempore primum placeant Deo
 nostra opera, tum scilicet: quando credimus in Christum
 Iesum. Hic donat credentibus spiritum sanctum: hic cor-
 da nostra apta facit, ut operemur opera placencia Deo.

Pertinet huc locus ad Romanos cap. 14. Quicquid si-
 ne fide sit, peccatum est.

Qui

Qui confitebuntur Christum coram hominibus, eos
 & confitebitur coram patre suo in regno cœlorum. Hic
 locus ait de confessione Christi, & pulchro ordine cohæ-
 ret cum præcedenti loco. Nam primum oportet corde
 credere ad iusticiã: postea ore cõfiteri ad salutem, ad Ro-
 manos 10. Elucidare Christum, est Christum palam con-
 fiteri. Vitam æternam habere, est rursus in cœlis confi-
 teri à Christo. Matthæi 10.

IN EPISTOLAM AD

EPHES. CA. III. QV AE LE

gitur in ferijs Matthæi Apostoli.

FORTASSIS Magno consilio & prudentia
 ueteres præsentem epistolam diui Matthæi Aposto-
 li ferijs tribuerunt, quò à Matthæo Apostolo, accepta oc-
 casione, certus esset textus, qui annuatim in Ecclesia le-
 geretur, ut sic per certa tempora, ministri uerbi de con-
 cordia admonerentur, & sibi ab inflatione ex donis ca-
 uerent, qua unica cautela seruatur inter ministros uerbi
 pax, & innumera offendicula fugantur in Ecclesia. Im-
 pulsua causa fuit, quæ Apostolo occasionẽ præbuit, hæc
 de donis scribere, scientia illa ex cognitione Euangelij, q̄
 plerumq; inflare solet, inde postea disidium, discordia,
 turbatio pacis, contentiones, rixæ, et nulla nõ alia mala,
 quemadmodũ est uidere in Corinthiaca Ecclesia, ad quã
 hisce

IN EPIST. IN FERIIS

hiscē de rebus multa scripsit Paulus. Ex dissidijs, quæ parit inflatio ex donis, postea etiam sincera doctrina periculum patitur, de qua non solum aduersarij ueritatis ad dubitare incipiunt: uerum etiam pij adhuc infirmi. Quare sanè omnium maximæ fuerunt causæ, quæ permouerūt Apostolum ad præsentem epistolam conscribendam, ut doceret, quomodo quisq; in sua uocatione, suis donis contentus, ambulare deberet, quo sic posset concordia Ecclesie constare, & scandala infirmorum caueri.

SUMMARI LOCII.

- 1 Quòd quis multa habet dona, quis pauca, id ex donatione Christi sit, qui distribuit dona secundum mensuram, quare non decet nos propter dona dissentire & alter alteri inuidere.
- 2 Christus in hoc descendit è cælo, & in hoc ascēdit, ut dona daret hominibus.
- 3 Dona Christi hoc est, quæ dat Christus, uaria sunt.
- 4 Finis est omnium donorum à Christo datorum, ut inde ædificetur Ecclesia & melius habeat.

Vnicuiq; autem nostrum.

EXPLICATIO I. LOCII.

Locus primus à causa efficiēte donorum, quæ Christus est, adhortatur uerbi ministros & sic totam Ecclesiam, ad unitatem & concordiam, q. d. Apostolus: Christus omnium donorum dator est: ergo nō decet uos Ephesios propter dona dissentire, aut Ecclesie pacē turbare

bare. Si autem dona ab hominibus contingerent, fortassis restaret uobis occasio dissentiendi.

Item à formali causa, primus hic locus adhortatur ministros uerbi & sic totam Ecclesiam ad concordiam & unitatem. Q. d. Paulus. Vos Ephesij, cur d' sidetis propter dona, aut inflatis uos ex donis, cum tñ si quis pauca habeat dona, quis multa, ex mensura eueniat, qua Christus huic multa dona, illi pauca dat.

Gratiam uocat dona illa, quæ Christus dat iuxta mensuram.

Secundum mensuram.

Prout unicuiq; uult, et expedit 2. ad Corin. 12.

O B I E C T I O.

Quur Christus secundum mensuram det sua dona?

R E S P O N S I O.

Quia nõ æque expedit omnibus, multa habere dona.

Donationis Christi.

En Christum donatorem donorum.

Propter quod dicit.

Confirmat Apostolus loco Psalmi, nos omnes accipere dona secundum mensuram donationis Christi. Summa est huius loci è Psalmo. Christum descendisse in terram, et se humiliasse, ut rursus ascenderet in coelũ, et spirituale regnum inciperet, dona à deo patre acciperet, quæ tandem in nos distribueret.

Dedit dona hominibus.

Spiritum sanctum donorum autorem. Nam licet scriptura

IN EPIST. IN FERIIS

pturamunc deo patri, nunc Christo donorum distributi
onem tribuat, tñ spiritus sancto donorum distributionem
sepius uerdicat.

EXPLICATIO II. LOCI.

Locus secundus agit de commodis humiliationis et
resurrectionis Christi, quæ sunt dare nobis spiri-
tus sancti dona.

Quod autem ascendit.

Exponit uocem ascendere, quæ non intelligitur, nisi
respectu descensionis. Siquidem Christus si non descen-
disset, nunquam ascendisset.

Ut impleret omnia.

Scilicet suis donis, sua sapientia, iusticia, sanctitate.

Et ipse dedit quosdam.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus ostendit dona Christi, id est, quæ ipse
dat, uaria esse, qua donorum uarietate commenda-
tur potentia Christi, commendantur diuitiæ. Et licet do-
na sint uaria, illa tamen uarietas non debet esse occasio di-
scordiae. Apostoli sunt, qui sunt missi ad prædicandi offi-
cium. Prophetæ sunt interpretes scripturæ. Et interpre-
tatio scripturæ diuina reuelatione constat. Euangelistæ
sunt, qui habent donum consolandi conscientias Euan-
gelio. Pastores sunt, qui præsent Ecclesijs, regunt eas et præ-
sunt uerbo.

Doctores sunt, qui simpliciter docent uerbum, nullis
alijs

alij curis in Ecclesia onerati.

Ad consummationem sanctorum.

Id est, ut donis donati, sint consummati et apti, hic ut apostolatum rite gerat, ille ut recte prophetet &c.

In ædificationem corporis.

EXPLICATIO III. LOCI.

Q Varius locus disputat de fine omnium donorum datorum à Christo, ut inde ædificetur Ecclesia, melius habeat, ut occurramus omnes in unitate fidei & agnitionis filij dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Contrarius est huic finis, donis aut propter dona disturbare Ecclesiam &c.

IN EPISTOLAM APO

CALIP. CAP. XII. QVAE LEGI

tur in ferijs Michaelis Archangeli.

Q VI A in præfati epla mentio fit Michaelis archangeli, quòd modo unà cum reliquis prælictus sit cum dracone, & cum postea etiam uicerit: igitur præsentem epistolam ueteres his ferijs uendicant. Hæc autem epistola, in genere hoc unum agit, ut ponat nobis ob oculos, & quàm commendatissimos reddat bonos angelos, qui nihil non laboris, curarum & defensionis pro nobis suscipiunt, adeò quòd post Christum & spiritum sanctum, singulariter nostri rectores atq; defensores sunt, ipsi boni angeli proximum locum occupent.

Econ

IN EPIST. IN FERIIS.

Econtra extenuat præsens epistola impotentiam Satanae et sociorū eius, qui cum nequeant coram angelis præliantes subsistere: sanè multo minus coram Christo et spiritu sancto subsistent.

Verum & si uictoria draconis & sociorum eius ab angelis reportetur: tamen sic intelligenda est hæc uictoria, quòd non nisi uirtute & potestate Christi simul operante per angelos, ut ministratorios spiritus consistat. Nò loquitur hic Ioannes propriè de uictoria Christi, quam semel reportauit, uictis oibus suis hostibus, Satana, peccato & morte: sed loquitur de uictoria, quam angeli iuuantes Ecclesiam reportarunt. Et cum scripta Ioannis uisiones sint, non omnibus notæ, & quæ à nobis non facile certis tēporibus adiudicari possunt. Quid ergo si hæc uisio huius epistolæ, ad præsentia nostra tempora pertineret, in quibus sine dubio angelorum singularibus præsidijs (nam Satanae potentia et tenebris totus mundus opletus erat) Ecclesia draconem uicerit?

Meritò itaq; tota Ecclesia clamet, dicens. Nunc facta est salus, & uirtus et regnū Dei nostri, et potestas Christi eius, quia proiectus est is, qui accusabat corā deo die ac nocte. Et ne tātā uictoriam Ecclesia sibi arroget, sequitur in hac epistola: & ipsi uicerunt eum propter sanguinem agni, & propter uerbum testimonij sui, non diligentes animas suas usq; ad mortem.

Vel describitur hac epistola, quotidiana & spiritua

alis

alis pugna Ecclesiæ, quam angelorum præsidio perficit contra Satanam, uincens eum propter sanguinem agni et propter uerbum testimonij sui.

SYMMARI LOCI.

1 Ecclesia quotidie angelorum præsidij, spiritualem pugnam gerit contra draconem Satanam & socios eius. Fit hæc pugna propter exercitium Ecclesiæ. Deinde ut Christus gloriam habeat, propter cuius sanguinem uincit Ecclesia.

Spiritualis hæc pugna est, quia fit contra spirituales hostes, & quia non est exposita oculis.

Cœli nomine uenit intelligenda Ecclesia.

Est & occasio circa hunc locum præsens, agendi de officijs angelorum, quæ describit autor epistolæ ad Heb. capite 1.

Prælium magnum.

Hæ uoces exaggerant pugnam à personis, cum quibus prælium committitur, & quæ præliantur.

Michaelis & angelorum eius appellationibus intelligitur magna angelorum cohors.

Ex uocibus angeli eius, fortassis fluxit nomen archangelatus, quo hætenus nominatus est Michael.

Draconis uox insinuat furorem et potetiam Satanae.

2 Quanquam magna sit Satanae potentia, tamen coram angelis & Ecclesia subsistere non potest.

IN EPIST. IN FERIIS.

Secundus hic locus agit de uictoria Ecclesie pugnantis angelorum praesidio contra Satanam & socios eius. Et est hic locus ualde consolatorius.

Extenuat & hic locus potentiam satanae, quae coram fidei Ecclesia & angelis Dei subsistere non potest.

Causas uictoriae postea audiemus in quinto loco.

Nec locus inuentus est eorum amplius in caelo.

Consolatorium est, diabolus contra Ecclesiam nihil ultra posse.

3 Officium diaboli est propriissimum seducere.

Tertius hic locus officium diaboli, quod propriissimum habet, ostendit: illud est seducere non unum aut alterum, sed uniuersum orbem, hoc est, ipsum mundum uniuersum. Et quanquam diabolus Ecclesiae, hoc est, credentibus amplius nihil nocere potest: mundo tamen nocet seducendo, iuxta illud Pauli: Diabolus efficax est in incredulis &c.

4 Ecclesia pro tanta uictoria grata esse debet Deo.

Quartus locus est de gratiarum actione ipsius Ecclesiae pro reportata uictoria. Item agit hic locus de effectibus & commoditatibus, quae secutae sunt uictoriam, secuta igitur est salus, uirtus, regni Dei manifestatio, potestas Christi reuelatio, & prostratio satanae, ut amplius non accuset nos coram Deo die ac nocte.

5 Tanti autem effectus, et tantae commoditates partae
contra

contra Satanam uictoriae, non Ecclesie aut angelorum priuatis uiribus coniungere: sed ppter sanguinem agni, & propter uerbum testimonij sui. Quintus locus continet causas partæ cōtra Satanam uictoriae, quæ sunt: sanguis agni, & promissio uerbo facta. Nam uerbū testimonij uocat promissionem uerbo factam credentibus de uictoria contra Satanam. Excludit hic locus propria merita & uires proprias, ut causas uictoriae.

IN EPISTOLAM PETRI I. CAP. II. QUAE LEGITVR IN FE rijs Simonis & Iudæ Apostolorum.

PRæsentes feriae Simonis & Iudæ apostolis inscriptæ, uerè apostolicam epistolā sunt nactæ. Petrus enim in hodierna epistola ostendit se uerum apostolum, & simul Simonem & Iudam, quia earum rerum, quarum hic mentionem facit Petrus, amatores & sectatores fuerunt, ueros fuisse Apostolos cōmonstrat. Meritum .n. Christi in presenti epistola atq; sic per totam epistolam priorem, multis rebus inculcat, quò tilius sanguine purgati simus à peccato, in hoc, ut uitā æternā possideamus. His meritis sine dubio steterunt Simon & Iudas apostoli, quare absq; dubio, si & nos horum apostolorum exemplo, meritis Christi steterimus, uitæ æternæ filij erimus.

IN EPIST. IN FERIIS

Sed quia in regno cœlorū uita nō contingit sine mortificatione: gloria non sine ignominia coram mundo: hæreditas non sine sudore, quare in præsentī epistola, et sic per totam priorem seriō adhortatur eos Petrus, ad quos scribit, ut strenuè Christi exemplo patiantur propter Euangelium, & sic omnes uitæ mores comparent, ut secum statuunt patiendum esse. Consolatur autem eos secutura gloria, quæ quanta futura erit, non potest uerbis cloqui. Et tamen ne eam gloriam propter propria merita euenire credant, ubiq; diligentissimè meritū Christi inculeat. Et hæc ferè summa quædam præsentis epistolæ generalis est.

SUMMARI I LOCI.

Grati esse debemus Deo patri, pro beneficijs in Christo acceptis, exemp'o Petri, qui præsentem epistolā à gratiarum actione orditur.

EXPLICATIO I. LOCI.

Cum etiam in mundo coram ciuilibus hominibus nihil inhonestius sit ipsa ingratitude: meritō igitur gratitudine in regno cœlorum nihil est honestius.

Hortatur itaq; primus hic locus ad gratiarum actiones Deo pro beneficijs à Christo acceptis. Adhortatio autem sic intelligenda est, quòd sit à debito & decoro.

Debitum enim & decorum persoluimus, quando nos obruti beneficijs à Deo in Christo, uicissim gratias da-

gimus

gimus. Et præter has gratiarum actiones, Deus etiã pro suis in nos beneficijs nihil aliud à nobis requirit. Mundus his & illis rebus uult se gratum Deo ostendere, at Deus à suis præter gratiarum actiones, quæ plerunq; uerbis tantum fiunt, nihil aliud postulat.

Benedictus Deus.

Exordium epistolæ à gratiarum actione. Exordium hoc plenum est spiritualibus adfectibus: nam in explicãda magnitudine beneficij, quod contigit nobis per Christum, laborat planè in uerbis Apostolus.

Et pater.

Hanc uocem adijcit, ut paternos in Deo erga nos adfectus exprimat.

Qui secundum.

Ætiologia, quur Deus sit laudandus, sumpta à commo litatibus & beneficijs, quæ in nos contulit Deus per Christum &c.

Continet & hæc ætiologia causas beneficiorum, quæ in nos contulit Deus: Ea est misericordia Dei magna, nõ merita nostra.

Habet & hæc ætiologia præcipuum beneficium Dei in nos collatum, è quo reliqua oïa pendent. Nam præcipuum est beneficium Dei in nos, exaggeratio nostra in spem uiuam, hoc est, ut certò statuamus, nos per Christi uitam habere, & eam in certa spe à facie ad faciem futuram expectamus.

IN EPIST. IN FERIIS

Per resurrectionem Iesu Christi
ex mortuis.

Hæc adijcit, ut ostendat modum paratæ pro nobis uitæ, qui fuit resurrectio Christi, qua uicit mortem, & reduxit uitam.

2 Vita æterna est incorruptibilis & incontaminata, et immarcescibilis hæreditas, conseruata in cœlis pro nobis, qui credimus ad salutem, quæ tempore nouissimo reuelabitur primum à facie ad faciem.

Secundus locus amplificatione quadam docet, quid sit uita æterna: nimirum hæreditas, in qua nulla erit corruptio, nulla contaminatio, nulla marcescibilitas, quæ in cœlis nobis, qui potentia Dei custodimur ad salutem, cōseruatur, in hoc, ut aliquando à facie ad faciem reueletur. Incorruptibilitas, incontaminatio & immarcescibilitas opponuntur corruptibilitati, contaminationi, et marcescibilitati huius uitæ. In summa sensus est huius loci, uitã æternam talem futuram, in qua nihil erit caducum aut terrestre. Pertinet huc locus 1. ad Cor. 15. ca. Quomodo id quod in corruptione seminatum est, resurget in incorruptibilitate &c. Et Christus inquit Marc. 12. Cũ enim à mortuis resurrexerint, neq; nuptum dabunt, neq; contrahent matrimonium, sed erunt ueluti angeli dei in cœlis. Vitam æternam credentes sub spe certa habent indubiam: manifestabitur autem primum nouissimo tempo-

re à facie ad faciem. Ad Rom. 8. Spe estis seruati. Priore ad Corinth. cap. 13. Cernimus enim nunc per speculū in enigmate, tunc autem à facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tunc uero cognoscam, quemadmodum et cognitus sum.

Potentia dei est, non nostrarum uirium, ut ad finem usq; persistamus, & uitam æternam à facie ad faciem accipiamus. Similis est huic locus Marc. 13. Qui ad finem usq; perseverauerit, hic saluus erit. Docemur hic, nisi potentia dei conseruaret nos usq; ad finem, nemo potiretur æterna uita.

Item, requirit hic locus fidem ad æternam uitam possidendam. Salutem uocat uitam æternam.

Quæ reuelatur.

Quia nunc per speculū in enigmate cernitur, et sub spe tantum possidetur.

Quia scimus nos secuturam post hanc uitam aliam, quare exultandum est in ad afflictionibus.

Nos natura fugimus crucē, & pro re ingloriosa ducimus, ideo consolatur Petrus cruci subiectos, à futura uita, & uult eos exultare propter gloriam, quæ aliquādo sequetur ad afflictos, nullo modo cum cruce cōferenda. Similis est locus ad Roma. 5. Nec id solum, uerum etiam gloriamur super ad afflictionibus &c.

Procedit et cōsolatio nō solū à præmio, id est, à uita æterna: sed etiā à necessario, ideo inquit, sicut oportet. q. d.

IN EPIST. IN FERIIS.

non est alia ad gloriam uia, quàm crux.

4 Finis crucis est, ut probetur fides nostra.

Quartus locus agit de finali crucis causa, quæ est probatio fidei nostræ. Moses ponit crucis finalem causam dilectionem Dei, ut apertum fiat, an diligamus Deum.

5 Spe seruiamur: quare ait: Quem quum non uidetis, diligitis &c.

6 Fides animæ salutem effectum habet, idcirco ait: Reportantes finem fidei uestræ, salutem animarum uestrarum.

IN EPISTOLAM APO.

CAL. II. QVAE LEGITVR

in ferijs Omnium Sanctorum.

HÆ feriæ, sicut feræ aliæ omnes, propter generalem illum finem institutæ esse uidentur, ut certum existat tempus, in quo dicatur in Ecclesia, nunc de his, nunc de alijs scitu necessarijs rebus. Hoc igitur omnium Sanctorum festum à ueteribus institutum fuit, quò sit certum tempus, in quo agatur in Ecclesia, de omnibus sanctis, tam uiuis, quàm mortuis, nobis in consolationem, ut tam mortuorum, quàm uiuorum sanctorum exemplo, ad eandem sanctitatem et hereditatem peringamus. Epistola uero his ferijs ordinata ex Apocalypsi Ioannis, quia sub obscura est, & non cuiusq; intellectui

expo

exposita: quare ea posthabita, de omnibus sanctis metho-
 dicè agam. Hoc tamen refert ex præcedenti epistola sci-
 re, Ioannem hic agere, sanctos non solum ex Iudæis, sed
 et ex Gentibus constare. Item, consolatorium est ex hac
 epistola, omnes sanctos Dei signalos esse in frõibus suis,
 id est, ita certos de hæreditate cum Christo accipiendâ,
 quod eâ illis nemo eripere possit. Spectât huc uerba Chri-
 sti, Ioan. 17. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo
 ex cis perijt. Acturus autem me, hodicè de omnibus san-
 ctis, primum sciendum est, sanctos quosdam mortuos es-
 se, quosdam uiuos. De mortuis Apostolus loquitur. 1. ad
 Thessa'io. 4. Cæterû nolo uos ignorare fratres de his, qui
 obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri nõ
 habentes spem. Nam si credimus, quòd Iesus mortuus est
 & resurrexit, sic et Deus eos, qui obdormierunt per Ie-
 sum, adducet cum illo. Hinc nunc facilè diffinitio sumi
 potest, qui sint mortui sancti: nimirû illi, qui in Christo
 Iesu aliquando dormierunt, in hoc, ut rursus resurgant
 ad uitam æternam. Porrò dicuntur mortui sancti, non
 propter hoc, aut illud meritum, non quia his aut alijs pe-
 riculis & cruciatibus subiecti fuerunt: sed à uerbo san-
 ctificante, quod audierunt à Christo capite & saluato-
 re sancto, à spiritu sancto sanctificatore, & à sanctis spi-
 ritu sancti donis, quibus ornati fuerunt, inter quæ do-
 na, præcipuum fides est, qua impetratur remissio pecca-
 torum, quibus remissis uerè sumus sancti.

IN EPIST. IN FERIIS.

Cæterum hos mortuos sanctos ante nostra tempora, scholastici doctores ex prærogatiua quadam, primū in apostolos, deinde in Euangelistas, & sic ordine in martyres, confessores, uirgines & uiduas partiti sunt, unde postea & sedum & coronarū & præmiorū diuersitas. Ast in regno cælorum inter sanctos nulla est prærogatiua: sedum, coronarum, & præmiorum nulla est diuersitas. Item, falsa est partitio scholastica, qua distribuunt sanctos in apostolos, Euangelistas, martyres, confessores, uirgines & uiduas. Vbi interim manent prophete? ubi ueteris Testamenti sancti? ubi manent coniugate mulieres? ubi illi, qui aut non apostoli, aut nō Euangelistæ, aut non martyres, quales illi martyres uocant, aut non confessores fuerunt? Sunt igitur in genere omnes sancti mortui, qui fide in Christum Iesum obdormierunt, siue fuerunt apostoli siue Euangelistæ, siue martyres, siue confessores, siue uirgines, siue coniugate mulieres, siue uiduæ, siue non &c.

Quidam hætenus eos tantum sanctos uocarunt, qui per crucē publicā ex hac terra demigrarunt: Ast eos tantum uocare sanctos magna est occasio credēdi reliquos oēs, qui nō cruce sublati fuerunt, dānatos esse: sed absit.

Restat porrò de officijs seu effectibus sanctorū mortuorum dicere. Omnium cōsensu hætenus tributa est sanctis mortuis, intercessio pro nobis corā deo, ad impetrandā omnia, tam spiritiualia, quā corporalia bona. Et sic

ex Sanctis Deos fecimus. Ex hac intercessione postea & cultus Dei, Sanctis tribui cœpit. Maria singulariter eo cultu à nobis profecuta fuit, quòd credita sit, uita, salus, et spes nostra, hoc est, pro illa diua adorata fuit, quæ pos sit dare omnia. Sanctus Nicolaus pro diuilijs & probò marito inuocatus fuit. Sanctus Martinus & Sebastia nus pro pellenda peste: sanctus Lupus episcopus pro for tunanda cereuisia: sanctus Urbanus pro felici uini pro uëtù: sancta Catharina pro arium administratione: san cta Barbara, ne permitteret nos ex his terris secedere si ne communionè sacramenti. Et sic alijs atq; alijs sanctis, alius atq; alius cultus Dei, Deo soli conueniens cessit.

Sed sanctos intercessores pro nobis apud Deum facere, & illis diuinum cultum tribuere, & impium est & glo riæ Christi indecorum, quam non uult cum creaturis ha bere communem. Ethnicum uerò prorsus est, hunc san ctum pro hac re, illum pro alia inuocare.

Quem morem nos è Gentibus conuersi, inde contraxi mus. Sic gentes Iunonem pro diuilijs inuocarunt. Item p felici matrimonio, quare et pronuba Iuno dicta fuit.

Iupiter inuocatus fuit cõtra tonitrua et tempestates.

Apollo uerò pro dono sapientiæ. Neptunus autem p ductore in mari & cæt. Impium itaque est & glo riæ Christi indecorum atque contrarium, sanctos in tercessores deos facere, quum Christus unicus sit coram patre

IN EPIST. IN FERIIS.

patre intercessor, aduocatus & mediator. Ad Galat. 3.
1. ad Timoth. 2. ad Rom. 8. 1. Ioannis 2.

OBIECTIO.

Si sancti pro nobis coram Deo non intercedant: nostri curam agant, hoc & illud nobis impetrent à Deo, hoc & illud nobis donent &c. qd ergo agent in coelis?

RESPONSIO.

Hæc agunt. Habent æterna gaudia. Nam in uita æterna, cessabit omnis luctus, omnis mœror, omnis adflictio & tristitia. Apocal. 21. Et absternitur est deus omnem lachrymam ab oculis eorum!

Gaudent & exultant in æternum Esa. 65.

Adorabunt Deum perpetuò Esa. 66.

Et hoc de mortuis sanctis. Seruamus autem nunc presentes has ferias, ut & nos in Christum Iesum credamus, in fide in Christum obdormiamus, idq; exemplo sanctorum mortuorum, ut & nos ea gaudia in æterna uita habere possimus.

De sanctis uiuis hæc sequens methodus seruanda est.

Sancti uiui sunt uera Ecclesie in hac terra membra, quæ corde credunt, & ore confitentur, exemplo Petri Matth. 16. Christum esse filium Dei uiui.

Isti sancti uarijs nominibus in scriptura appellantur, nunc fratres, nunc ciues sanctorum, nunc domestici dei, nunc uiui lapides, nunc filij lucis.

Dicuntur uero sancti, non propter hoc uel illud, sed
proa

propter uerbum sanctificans, propter Christum sanctū,
 & sanctitatis sanctorum autorem, propter spiritum san-
 ctum sanctificatorem, & omnium sanctorum donorum,
 quæ habent sancti, datorem: sic & à fide sanctificante,
 sancti dicuntur. Hi sancti unius generis sunt, inter quos
 nulla est prærogatiua, qui eadem gratia, & iisdem Dei
 donis in commune uiuunt. Et quanquam hic Apostolus
 sit, alter Euangelista: hic doctor, ille pastor: hic prophe-
 ta ille qui suis scriptis iuuat Ecclesiam & c. tamen tales
 sunt omnes, nullius coram Deo prærogatiuæ respectu.

Officia sanctorum uiuorum sunt, ut unus pro altero
 precibus intercedat apud Deum. Et ad hanc intercessio-
 nem diligenter hortatur nos scriptura. Priore ad Timo-
 theum 2. Adhortor igitur, ut ante omnia fiant depreca-
 tiones, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actio-
 nes p̄ omnibus hoībus & c. Ad Ephes. 6. In omni depre-
 catione & obsecratione orantes in omni tempore, in spi-
 ritu & ad hoc ipsum uigilantes cum omni sedulitate &
 deprecatione pro omnibus sanctis.

Sic Apostolus eodem capite uult, ut pro se Ephesij o-
 rent. Sic & uult Coloss. pro se orare capite 4. Abrahā
 Gene. 18 orando intercessit pro Sodomā & Gomorrhā.

Centurio Matthæi 8. pro suo seruo.

Et hæc uiuorum efficacissima est oratio, & habet an-
 nexam promissionem exauditionis, & multa scripturæ
 exempla testantur exauditionem illam fuisse secutam.

IN EPIST. IN FERIIS.

Hi sancti uiui, ubi in fide in Christum perseuerauerint, & in ea fide obdormierint, ad eadem æternæ uitæ gaudia peruenient, quibus nunc fruuntur omnes sancti mortui &c.

Quare & hoc præsens festum in Ecclesia celebre seruamus, ut in illo homines ad sanctorum cōgregationem inuitemus, & simul sanctos iam factos, de præmijs, quæ iam sub spe certa possident, & aliquando à faciè ad faciè possidebunt, confirmemus.

APPENDIX de festo omnium fidelium animarum.

Festum omnium fidelium animarum, et est oïum sanctorum sine dubio unum festum olim fuit. Quid enim discriminis est inter omnes sanctos & omnes fideles animas? sanè nullum.

Postea excogitato purgatorio propter quæstum, unum festum duplex fieri cœpit. At rursus euctum, non esse purgatorium, hoc quod nunc aliquandiu duplex festum fuit denuo unum fiet. Locus cōtra purgatorium inexpugnabilis est hic in Ioanne. Qui credit in me, iam habet uitam æternam. Qui non credit in me, iam damnatus est.

IN EPISTOLAM ECCL

CAP. LI. QUAE LEGITVR

in ferijs S. Catharinæ,

IN genere præfens epistola continet gratiarum actio-
nes Iesu Sirach pro insigni liberatione, qua à Deo li-
beratus fuit, non solum ab omnibus suis inimicis, & cun-
ctis alijs malis: uerū etiam à peruersis doctoribus, et uer-
bi Dei pphanatoribus. Placuit itaq; ueteribus hanc epi-
stolam sanctæ Catharinæ ferijs applicari, quia hæc et ab
animæ hostibus & corporis multa tulit, idq; sub Maxen-
tio Cæsare, quam tamen deus postea magna cum laude et
triumpho liberauit, pro qua liberatione, sicut & Iesus
Sirach sine dubio deo ingentes gratias egit.

Prouocat igitur præfens epistola in genere credentes
omnes, ad gratiarum actiones, ut liberati à falsis doctori-
bus, & alijs hostibus atq; periculis, Deo gratias agant, uñ
exemplo Iesu Syrach, tum exemplo S. Catharinæ.

Catharina autem in exemplar imitandi omnibus fide-
libus & honestis uirginibus & mulieribus proponitur:
fidei nomine primum, quia maluit illa extrema etiam fer-
re, quàm à Christo sponso deficere. Ita & omnes uirgi-
nes & mulieres fidei nomine, nihil nõ crucis libentius su-
bire deberent, quàm à Christo sponso diuertere.

Secundo, honestatis & castitatis nomine, quibus uir-
tutibus ad stuporem usq; sancta Catharina prædita fuit.
Sic & omnes uirgines & mulieres, animas suas ad hone-
statem & castitatem adijcere deberent.

IN EPIST. IN FERIIS.

SUMMARI LOCII.

- 1 Exemplo Iesu Syrach, decet nos gratias agere Deo pro suis in nos beneficijs.
- 2 Ut gratias agamus deo, inde fit, quia in nos confert beneficia sua, adiuuat nos, protegit nos, liberat.
- 3 Deus non ab uno periculo seu malo, sed à multis atque adeo ab omnibus liberare potest: unde omnipotentia Dei commendatur.
- 4 Quòd Deus in nos confert beneficia, adiuuat nos, liberat, protegit etc. non nostris uiribus, sed misericordie Dei tribuendum est.

Confitebor.

EXPLICATIO I. LOCII.

Primus locus hortatur nos exemplo Iesu Syrach ad gratiarum actiones pro beneficijs Dei in nos collatis. Hortatio procedit à debito & decoro. Quia Deus in nos multa confert beneficia: igitur uicissim debemus nos grati esse: igitur decet nos gratiarum actio.
Confiteri est gratias agere.
Collaudare est deum regem magnificare, glorificare.

Quoniam adiutor.

EXPLICATIO II. LOCII.

Secundus locus continet causas gratiarum actionis nostrae, illae sumuntur à beneficijs Dei in nos positis, quales causae sunt: adiutorium, protectio & liberatio.

Apera

A perditione.

EXPLICATIO III. LOCI.

Tertius locus recenset farraginem quandam periculorum & malorum, à quibus Deus liberat.

Commendatur autē hac farragine omnipotentia dei, qui non potens tantū est ab uno periculo liberare, sed à multis, atq; sic a deo ab oibus, siue sint animæ siue corporis pericula.

Collatione alij adiutores, protectores & liberatores mundi nihil sunt.

Perditionem ut genus multarum specierum ponit.

A laqueo.

Distributio. Laqueo lingue iniquæ intelligit falsam doctrinam, & prædicatores falsos. Eandem & eosdem intelligit labijs operantium mendacium.

Et in conspectu astantium.

Scilicet contra me.

Et liberaſti me.

EXPLICATIO III. LOCI.

Locus quartus ponit causam omnium beneficiorū Dei, et præsidiorū in nos. Ea est misericordia Dei non parua, sed magna. Excluduntur hic nostra opera, et prædicatur misericordia Dei.

Quæ sequuntur porrò in hac epistola, pertinent ad tertium locum de periculis, à quibus liberauit Deus Iesum Sirach, & liberare nos solet.

IN EPISTOLAM APOCAL. XXI. QVAE LEGITVR
die Dedicatio nis templorum.

Quia in hac epistola Ioannes mentionem facit ciuitatis sanctae: hac autem intellexerunt ueteres tepla lapidibus extructa: igitur praesens epistola Dedicatio ni templorum cessit.

At Ioannes hic per ciuitatem sanctam, non templum manibus ac lapidibus aedificatum intelligit, uerum ciuitatem ad quam habitandam omnes electi, glorificatis temporibus resurgent aliquando, ad Philip. 15. Nam nostra conuersatio in caelis est: ex quo & seruatorem expectamus, dominum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut conformis reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, qua potest etiam sibi subijcere omnia. Priore ad Cor. 15. Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate &c. Est itaq; praesens epistola descriptio illius regni, quod erit futurum post hanc uitam, in uita aeterna.

SVMMARII LOCI.

Regnum post hanc uitam futurum, seu uita aeterna, noua erit uita, descendens de caelo: hoc est, in qua nihil corruptibilitatis, mudani, ac terrestriatis (ut ita loquar) nihil.

Vita

- 2 Vita æterna non propter nostra merita contingit: quia parata est omnibus sanctis à Deo.
- 3 In uita æterna Deus habitabit cum omnibus sanctis.
- 4 Vita æterna plena erit gaudio, in qua nullus luctus, nullus mœror, & nulla erit adflictio amplius.
- 5 Cœlum & terra non transibunt, sed patientur tantum immutationem.

Et ego Ioannes

EXPLICATIO I. LOCI.

Locus primus continet descriptionē uitæ æternæ, quæ quia erit sancta ciuitas & noua, in qua morabuntur electi Dei: ergo nihil commune habebit cum hac uita non sancta, neq; noua. Sanctam & nouā ciuitatem opponit præsentī uitæ.

Sensus est huius loci primi, uitam æternam fore longe aliam uitam, quàm præsens est: nimirum talis uita, quæ erit ultra omnem rationē, & ea, quæ sunt caduca & terrestria. Quemadmodum & Christus ait de uita æterna Marci 13. Posthanc uitam, neq; contrahent matrimonium neq; nuptum dabunt: sed erunt tanquam angeli Dei

Mundus uitam æternam iudicat ex rebus mundi, ut sit talis, in qua contrahent homines matrimonium & nuptum dabunt, in qua edemus & bibemus in summa uoluptate &c.

IN EPIST. IN FERIIS

A Deo paratam.

EXPLICATIO II. LOCI.

Secundus locus ostendit uitam æternam donum Dei esse, non propter nostra merita contingere. Ad Ro. cap. 6. Vita æterna donum Dei est. Matthæi 26. Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratū uobis ab exordio mundi. Mat. 20. Vita æterna sequitur ex conuentione seu pacto patris familiars Dei.

Ecce tabernaculum Dei.

EXPLICATIO III. LOCI

Locus tertius docet omnes sanctos in uita æterna habituros cum Deo patre, & deum patrem cū omnibus sanctis. Nec Deus ociosus habitabit cū sanctis, sed erit illorum Deus, hoc est, illorum curamaget, nec sancti cū Deo ociosi habitabunt, sed erunt populus Dei, id est, adorabunt Deum, seruient Deo, à facie ad faciem intuebuntur &c. Esa. 66. Et adorabūt deum perpetuò.

Et absterget Deus.

EXPLICATIO IIII. LOCI.

Locus quartus describit gaudia & letitiam in uita æterna, quæ nõ erit subiecta miserijs, sicut hæc præsens uita, sed talis, in qua Deus absterget omnem lachrymam ab oculis sanctorū, in qua sancti erunt immortales, ab omni luctu, clamore & labore liberi.

Labora uit Ioannes in uerbis, quibus summam et ineffabilem uitæ æternæ letitiam exprimeret.

Quia

Quia priora transferunt.

EXPLICATIO V. LOCI.

Quintus locus causam ponit summæ illius lætitiæ, quæ erit in uita æterna, quia priora transferunt, id est, quia cœlum & terra in nouationem passa sunt, cum immutatione istius faciei, quam habuit terra prior, & cœlum prius.

Docet hic locus quintus, cœlum & terram non peritura, sed passura in nouationem, de qua uide Petrum posteriori epistola capite tertio. Expectantes & accelerantes aduentum diei dei, per quem cœli incensi soluentur, et elementa æstuantia liquefcent. Sed cœlos novos & terram nouam iuxta promissionem illius expectamus.

F I N I S.

PHYSICAL ZEPHYRUS

EXPLANATION OF LOGS

The first column contains the names of the
 persons who have been admitted to the
 membership of the Society since the
 last meeting. The second column
 contains the names of the persons
 who have been expelled from the
 Society since the last meeting. The
 third column contains the names of
 the persons who have been suspended
 from the Society since the last
 meeting. The fourth column
 contains the names of the persons
 who have been reinstated to the
 Society since the last meeting. The
 fifth column contains the names of
 the persons who have been
 expelled from the Society since the
 last meeting. The sixth column
 contains the names of the persons
 who have been suspended from the
 Society since the last meeting. The
 seventh column contains the names
 of the persons who have been
 reinstated to the Society since the
 last meeting. The eighth column
 contains the names of the persons
 who have been expelled from the
 Society since the last meeting. The
 ninth column contains the names
 of the persons who have been
 suspended from the Society since
 the last meeting. The tenth column
 contains the names of the persons
 who have been reinstated to the
 Society since the last meeting.

F I B I L I

The first column contains the names of the
 persons who have been admitted to the
 membership of the Society since the
 last meeting. The second column
 contains the names of the persons
 who have been expelled from the
 Society since the last meeting. The
 third column contains the names of
 the persons who have been suspended
 from the Society since the last
 meeting. The fourth column
 contains the names of the persons
 who have been reinstated to the
 Society since the last meeting. The
 fifth column contains the names of
 the persons who have been
 expelled from the Society since the
 last meeting. The sixth column
 contains the names of the persons
 who have been suspended from the
 Society since the last meeting. The
 seventh column contains the names
 of the persons who have been
 reinstated to the Society since the
 last meeting. The eighth column
 contains the names of the persons
 who have been expelled from the
 Society since the last meeting. The
 ninth column contains the names
 of the persons who have been
 suspended from the Society since
 the last meeting. The tenth column
 contains the names of the persons
 who have been reinstated to the
 Society since the last meeting.

Εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμος ὄσις.



Sacrificium Deo cor humiliatum.

M▷ D▷ XL▷

